

**Monumenta Ignatiana. Series quarta. Scripta de S. Ignatio. Fontes narrativi de Sancto Ignatio de Loyola et de Societatis Iesu initiis.**

Ignatius, of Loyola, Saint, 1491-1556

Romae, Apud "Monumenta Historica Societatis Iesu," 1943-65.

<http://hdl.handle.net/2027/inu.30000083761258>

# HathiTrust



[www.hathitrust.org](http://www.hathitrust.org)

**Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives**

[http://www.hathitrust.org/access\\_use#cc-by-nc-nd-4.0](http://www.hathitrust.org/access_use#cc-by-nc-nd-4.0)

This work is protected by copyright law (which includes certain exceptions to the rights of the copyright holder that users may make, such as fair use where applicable under U.S. law), but made available under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives license. You must attribute this work in the manner specified by the author or licensor (but not in any way that suggests that they endorse you or your use of the work). Only verbatim copies of this work may be made, distributed, displayed, and performed, not derivative works based upon it. Copies that are made may only be used for non-commercial purposes. Please check the terms of the specific Creative Commons license as indicated at the item level. For details, see the full license deed at <http://creativecommons.org/licenses/by-nc-nd/4.0>.







# INDIANA UNIVERSITY LIBRARY











# FONTES NARRATIVI DE S. IGNATIO DE LOYOLA

---

## VOLUMEN III



**MONUMENTA HISTORICA SOCIETATIS IESU**  
**A PATRIBUS EIUSDEM SOCIETATIS EDITA**

**VOLUMEN 85**

# **MONUMENTA IGNATIANA**

**SERIES QUARTA**

## **SCRIPTA DE S. IGNATIO**

**ALTERA EDITIO**

**EX INTEGRO REFECTA, NOVO ORDINE DISPOSITA ET AUCTA**

**TOMUS III**

**FONTES NARRATIVI  
DE SANCTO IGNATIO DE LOYOLA  
ET DE SOCIETATIS IESU INITIIS**

**VOL. III**

**ROMAE**

**APUD "MONUMENTA HISTORICA SOC. IESU",  
VIA DEI PENITENZIERI 20**

**1960**

**AL**

**FONTES NARRATIVI  
DE S. IGNATIO DE LOYOLA  
ET DE SOCIETATIS IESU INITIIS**

**VOLUMEN III**

**NARRATIONES SCRIPTAE AB ANNO 1574  
AD INITIUM SAECULI XVII**

**EDIDIT**

**CANDIDUS DE DALMASES S. I.**



**ROMAE**

**APUD "MONUMENTA HISTORICA SOC. IESU",  
VIA DEI PENITENZIERI 20  
1960**

IMPRIMI POTEST

Romae, 4 martii 1959

R. ARNOU, S. I.  
*Deleg. Praep. Gen. S. I.*

IMPRIMATUR  
INDIANA UNIVERSITY LIBRARY

Ex vicariatu Urbis, 17 Decembris 1959

† A. TRAGLIA  
*Archiep. Caesarien., Vic. ger.*

IURA PROPRIETATIS RESERVANTUR

---

TYPIS PONTIFICIAE UNIVERSITATIS GREGORIANAE - ROMAE



## INDEX

	Pag.
<b>PRAEFATIO GENERALIS . . . . .</b>	<b>XI</b>
<b>SIGLA ET COMPENDIA . . . . .</b>	<b>XVI</b>
<b>NOTITIA CODICUM MANUSCRIPTORUM . . . . .</b>	<b>XVII</b>
<b>INDEX OPERUM . . . . .</b>	<b>XXIX</b>

## INDEX MONUMENTORUM

Mon. 1.	P. IOANNES PLA P. Everardo Mercuriano. Barcinone, a. 1574 . . . . .	1
Mon. 2.	P. IOANNIS COUVILLON Confessionum libri octo. Fragmentum. ca. 1574 . . . . .	3
Mon. 3.	P. SIMONIS RODRIGUES (Rodericii) Commentarium de origine et progressu Societatis Iesu. Ulyssipone, 25 iulii 1577 . . . . .	5
Mon. 4.	GUNDISALVI DE ILLESCAS Historia Pontifical y católica. Editionis 3 <sup>ae</sup> (Burgis, 1578) fragmentum . .	136
Mon. 5.	IOANNIS PASQUAL Narratio prior. Barcinone, 7 iulii 1579 . . . . .	142
Mon. 6.	P. BENEDICTI PALMIO Autobiographia. Fragmentum 1580-1598 ? . . . . .	152
Mon. 7.	De origine domus professae Romanae. 1581-1584 . .	175
Mon. 8.	IOANNIS PASQUAL Narratio altera. Barcinone, 9 martii 1582 . . . . .	182
Mon. 9.	Quaedam de P. Ignatio quae non sunt impressa. ca. 1582 . . . . .	198
Mon. 10.	P. PETRI DE RIBADENEYRA Censurae in Vitam S. Ignatii a P. Maffei conscriptam. 1585 . . . . .	208
Mon. 11.	De S. Ignatii depicta imagine narratio Fratris CHRISTOPHORI LÓPEZ. Mense martio, 1587 . . . .	236
Mon. 12.	EDMONDI AUGER Dialogi de Societate. Tempus probabile: 1588-1591 . . . . .	249
Mon. 13.	P. NICOLAUS BOBADILLA P. Claudio Aquaviva. Cacciabella, 11 augusti 1589 . . . . .	320

	Pag.
Mon. 14. P. NICOLAI BOBADILLA Autobiographia. Fragmentum. 1589 . . . . .	322
Mon. 15. Tria facta S. Ignatii a P. AEGIDIO GONZÁLEZ narrata. 1590-1594 ? . . . . .	332
Mon. 16. P. IOANNIS ANTONII VALTRINO Vita Patris Ignatii. 1591-1593 ? . . . . .	334
Mon. 17. P. IOANNIS ANTONII VALTRINO Censura in Vitam S. Ignatii a P. Maffei conscriptam. 1591-1593 ? . . .	391
Mon. 18. Factum singulare S. Ignatii a P. IOANNE ANTONIO VALTRINO narratum. 1594-1601. . . . .	398
Mon. 19. P. IOANNIS ANTONII VALTRINO Scripta minora. Incerto tempore . . . . .	400
Mon. 20. P. IOANNIS DE AVIÑÓN Narratio de imagine Beatae Mariae Perdolentis quam Ignatius gerebat. 1595-ca. 1600 . . . . .	405
Mon. 21. P. FRANCISCUS VÁZQUEZ P. Christophoro de Castro. Marchena, 10 decembris 1596 . . . . .	409
Mon. 22. P. PETRUS DE RIBADENEYRA P. Nicolao Orlandini. Matrito, mense decembri 1597 . . . . .	416
Mon. 23. Responsio MANAREI ad quaedam Lancicii postulata. 1597-1601 . . . . .	420
Mon. 24. De S. Ignatii imaginibus iudicium quinque Patrum Flandrorum. 1598-1601 . . . . .	440
Mon. 25. F. IOANNIS THOMAE CANIZARO de obitu S. Ignatii responsa ad P. Lancicium. 1599 . . . . .	457
Mon. 26. De commoratione S. Ignatii in oppido Arévalo. 1599	460
Mon. 27. Fragmentum litterarum P. HANNIBALIS DU COUDRET. 1599 . . . . .	466
Mon. 28. Narrata a BENEDICTO AMARONI. 5 decembris 1599 . .	469
Mon. 29. P. GREGORII ROSEPHII Promptuarium dictorum et factorum quorundam Societatis Iesu. 1599-1609 ? . .	474
Mon. 30. Quaedam facta et dicta quorundam religiosorum Societatis Iesu. Saec. XVI exeunte . . . . .	577
Mon. 31. P. ANTONIUS CLAR P. Petro de Ribadeneyra. Barcinone, 20 aprilis 1601 . . . . .	581
Mon. 32. F. IOANNIS THOMAE CANIZARO de obitu S. Ignatii responsa ad P. Ludovicum Maselli. 15 aprilis 1603.	582
Mon. 33. P. BLASII RENGIFO Relatio. 1606, mense martio . .	585
Mon. 34. P. PETRI MARTÍN Relatio. 5 ianuarii 1607 . . . .	595

	Pag.
Mon. 35. P. PETRUS DE RIBADENEYRA P. Francisco Girón. Matrito, 18 aprilis 1607 . . . . .	598
Mon. 36. P. PETRUS GIL P. Gabrieli Alvarez. c. 1607 . . . . .	601
Mon. 37. P. PETRUS DE RIBADENEYRA P. Iulio Nigronio. Matrito, 20 novembris 1610 . . . . .	604
Mon. 38. P. PETRI DE RIBADENEYRA Tractatus de modo gubernandi S. Ignatii. c. 1610 . . . . .	606
Mon. 39. S. Ignatii sententiae a P. PETRO DE RIBADENEYRA collectae. ca. 1610 . . . . .	634
Mon. 40. Dicta S. Ignatii de Constitutionibus Societatis Iesu .	636

#### SCRIPTA PATRIS NICOLAI LANCICII . . . . . 639

Mon. 41. Dictamina S. P. Ignatii generalia. 1601-1603 ? . . . .	641
Mon. 42. S. Ignatii sententiae. 1601-1606 ? . . . . .	675
Mon. 43. Collectanea in cod. <i>Hist. Soc. 5b.</i> 1601-1606 ? . . . .	680
Mon. 44. De exercitiis S. Ignatii deque visione prope Romam. Incerto tempore, c. 1622 . . . . .	687
Mon. 45. <i>Gloria Sancti Ignatii</i> (ed. 1622) . . . . .	696
Mon. 45a. <i>De praestantia Instituti Societatis Iesu</i> . . . . .	698
Mon. 46. P. NICOLAUS LANCICIUS Patri Paulo Bombino. Cracovia, 3 aprilis 1623 . . . . .	699
Mon. 47. Memorabilia de S. Ignatio. Plociae, 8 octobris 1634 .	701
Mon. 48. De domibus Societatis Iesu Romae. 1647 . . . . .	716
Mon. 49. Quaedam circa vestes corporisque cultum S. Ignatii. Post 2 iulii 1647 ? . . . . .	718

#### APPENDICES

Mon. 50. Memoriale Romanum. Oct. 1545 - Mai. 1547 . . . .	722
Mon. 51. P. PETRUS DE TABLARES P. Francisco de Villanueva. Oñate, 5 iulii 1550 . . . . .	743
Mon. 52. Ex Chronica collegii Messanensis a P. HANNIBALE DE COUDRETO scripta. 1551 . . . . .	746
Mon. 53. GULIELMI POSTEL de Sancto Ignatio scripta. 1552, 1560. . . . .	753
Mon. 54. Notanda ex libro consultationis. 1554-1555 . . . .	765



	Pag.
Mon. 55. Paenitentia quibusdam sociis collegii Romani ab Ignatio imposita. 29 aprilis 1556 . . . . .	775
Mon. 56. Paenitentia quibusdam Fratribus Coadiutoribus ab Ignatio imposita. 1556 . . . . .	776
Mon. 57. DOMINICI DE VALTANÁS Apologia Societatis Iesu. 1556 . . . . .	778
Mon. 58. P. IOANNES DE POLANCO P. Nicolao de Bobadilla. Roma, 31 iulii 1556 . . . . .	783
Mon. 59. Epigrammata in honorem Sancti Ignatii et Patris Olave. 1556 . . . . .	784
Mon. 59a. P. ANTONII ARAOZ Adhortatio. 1563, mense iunio .	789
Mon. 60. IOANNIS ALBERTI WIMPINENSIS Apologia Societatis Iesu. Fragmentum. 1563 . . . . .	791
Mon. 61. S. FRANCISCUS BORGIA P. Antonio de Córdoba. Roma, 3 iulii 1565 . . . . .	803
Mon. 62. STEPHANI PASQUIER scripta de Societate Iesu . . .	804
Mon. 63. Documenta deperdita . . . . .	821
 ADDENDA ET CORRIGENDA IN HOC VOLUMINE . . . . .	 824
ADDENDA ET CORRIGENDA IN VOLUMINIBUS PRAECEDENTIBUS.	825
INDEX, PERSONARUM, RERUM, LOCORUM . . . . .	829

## PRAEFATIO GENERALIS

Cum documenta huius voluminis valde inter se differant variisque scriptoribus debeantur, quae de eis dicenda habemus singulorum praefationibus tractanda relinquimus. Ut autem nonnulla praemittamus, ante omnia limites temporis declarandi sunt. Initium, ut par erat, sumimus ab anno 1574, ubi praecedentis voluminis documenta steterant. In animo erat extra finem saeculi XVI vel primos annos sequentis non ultra procedere, quo tempore causa beatificationis et canonizationis Sancti Ignatii institutis processibus pertractata est. Inter collecta tamen documenta nonnulla posteriora reperiebantur quae omitti minime poterant, si corpus integrum et perfectum narrationum conficere volebamus. Hoc loco significare intendimus praecipue scripta Patris Nicolai Lancicii, quorum nonnulla recentiora sunt, sed a ceteris eiusdem scriptoris minime seiungenda. Hac de causa tempus produximus, ne opus nostrum incompletum videretur, eo vel magis quod ex his documentis nonnulla edita iam fuerant sive in *Actis Sanctorum*, sive in nostris *Scriptis de Sancto Ignatio*.

Ad scriptores quod attinet eorumque testimonia, magnum intercedit discrimen inter hoc tertium et duo praecedentia volumina. Dum enim in primo documenta primigenia, cum Ignatius viveret exarata, continentur, in secundo vero scripta praecipue trium virorum qui accuratissime de Ignatii vita inquisierunt: Patrum videlicet Nadal, Ribadeneyra, Polanco; in hoc tertio scriptores plures numero sunt, scripta autem sive inter se sive cum praecedentibus comparata magnae sunt diversitatis, longitudinis et, quod maius est, momenti atque ponderis pro historia.

Testes oculati qui plus minus arctam cum Ignatio consuetudinem habuerunt sunt, prae ceteris omnibus, Patres Simon Rodrigues et Nicolaus de Bobadilla. Prior in suo noto *Commentario* (MON. 3) accuratam textit narrationem de origine So-

cietatis, inde ab eo tempore quo Lutetiae Parisiorum primi stabiles socii Ignatio iuncti sunt, usque ad Societatis confirmationem. Huius magni pretii documenti, praeter originale textum latinum iampridem editum, alium proferimus lusitana lingua exaratum. Patris Bobadilla lectoribus exhibemus fragmentum autobiographiae (MON. 14), ad initia Societatis illustranda perutilem, atque etiam epistolam qua iam senex memoriam renovavit voti parisiensis ad Montem Martyrum (MON. 13). Nonnulla scripta damus Patris Ribadeneyra, praecipue eius censuras in *Vitam* S. Ignatii a P. Ioanne Petro Maffei conscriptam (MON. 10) et tractatum de ratione qua Ignatius in gubernando utebatur (MON. 38).

Non parvae auctoritatis sunt, inter alios, Patres Edmundus Auger, Oliverius Manareus, Benedictus Palmio. Primi edimus dialogum hucusque ineditum, gallica lingua scriptum, qui sine dubio inter huius voluminis monumenta praeclarum obtinet locum (MON. 12). In eo sub artificiosa dialogi forma permulta habentur de ipso S. Ignatio, de vitae ratione Patrum Fratrumque Societatis illis initiis, de studio virtutum et disciplina religiosa, de operibus pro salute animorum susceptis de eorumque metodo et ratione. P. Manareus testis est etiam oculatus qui in suis responsionibus ad quaedam Lancicii postulata plura nobis tradit (MON. 23). Idem dici potest de P. Benedicto Palmio, cuius autobiographiae omnia quae de argumento nostri voluminis sunt propria praebemus, quorum nonnulla capita hucusque inedita remanserant (MON. 6). Sanctum Ignatium noverunt Patres Araoz, cui narratio quaedam tribuitur (MON. 9) cuiusque adhortationem edimus (MON. 59a), S. Petrus Canisius qui auctor dici potest apologiae Societatis a Ioanne Alberto Wimpinensi scriptae (MON. 60), Gulielmus Postel (MON. 53), Ioannes Couvillon (MON. 2), Ioannes Thomas Canizaro (MON. 25, 32), Hannibal Coudretus (MON. 27), Benedictus Amaroni (MON. 28), Petrus de Tablares (MON. 51), Patres flandri qui de imagine depicta Ignatii conscripserunt (MON. 24), ut nihil dicamus de S. Francisco Borgia (MON. 61) et de P. Ioanne de Polanco (MON. 58). Nec omittendus Ioannes Pasqual qui iam senex de rebus a se Minorissae et Barcinone in iuventute visis vel auditis testimonium perhibet (MON. 5, 8).

Alii nostrorum monumentorum scriptores ea referunt quae vel a coaevis testibus audierunt, vel in documentis fide dignis scripta invenerunt. P. Georgius Rosephius, qui theologiae in

collegio Romano annis 1563-1566 operam dedit, peculiari studio fragmenta colligere conatus est, ne perirent, de Ignatio deque primis Societatis Patribus Fratribusque (MON. 29). Vis eorum quae tradit ab auctoritate pendet testium adhibitorum, quorum nomina fideliter indicat. Idem dicendum est de simili collectione ab ignoto scriptore, incerto etiam tempore confecta (MON. 30). Enumerare liceat etiam alios scriptores : P. Ioannem Pla (MON. 1), P. Aegidium González Dávila (MON. 15), P. Franciscum Vázquez (MON. 21), P. Antonium Clar (MON. 31), P. Blasium Rengifo (MON. 33), P. Petrum Martín (MON. 34), P. Petrum Gil (MON. 36), qui omnes singularia facta referunt ex optimis fontibus repetita.

Inter hos speciali notatione digni sunt duo, qui data opera de Ignatii vita investigarunt eo consilio ut vel historiam ipsi conscriberent, vel aliis ad id faciendum silvam rerum pararent. Huiusmodi sunt Patres Nicolaus Lancicius et Ioannes Antonius Valtrino. De scriptis Patris Lancicii quae in unum colligere visum est (MON. 41-49) pauca in speciali praefatione suo loco dicemus. P. Ioannes Antonius Valtrino inter primos Societatis historicos computari iure meritoque potest ob complura scripta biographica quae tribus voluminibus collecta sunt sub titulo *Vocationes ad Societatem*. Scripsit etiam litteras annuas de rebus annis 1581 et 1582 in Societate gestis, quae omnium primae typis editae sunt. De Sancto Conditore vitam scribere aggressus est, cuius textum nos primum damus (MON. 16), composuit praeterea censuram in *Vitam* a P. Maffei scriptam (MON. 17), nonnulla etiam S. Ignatii vitam illustrantia (MON. 18, 19).

Momentum pro historia horum ceterorumque scriptorum praecipue pendet e fontibus quos eorum auctores prae manibus habuerunt, quos singulis in casibus indicare conati sumus. Utile est quidem pro historia scire quisnam fuerit usus horum fontium iam primis post S. Ignatii obitum temporibus; neque excludi potest tunc praesto fuisse scriptoribus documenta quae postea perierunt, quod dici etiam potest de P. Bartoli.

Fontibus stricte narrativis accedunt alia: syllogae sententiarum (MON. 39, 40, 42), documenta de domibus ubi Ignatius Romae vitam duxit (MON. 7), de rebus ab eo in veneratione habitis (MON. 20), de conatibus pro vera effigie Sancti Conditoris obtinenda. Ideo tum narrationem de imagine ab Alfonso Sánchez Coello depicta tradimus (MON. 11), tum elenchum

conficimus epistularum quae abunde demonstrant quanto studio Patres flandri, Ignatii coaevi, imaginem quae vere eum repraesentaret obtinere conati sint (MON. 24).

In voluminis appendice ea documenta collegimus quae tempore praecedunt ea quae in operis corpore continentur. Nonnullorum textum tempestive comparare nobis non licuit, alia iam nota nunc tantum edenda visa sunt. Magni momenti est *Memoriale Romanum* (MON. 50) hucusque ineditum, quod in forma ephemeridis minutatim illustrat facta quae evenerunt a mense octobri 1545 ad mensem maium 1547. Utilia sunt etiam, ad internam vitam domus romanae Societatis cognoscendam, notata e libro consultationum pro annis 1554-1555 (MON. 54). Nonnullae iam notae epistulae facta quaedam de S. Ignatii vita nova luce perfundunt (MON. 51, 58, 61). Puncta particularia tangunt MON. 52, 55, 56. Ex operibus olim typis impressis fragmenta desumpsimus: scripta Gulielmi Postel, quondam sub Ignatio in Societatem ad probationem admissi (MON. 53), Dominici de Valtanás apologiam Societatis eo anno typis vulgatam quo S. Ignatius pie obiit (MON. 57), prima capita alius apologiae Societatis a Ioanne Alberto Wimpinensi ex informationibus a S. Petro Canisio acceptis confectae (MON. 60), tandem excerpta e scriptis Stephani Pasquier qui, etiamsi Societati semper infensus fuit, notitiam de eius initiis ex ore Patris Paschasii Broët haurire potuit (MON. 62). Tamquam operis totius conclusionem elenchum praebemus documentorum deperditorum, quorum e fontibus notitiam hausimus.

Unum genus documentorum omisimus, censuras nempe in Vitam S. Ignatii a P. Petro de Ribadeneyra conscriptam, quarum plurimae in primo volumine operis *Scripta de S. Ignatio* editae sunt, alias ineditas collegimus. Ratio fuit tum quia molem huius voluminis nimis crescere noluimus, tum praecipue quia in animo habemus supra memoratae Vitae criticam editionem parare et quidem bilinguem, quae textum tum latinum tum hispanum lectoribus praebeat. Iam, censurae illae nullibi aptiorem locum habiturae videbantur quam una cum illius Vitae textum, cuius sunt veluti commentarium. Iam nunc igitur lectoribus novum opus nuntiare possumus quod, Deo dante, haec continebit: Vitae S. Ignatii auctore P. Petro de Ribadeneyra editionem criticam bilinguem, secundum manuscripta et editiones omnes ab auctores paratas; Vitam breviorum quam ipse Ribadeneyra addidit operi suo *Flos Sanctorum*,

secundum editionem Matritensem anno 1609 confectam; tandem censuras omnes nobis notas in Vitam S. Ignatii. Faxit Deus ut id quod nobis in votis est feliciter expleri possit.

Liceat nobis hoc loco grati animi sensus exprimeret erga eos omnes qui sive in colligendis documentis, sive in iisdem transcribendis et illustrandis opem suam benevole contulerunt: Patres dicimus praecipue Michaëlem Batllori, Henricum Bernard-Maitre, Petrum Blet, Marium Colpo, Ignatium Iparra-guirre, Edmundum Lamalle, Iosephum Teschitel. P. Ladislaus Lukács validum nobis praebuit adiumentum ad curricula vitae Patrum Fratrumque describenda. P. Petrus Knauer nobis transcripsit e vetere editione textum Apologiae a Io. Alberto Wimpinensi compositae (Mon. 60). Eis omnibus, atque etiam sollerti Fratri Aurelio Cereceda, fraternum iuvanem Dominus abunde rependat.

## SIGLA ET COMPENDIA

- AA. SS.** = *Acta Sanctorum*.  
**Acta** = *Acta P. Ignatii* (Autobiographia).  
**AHSI** = *Archivum Historicum S. I.*  
**ASIR** = *Archivum S. I. Romanum*.  
**BM** = MHSI, *Bobadillae Monumenta*.  
**Chron.** = *Chronicon Polanci*.  
**Const.** = *Constitutiones S. I.*  
**DA** = *De Actis P. Ignatii* (FN, II, MON. 14).  
**DH** = *Dichos y Hechos* (FN, II, MON. 19).  
**EB** = *Epistolae PP. Broëti, Jaji, Codurii, Rodericii*.  
**EM** = MHSI, *Epistolae Mixtae*.  
**EN** = MHSI, *Epistolae P. Nadal*.  
**EX** = MHSI, *Epistolae S. Fr. Xaverii*.  
**FN** = MHSI, *Fontes narrativi de S. Ign.*  
**FX** = Georg SCHURHAMMER, *Franz Xaver, I.*  
**Lain.** = *Lainii epist. de S. Ign.* (FN, I, MON. 6).  
**ES** = MHSI, *Epistolae Salmeronis*.  
**LM** = MHSI, *Lainii Monumenta*.  
**Mem.** = *Memoriale P. Gonçalves da Câmara* (FN, I, MON. 13).  
**MI, Epp.** = *Monumenta Ignatiana. Epistolae*.  
**MI, Const.** = *Monumenta Ignatiana. Constitutiones*.  
**MI, Regulae** = *Monumenta Ignatiana. Regulae*.  
**PC** = MHSI, *Polanci Complementa*.  
**prius.** = *In apparatu. Lectio ante correct.*  
**Quadrimestres** = MHSI, *Litterae Quadrimestres*.  
**Rib.** = MHSI, *Ribadeneira*.  
**Scripta** = MHSI, *Scripta de S. Ignatio*.  
**Sum. hisp.** = *Summarium hispanicum Polanci* (FN, I, MON. 7).  
**TV** = TACCHI VENTURI, *Storia della Compagnia di Gesù*, volume secondo (II-I = parte prima, 1950; II-2 = parte seconda, 1951).  
**[]** Claudunt verba vel litteras quae nos supplemus in textu.  
**††** Claudunt verba quae nos mutamus in textu.  
**---** spatium vacuum in textu.

Due priora nostri operis volumina saepe indicantur simplici signo I, II



## NOTITIA CODICUM MANUSCRIPTORUM

N. B. Eos tantum codices hic describimus quorum praecipue fit usus in hoc volumine, nec in recentioribus voluminibus MHSI descripti sunt.

### A) ARCHIVA SOCIETATIS IESU

#### I. - CODICES SERVATI IN ARCHIVO S. I. ROMANO (ASIR)

*Arag. 10*, Catalogi triennales 1587-1649.

*Arag. 15*, Catal. breves 1559-1773.

*Arag. 29*. Restauratus 13 maii 1936. 225 × 160. ff. 1-204b. Titulus in dorso : *Alvarez. Hist. Prov. Arag. usque 1600*. Titulus antiquus : *Historia / d.<sup>a</sup> Prov.<sup>a</sup> / de / Aragón*. Alius titulus antiquus : *Historia / Soc. Iesu / in Provincia / Aragoniae / Authore / P. Gabriele / Alvarez / eiusdem / Societatis*. Titulus in fol. 1 : *Historia de la Prov.<sup>a</sup> de Aragón d.<sup>a</sup> Comp.<sup>a</sup> de Jesús compuesta por el P. Gabriel Alvarez de la misma Comp.<sup>a</sup> de Jesús*. Continet eosdem libros eademque capita ac exemplar Archivi Prov. Toletanae S. I. de quo infra, sed ratio dicendi est diversa. Hoc exemplar res modo magis compendioso enarrat.

*Cast. 13*, Castella. Catalogi triennales 1559-1576. Cf. FN, II, 67\* ; MHSI, *Florida*, 93\*.

*Cast. 35, I-II*. Restauratus 15 octobris 1932. 342 × 240 mm. Titulus in dorso : *Castel. / de Guzmán / Historia / Colleg. / 1545-1600*. Titulus antiquus : *P. Pedro de Guzmán, Historia de la Provincia de Castilla. Castellán. Historia Collegior. 1545-1600*. Antiquitus unum tantum erat volumen, cum paginarum (non foliorum) numeratione a p. 1 ad p. 1011 (omissis aliis numerationibus partialibus), quibus alia documenta posteriora addita sunt, numerata a p. 1012 ad p. 1028. Post restaurationem opus divisum est in duo volumina et numerata folia : vol. I, ff. 1-267 ; vol. II, ff. 268-547a.

Est textus originalis, ab auctore subsignatus in f. 8v, et ab eodem, ut nobis videtur, correctus, saltem partim. Scribae varii sunt.

Haec *Historia* scripta dicenda est, vel saltem absoluta, anno 1599 vel initio sequentis. Nam in. fol. 76v haec legimus : « El estado que tenía esta Provincia, quanto toca a los sugetos, en el tiempo de la Congregación Provincial de 1599, quando se iba acabando esta historia, es el siguiente ... ». Prologus autem signatus est ab auctore die 13 aprilis 1600, Vallisoleti.

Ex hac *Historia* desumimus initia collegii Arevalensis Societatis, quia in iis aliqua narrantur de S. Ignatii in illo oppido commoratione (Mon. 26, pp. 460-466). Ut autem ea quae dicimus in *Praefatione* (pp. 460-461) clariora fiant, nonnulla declaranda videntur.

P. Astrain in sua *Historia de la Asistencia de España* breviter hanc *Historiam* descripsit (vol. I, p. XXXVII ; vol. II, p. XIV). Ex ea item

II — MON. IGNAT. — FONTES NARRAT. III

desumpsit narrationem initii collegii Arevalensis (I, p. 7-9), nesciens tamen hanc narrationem e dicta Historia procedere, putans potius agi de originali documento, sibi ab archivista P. Van Meurs communicato. En Astrain verba (p. 91): «El original de esta relación, desconocido hasta ahora, lo ha encontrado el P. Van Meurs en un tomo intitulado *Historia castellana*, p. 913 [nunc f. 484v] de nuestro archivo. El P. Fita publicó una copia o, mejor dicho, arreglo de esta relación en el *Boletín de la Acad. de la Historia*, t. XVII, p. 497». Constat nunc Astrain usum esse non originali narrationis cuiusdam eousque ignoratae, sed Historia Patris Guzmán, et quidem e codice quem nunc describimus.

In nostra *Praefatione* (infra, p. 460-461) secuti sumus auctoritatem Patris Fita, qui supponit a. 1599 scriptam fuisse narrationem quandam de initii collegii Arevalensis, demptam ex alia facta a P. Antonio Lárez. En verba Patris Fita: «*Relación*, todavía inédita, trazada en el año 1599, que se tomó de la del P. Lárez, e historiaba la fundación de la Compañía de Jesús en Arévalo. Aunque se han buscado, no parecen el original, ni el traslado que hizo sacar el P. Valdivia antes de 1643, ni el remitido a la Casa Profesa de Roma, consultado por el P. Sacchini antes de 1662. Existe la copia que el Procurador Antonio López († 7 noviembre 1652) incluyó en su *Diario*, y pasó con los demás papeles de la Procuraduría del Colegio a poder del Gobierno de Carlos III en 1767». Hoc postremum apographum typis edit P. Fita in suo articulo, loco supra citato.

Duplicem igitur habemus relationem: alteram quae debetur P. Petro de Guzmán, alteram immediate desumptam e *Diario* Patris Antonii López. Fons pro utraque est relatio oralis facta P. Antonio Lárez ab Alfonso de Moltalvo, quondam S. Ignatii socio et amico, (v. infra, p. 464) et ab aliis testibus (p. 465).

Narrationem Patris Guzmán scriptam esse anno 1599 vel 1600 supra probavimus. De alia idem repetit P. Fita, sed argumenta ad id probandum non habemus. Nobis videtur narrationem Antonii López desumptam esse ex illa Patris Guzmán, quod iam asseruit P. Astrain, non tamen ad verbum descriptam ex ea. Certe desumitur ex *Historia* quadam, prout initio eius dicitur (v. p. 462). Quenam autem Historia potest esse si illa non est? His positis asserere liceat unam esse narrationem, illam nempe Patris Guzmán, e qua alia dependet, sicut etiam illa quae auctorem habet Patrem Ludovicum de Valdivia, qui opus suum de collegiis Castellae exaravit postremis annis vitae suae († 5 novembris 1642).

Cum relatio Antonii López non sit mera transcriptio illius Patris Guzmán invat utramque lectoribus exhibere, prout facimus in MON. 26. Utile est etiam prae oculis habere lectiones variantes Patris Valdivia, ideoque eas adducimus in apparatu.

*Epp. Extern. 46 (Codex diversorum)*. Cf. EM, III, 717-718; MI, *Epp. I*, 46. (Vide infra, p. 85<sup>9</sup>).

*Epp. NN. 50*, Registrum litterarum S. Ignatii ad diversas Provincias, 1547-1553. Cf. MI, *Regulae*, 37\*; EX, I, 161\*; n. 10.

*Epp. NN. 52, (Codex Vitelleschi)*. Epist. S. P. Ignatii. Cf. FN, I, 67; MI, *Epp. I*, 33.

*Epp. NN. 60*, Epist. Fabri (1539-1546), Iaii (1540-1552), Broet. (1543-1562). Cf. EB, p. 17.

*Epp. NN. 63*, Polanci Epist. 1542-1570. Cf. MI, *Epp. I*, 33. (Vide infra, p. 766).

*Epp. NN. 78*, (Adversaria Polanci). Descriptus in EX, I, 165\*; cf. FN, I, 68\*; II, 44\*. (Vide infra, p. 722).

*Epp. NN. 79.* Codex restauratus mense novembri 1949. Titulus recens in dorso : *P. Petri Maffei*. Titulus antiquus agglutinatus interiori parti operculi : *Minute di lettere del P. Gio. Pietro Maffei*. ff. 1-81a. Continet litteras Patris Maffei. Vide infra MON. 5, p. 142.

*Epp. NN. 87.* 340 × 240. ff. 1-130. Titulus in dorso : *N. Lancicius / Epistolae / et / Testimonia*. De hoc codice breviter agitur in MI, *Regulae*, p. 37\*. Continet nonnulla scripta ignatiana P. Lancicii quae nos edimus : MON. 46, 47, 48. Magnam partem voluminis occupant scripta de virtutibus Lancicii.

*Epp. NN. 90 (Initia Soc. Iesu)*. Descriptus in EX, I, 165\*-166\*. (Vide infra, pp. 416, 687).

*Epp. NN. 95*, Epistolae Venerabilium (et alior.) e S. I. Cf. EM, III, 717. (Vide infra, p. 210).

*Epp. NN. 98*, De primordiis Soc. Iesu. Cf. MI, *Const.* I, p. CCXLII ; EX, I, 166\* ; *Doc. Ind.*, I, 7\*. (Vide infra, p. 320).

*Fl.-Belg. 1*, Epist. Generalium 1573-1610.

*Fl.-Belg. 9*, Catal. triennales Belg. 1584-1603.

*Fl.-Belg. 29*, Catal. trien. Flandr. 1690.

*Fl.-Belg. 47*, Catal. brev. 1700-1719.

*Fl.-Belg. 48*, Catal. brev. 1720-1754.

*Franc. 15*, Catal. triennales 1675-1685.

*Franc. 16*, Catal. triennales 1690-1696.

*Franc. 24*, Catal. breves 1682-1699.

*Franc. 25*, I-II, Catal. breves 1700-1720.

*Franc. 26*, Catal. breves 1721-1730.

*Franc. 27*, Catal. breves 1731-1744.

*Franc. 30*, Historia I, 1540-1604.

*Gall. 15* I-II, Vota profess. 1700-1705.

*Gall. 79*, Epistolae 1557-1561. Cf. EN, I, p. LXIII ; *Quadrimestres*, V, 967.

*Gall. 81* I-II, Epistolae 1565-1568. Cf. EN, I, p. LXIII.

*Germ. 1*, Vota profess. 1553-1580.

*Germ. 178*, Epistolae, 1598, 1599.

*Germ. 179*, Epistolae, 1600.

*Germ. 180*, Epistolae, 1601 (1605) 1606 usque ad iun.

*Germ. 187*, Epp. Germ. 1559. Cf. EN, I, p. LXII ; *Quadrimestres*, VI, p. VII.

*Hisp. 67*, Epistolae Generalium 1564-1566. (Vide infra, p. 803).

*Hisp. 94*, Ribadeneira. Assistentiae Hispaniae Historia : 1540-1610. Cf. *Rib.* I, p. XXIX ; EM, II, 893-894. (Vide infra, p. 461).

*Hisp. 122*, Epist. Hispaniae, Aug.-Dec. 1574. (Vide infra, p. 1).

*Hist. Soc. 1b*, Documenta de S. P. N. Ignatio eiusque sociis, prius *Rom. II*, cf. MI, *Epp.* I, 33-34 ; MI, *Regulae*, 37\*. (Vide infra, pp. 775-776).

*Hist. Soc. 5b*, (*Memorie varie*). Late descriptus in FN, I, pp. 68\*-73\*. Vide etiam infra, MON. 43, pp. 680-687. Prout ibi (p. 680<sup>1</sup>) dicimus,

cum hic codex a. 1955 restauratus est, novam foliorum numerationem obtinuit. Nos hoc volumine, sicut praecedentibus, priorem numerationem stilo lapideo signatam secuti sumus. In commodum autem eorum qui recentissimam sequi velint, hoc loco subiungimus utriusque correspondentiam. In hoc elencho primo loco ponimus folia secundum numerationem a nobis adhibitam, deinde, intra parentheses, recentissimam :

ff. 2r-9v	(2r-9v)	ff. 105-107	(91-92)
ff. 10r-12v	(10r-12v)	ff. 107-108	(93-94)
ff. 14r-18v	(13r-17v)	ff. 110	(95)
ff. 19r-21v	(18r-20v)	ff. 110v-111	(95v-96)
ff. 22r-41r	(21r-40r)	ff. 112r-113v	(90r-98v)
ff. 46r-57v	(41r-52v)	ff. 116-125v	(99-108v)
ff. 58r-59v	(53r-54v)	ff. 126-131	(109-114)
ff. 60r-63v	(55r-58v)	ff. 132-133	(115-116)
f. 66	(60)	ff. 134-136r	(117-119)
f. 67	(61)	ff. 138-140r	(120-122r)
f. 68r	(62r)	ff. 140v-141v	(122v-123v)
ff. 68v-69r	(62v-63r)	ff. 142-145	(124-127)
f. 69r	(63r)	ff. 146-148r	(128-130r)
f. 70r-v	(64r-v)	ff. 150-153r	(131-134r)
f. 71r	(65r)	ff. 154r-167v	(135r-148v)
ff. 71v-72v	(65v-66v)	ff. 168r	(149r)
f. 73r	(67r)	ff. 169-170	(150-151)
ff. 73r-76v	(67r-70v)	ff. 171-172	(152-153)
f. 77	(71)	ff. 173-178	(154-159)
f. 78	(72)	f. 174	(155)
f. 79	(73)	f. 175	(156)
f. 80	(74)	f. 176	(157)
ff. 81-82	(75-76)	f. 177	(158)
f. 86	(77)	f. 178	(159)
f. 88	(78)	f. 179	(160)
ff. 89r-91r	(79r-81r)	f. 180	(161)
f. 92	(82)	f. 182v	(162)
ff. 93-97	(83-87)	f. 183r	(163r)
ff. 98r-99v	(88r-89v)	f. 186	(164-165v)
ff. 104	(90)		

*Hist. Soc. 5c, (Historica de Soc. Iesu).* Cf. MI, *Epp.* I, 37. (Vide infra, p. 6).

*Hist. Soc. 41.* Societatis status et numerus 1574. Cf. FN, I, 74\*.

*Hist. Soc. 42.* Defuncti 1557-1601; 1619-1623. *Diversi ordini:* 1557-1591.

*Hist. Soc. 43.* Defuncti 1595-1621; 1623-1642. *Per in fondatori:* 1595-1639. *Diversi ordini:* 1595-1640.

*Hist. Soc. 43a.* Catalogus alphabeticus defunctorum in Societate: 1604-1621.

*Hist. Soc. 70.* Restauratus sine indicatione temporis. 330 × 212 mm. ff. 1-189. Titulus in dorso: *Historica P. Manarei*. Titulus antiquus: *P. Mana / rei / hist.*

ff. 1-30v. *Puncta mandato P. is Generalis Claudii Aquavivae collecta ab Oliverio Manareo et in Urbem missa pro Hist. univ. Soc. tis, si quae ad eam viderentur apta.* (Opus edit. [a P. Lud. Delplace], Florentiae 1886, sub titulo: *De rebus Societatis Iesu commentarius Oliverii Manarei*).

ff. 31-34. *Responsio ad quaedam postulata de B. P. N. Ignatii virtutibus et documentis, a Nicolao Lancitio Romae theologiae studioso.* (Vide infra, MON. 23).

ff. 36-51v. *De P. Everardo Mercuriano ... puncta quaedam ab Oliv.º Mana.º collecta.* (Edit. Bruxellis, a. 1882, sub titulo : *De vita et moribus Everardi Mercuriani ... Commentarius Oliverii Manarei, nunc primum in lucem editus*).

ff. 52-61v. *Puncta pro Hystoria Soc.tis universali et de patribus senioribus Societatis praecipue Belgii collecta.*

f. 61v. Attestatio autographa : « Haec de Patribus senioribus Oliverius Manareus collegit ».

f. 63. Index nominum eorum qui laudantur in hisce scriptis P.º Manarei.

f. 64. Testimonium authenticum Iacobi Comans, parochialis ecclesiae S. Nicolai Traiecti ad Mosam pastoris, de Henrico Dyonisio.

ff. 65-66. Testimonium authenticum de eodem (1601).

ff. 70-85. *Brevis eorum qui vocationis gratiam de S.º nostra neglexerunt narratio ab Oliverio Manareo fideliter collecta, pro posteritatis aedificatione et cautione.*

f. 85. Index quidam eorum qui commemorantur in « punctis » a P. Manareo collectis.

ff. 87-88. *Notae in puncta ab Oliverio Manareo missa in Urbem.*

ff. 90-111. Epistolae autographae Manarei ad PP. Lancicium et Orlandinum.

f. 113. Annotationes de sociis qui Gandiae versabantur a. 1546, etc.

f. 114. Epistola Reineri Egnoye.

f. 115. Epist. P.º Francisci Sacchini, ad P. Iac. Tirinum, Roma, 11 aug. 1618.

f. 116. Animadversiones in Hist. Soc. Autogr. Sacchini.

f. 117. *Quae viderentur addenda vel corrigenda in historia Vitae P. N. Ignatii edita Mediolani anno 1586 (Vita Maffei).*

f. 119. Epist. authogr. P.º Philippi Aupolini, ad P. Bartholom. Pérez, Venetiis 20 maii 1600.

f. 120. Epist. authogr. P.º Sebastiani Gonçalves, Goa, 27 dec. 1610, quibus nuntiat se mittere documentum sequens :

ff. 121-124. *Advertencias sobre o livro do P. João de Lucena [Vita Xaverii] pello P. Sebastião [Gonçalves] feitas em 26 de dez. de 610.*

ff. 126-129. *Erros que notei na historia que compos o P. João de Lucena de vida do P. Francisco Xavier acerca de cousas de Japão.*

ff. 129-138. *Anotações nas cousas da Vida do P. N. F.º que se han de emendar no livro dellas que foy p.º Roma no anno de 1580.*

ff. 141-148. Aliud exemplum earumdem annotationum.

ff. 149-155. Versio italica earumdem annotationum.

f. 157. *Sobre la historia de la India que se haze en latín.*

ff. 159-161. *Censura de alguns lugares errados por falta de informação sobre a primera parte da historia do P. Luis de Gusmão.*

f. 161v. *Errata nonnulla circa vitam B. P. Fr. Xaverii, authore P. Hor. Tursellino, impressam Romae anno 1596.*

f. 162. *Alguns erros que o P. Ribadeneira cometeo nas cousas tocantes a India.*

ff. 163-164. *Algumas censuras sobre a Relaçam do P. Fernão Guerreiro acerca dos annos 607-608.*

ff. 165-177. *Responsio ad ea quae proposuit Congr. Prov.º Tolet.º adversus historiam Soc.º de genere R.º P.º Iacobi Lainii.*

ff. 178-189. Aliud exemplum eiusdem responsionis.

*Hist. Soc. 162. Descriptus infra, p. 5.*

*Hist. Soc. 175.* Informationes antiquae. Cf. FN, I, 76\*; EM, IV, 878-879.

*Hist. Soc. 176.* Vocationes illustres I. Cf. PC, I, p. XXXIII; Bobadilla, 688.

*Hist. Soc. 177.* Vocationes illustres II.

*Instit. 17.* Descriptus in FN, II, 44\*-46\*.

*Instit. 24a.* Cf. FN, II, 46\*; descriptus in EN, IV, 11-16. Breviter in MI, *Regulae*, 40\*. (Vide infra, p. 766).

*Instit. 24c (Recuerdos).* Cf. FN, II, 46\*; MI, *Epp.* I, 39; EM, I, p. 602. (Vide infra, p. 636).

*Instit. 38a.* (*Regulae antiquae*). Descriptus in MI, *Regulae*, 41\*-44\*. (Vide infra, p. 642).

*Instit. 186a.* Miscellanea de Instituto I. Descriptus in EN, IV, 25-26.

*Instit. 186e* (prius 23). *Dubia de Instituto V*, ff. 1-2. Index recens.

*Instit. 218.* Natalis collecta de vita S. Ign. et Exerc. Cf. FN, I, 78\*; *Scripta*, I, 24; descriptus in EN, I, pp. XL-XLIV.

*Lugd. 18.* Catal. triennales 1584-1628.

*Rom. 53.* Catal. triennales 1571-1597 (cum cat. brev.).

*Rom. 78b.* Restauratus 27 febr. 1934. 325 × 230 mm. ff. 1-243. Titulus recens in dorso: *Catal. antiquiss. Ital. 1546-1577. Varia usque ad 1600.* Damus hic titulos priorum catalogorum, quibus hoc volumine usi sumus.

f. 2. *Liber in quo continentur nomina professorum Societatis Iesu iuxta temporis ordinem.* (Autographum Polanci).

f. 4. *IHS. P. M<sup>o</sup> Ignatio* etc. (Catalogus domus Romanae, tempore S. Ignatii confectus et quidem, ut videtur, mensibus maio-iulio 1555, quo tempore P. Salmerón eiusque socius, Fr. Joffre, Romae versabantur, antequam Germaniam peterent).

f. 5. *Elenchus professorum* (Incipit a P. Francisco Estrada, desinit in P. Mercuriano).

f. 7. *Catalogus collegialium Societatis Iesu in Urbe.* Alia manu: 1599 in fine et sequenti.

f. 9. *Catalogus Fratrum.* Alia manu: Circa l'an. 1557.

f. 11. *Defuncti in Societate.*

f. 13. *Catalogus eorum qui de Societate Iesu Romae habitant 16 iunii 1560. In Domo Societatis.* f. 13v: *In Collegio Societatis.*

f. 15. *Catalogus Collegialium Societatis Iesu qui Romae sunt sub finem Novembris 1560.*

f. 17. Absque titulo: missi extra Romam inde a mense ianuario 1560. Manu Polanci.

f. 19. *Catalogus eorum qui de Societate Iesu Romae versantur sub finem mensis maii 1561. In Domo Societatis* f. 19v: *Collegiales Societatis Iesu qui Romae versantur.* (Cf. SOMMERVOGEL, *Les Jésuites de Rome et de Vienne en M. D. LXI*, ubi catalogus hic denuo typis editur ex antiquo exemplari impresso).

f. 21. *Entrati dal principio di luglio nella Compagnia.* Alia manu: An. 1561.

f. 23. *Theologi, Dialectici, Rhetores.* Alia manu: An. 1561.

f. 25. *Catalogo di quelli della Compagnia che habitano nel Collegio di Roma* (Manu P. Tacchi Venturi: 1560-1561).

f. 27. *Catalogus collegii Romani* (sine titulo). 1560 vel 1562. (numerus 0 correctum est ex alio. Manu Tacchi Venturi : 1562-1563). Praeter nomina dat aetatis annos, annos Societatis et pro theologis annos theologiae.

f. 28. *Catalogus omnium qui in domo professorum Romae versantur.* (1564).

f. 28v. *Catalogus omnium qui modo in Collegio Romano versantur mense iulii 1564.*

f. 29v. *Missi ab Urbe hoc semestri anni 1564 ad Idus iulii.*

f. 30. *Sacerdotes domus professorum. Coadiutores.* Alia manu : 1565.

f. 31. *Mense ianuario 1565. Catalogus omnium qui in domo professorum Romae versantur.*

f. 31v. *Catalogus nostrorum collegialium qui in collegio nostro et in Germanico et in Seminario versantur.*

f. 32v. *Catalogus eorum qui Roma missi sunt in varia loca a 20 augusti 1564 ad 16 ianuarii 1565.*

f. 33. *Catalogus eorum de Societate nostra qui Romae missi sunt in varia loca anno 1565, non computatis iis qui remissi sunt ad Provincias unde ad Congregationem Generalem venerunt.*

f. 35. *Index eorum qui Roma missi sunt anno 1566, qui tamen redierunt numeris non signantur.*

f. 37. *Qui versantur in collegio Romano scholastici.* 1566.

f. 39. *Catalogus eorum qui missi sunt extra Urbem anno 1567.*

Rom. 99. Catal. breves 1716-1720.

Rom. 100. Catal. breves 1721-1725.

Rom. 101. Catal. breves 1726-1730.

Rom. 126. Restauratus 14 aprilis 1925. 310 × 227 mm. ff. 1-350a. Titulus in dorso : *Romana Fundat colleg. VII.* Titulus antiquus agglutinat faciei internae operculi, idem ac praecedens. Continet initio (ff. 1-22) Polanci informationes de initio Societatis (v. FN, I, 299). Adsunt postea narrationes de initiis domorum et collegiorum Societatis tum in Urbe Roma tum in aliis Italiae urbibus. Inde nos desumimus narrationem magni momenti de origine domus professae Romanae (vide Mon. 7).

Rom. 127, I-II. Rom. Hist. 1547-1600. Cf. PC, I, p. XXXIV.

Rom. 143. Templum domus Professae. Cf. PC, I, p. XXXII.

Rom. 170. Novicii in domum professam admissi 1556-1559.

Rom. 188. Necrologia IV, 1541-1736. (Vide infra, p. 398).

Sic. 189. Necrologia I, 1540-1695.

Sic. 190. Necrologia II, 1567-1635.

Sic. 191. Necrologia III, 1637-1784.

Sic. 202. *Sicula, Fundat. Vol. X. Varia.*

Tolet. 3. Epistolae Generalium 1584-1588.

Tolet. 12a I-II. Catal. 1550-1599.

Tolet. 22. Catal. triennales, 1619-1625.

Ven. 97 I-II. Epistolae 1621-1720.

Vitae 15. Codex pergamena coopertum, 195 × 155 mm., ff. 1-48. Initio adest folium non numeratum. Titulus in facie operculi : *Dicta*

*alioquorum / e Societate. In dorso : Dicta Nostrorum. In primo folio non numerato adest epistula incerti auctoris scripta ad P. Generalem (Claudium Aquaviva), data « di Casa, il dì 11 decembre 1609 ». - Totum volumen edimus infra, MON. 29, pp. 474-577.*

*Vitae 60. Codex 230 × 155 mm. ff. 1-174. - Est codex miscellaneus, varia continens documenta. Initio habentur Dictamina S. P. Ignatii generalia collecta a P. Lancicio, edita infra, MON. 41, pp. 641-675. Praeter hoc, nullum adliud documentum ignatianum continetur in hoc codice.*

*Vitae 85. Vitae sociorum, 1562-1687.*

*Vitae 164. - Restauratus 21 iulii 1934. - Constat foliis non ligatis, inclusis in operculo ex charta agglutinata confecto, cuius in dorso titulus adest : P / Palmii / Vita / LXV. Codex servatur in capsula quae titulum recens scriptum habet : Memorie e Vita del P. B. Palmio. 164. Mensura operculi : 324 × 225 ; mensura foliorum : 312 × 216. Folia moderna numeratione sunt 1-183. Praeter hanc numerationem ad pedem foliorum, adest numeratio paginarum facta a P. Tacchi Venturi in angulo superiore, atramento violaceo, a n. 1 (2 modernae numerationis) ad 230 (116v). In f. 1 adest titulus : P. Palmii vita. f. 2 : Titulus, prout a Palmio correctus fuit : Che non è professione alcuna che non habbi boni et mali insieme. Hoc modo, sine ullo titulo generali, incipit tractatus de unione in Societate et de malis quae hanc unionem perturbant. Scriptus a librario, correctus a Palmio. In fol. 66 adest mutatio librarii. In fol. 116 explicit haec prima pars sive tractatus. In fol. 117v habentur haec verba, scripta, ut videtur, ab ipso Palmio : Historia scritta da / fratello rinaldo / con la nota delle cause per le quali fu ripreso il fatto del Mazarino. Altera pars codicis, ubi Palmii vita incipit, extenditur a f. 118 ad f. 163 modernae numerationis (ff. 2-47v). Sequuntur folia varia et appendices a f. 164 ad f. 183. Vide quae infra dicimus, in praefatione ad nostram editionem, p. 152.*

*Vitae II, 67. Descriptus infra, pp. 391-392 et p. 209.*

## II. - ROMAE IN « FONDO GESUITICO » OLIM « AL GESÙ », NUNC IN CURIA GEN. S. I.

*Ms. 2. Vocationes ad Societatem. Tria volumina saec. XVI, descripta in MHSI, Mon. antiquae Floridae, pp. 104\*-105\*. Vide infra, pp. 335-336. Vol. I, 212 × 143 mm.*

*Ms. 77, I-IV. Responsa ad interrogationes Patris Nadal. Sunt quatuor volumina descripta in MHSI, Mon. antiquae Floridae, pp. 103\*-104\*. Prius breviter descripta fuerant in EN, I, pp. XLVIII-XLIX, cum integrum Fondo gesuitico servaretur in Romano Archivio di Stato. Unumquodque volumen continet circiter 300 folia separata, sed nunc assuta. Sunt fere omnia autographa et continent examina sive responsiones Patrum et Fratrum Societatis Iesu ad interrogationes factas a P. Nadal, cum hic domos et collegia Societatis vi muneris sui visitaret. Notitias nobis tradunt magni momenti, de patria, aetate, ingressu in Societatem et de huiusmodi aliis quaestionibus singulorum interrogatorum. Pertinent ad annos 1561, 1562, 1566, 1568 (EN, I, p. XLIX). Plura edita sunt in EN, II, 527-589.*



## III. - IN INSTITUTO HISTORICO S. I. (ROMAE)

CASTRO Christophorus, S. I., *Historia del Colegio de Alcalá*. Vide descriptionem huius manuscripti in MI, *Regulae*, 52\*-53\*. Hoc et alia duo exemplaria huius historiae collegii Complutensis empta sunt die 21 octobris 1929 a PP. Arthuro Codina et Dionysio Fernández Zapico, prout videri potest in litteris ab hoc scriptis ad R. P. Emmanuelem Sánchez Robles, tunc Provinciae Toletanae Praepositum, quarum exemplar in tabulario operis MHSI servatur. Has litteras hoc loco edimus ad complendam notitiam in supra memorata descriptione datam de opere Patris Castro.

23 de Octubre 1929, P. C. - Muy amado en Cristo P. Provincial: El día 21 compramos el P. Codina y yo en Aranjuez las tres copias que hay en el Archivo, de la Historia del colegio de Alcalá. Lo que pudimos sacar fue esto:

A) El manuscrito que dice en la portada que es el original, de mano del P. Castro, llega solo hasta la muerte del P. Francisco de Villanueva (1557), y luego añade cosas sueltas, que son como capítulos entresacados de la Historia, o vidas de algunos personajes amplificadas;

B) La copia en tomos forrados en pergamino contiene la Historia del colegio hasta 1599, que es, según dicen, hasta donde llegó el P. Castro;

C) La otra copia en dos tomos grandes en pasta comprende la Historia del colegio continuada hasta 1623 [sic pro 1634] por el P. Alonso Ezquerro.

Nosotros cogimos la copia forrada en pergamino, que contiene solo lo escrito por el P. Castro, hasta 1599.

En cuanto pudimos colegir de la confrontación de estas dos copias [A et B] el texto de lo escrito por el P. Castro es el mismo en las dos, con algunas ligeras variantes. Así, la copia A tiene en el primer libro 9 capítulos, y la copia B 10, pero es porque del último párrafo del 9 ha hecho capítulo aparte. En el libro 3º la copia A tiene 12 capítulos, y la copia B 13, pero es también porque del 12 hizo dos capítulos. El texto es el mismo.

Además en el libro 3º cap. 7º la copia B tiene algunas añadiduras de poca importancia que no están en la copia A.

La copia A trata primero del P. Gobierno y después del P. Gil González y al revés la copia B, o sea que lo que en una es capítulo 11, en la otra es el 12 y viceversa. Por todo quedamos agradecidos a V.ª R.ª.

Me encomiendo mucho en sus ss. SS. y oo.

Infimo s. en Jesucristo

Dionisio Fernández Zapico S. I.

N. B. - Exemplaria A et C servantur in Archivo Provinciae Toletanae. Exemplar A signatum est: n. 1578 bis. De eo v. EM, I, 892 ad calcem paginae.

Exemplar C signum habet: 1692. Describitur in EM, II, 890-892.

Nos utimur semper exemplari B, quod, ut supra dicimus, pertinet ad Bibliothecam nostri Instituti Historici.

Codex *Dominici*. Cf. FN, II, 50\*. Fuscus descriptus in MI, *Directoria* pp. 50-52. Hoc cod. usus esse videtur Lancicius, ex quibusdam indiciis in cod. *Hist. Soc.* 5b. Sic, in f. 142v dicitur: «Vide Maff. l. 2. c. 2 et quoddam M. S. Hispanicum de gestis et dictis P. Ignatii in Domo professi romana vel eius archivio, in quo M. S. continentur Exercitia P. Ign. Hispanica et eius visionum libellus et alia multa». Item, f. 155 ad marg.: «Ex M. S. Rom.º in quo Exercitia Hispanica, devotionis sensus etc. habentur». Inferius: «Ex eodem M. S.».

## IV. - ROMA, ARCHIV. POSTULAT. CAUSARUM SOC. IESU, n. 10.

Descriptus in *Scripta*, II, pp. XIX-XXI. Cf. FN, I, 81\*. Vide infra, pp. 334, 404.

## V. - ROMA, Arch. Pont. Univ. Gregoriana,

Ms. 199. Vide FN, I, 82\*. Infra p. 788.

Ms. 2930. Vide infra, p. 708 <sup>22</sup>.

## VI. - ARCHIVUM PROVINCIAE TOLETANAE SOCIETATIS IESU

(Olim : Madrid-Chamartín de la Rosa ; nunc : Alcalá de Henares, prov. Madrid).

*Varia historia.* Tria volumina documentorum, collecta a P. Christophoro de Castro, saepissime adhibita in nostris MHSI. Vol. I continet documenta Europam spectantia. De eo v. FN, I, 82\*, 333<sup>23</sup>. Descriptus in EX, I, 171\*-173\* ; EN, I, pp. LIII-LIV.

ms. 672. Cartas autógrafas de jesuitas célebres : S. Fco. de Borja, Ribadeneyra etc. Ex eo edimus n. 48. Vide infra MON. 21, p. 409.

ms. 1097/4. *Tratado del modo de gobierno que N. S. P. tenía, observado del P. Ribadeneyra, y otras cosas.* Vide infra, MON. 38, p. 607.

ms. 1213. *Historia de la Compañía de Jesús en la Provincia de Andalucía por el P. JUAN DE SANTIBÁÑEZ.* Desinit initio saec. XVII. Cf. EN, I, pp. LV-LVII. Aliud exemplar in Bibliotheca Universitatis Granatensis. Vide infra, p. 779.

ms. 1311. *Historia de la Provincia de Andalucía, escrita por el P. MARTIN DE ROA de la misma Compañía.* Aliud apographum in Bibliotheca Universitatis Hispalensis. Vide infra, p. 779.

ms. 1622 bis. Exemplar manuscriptum versionis hispanicae *Vitae* S. Ignatii, ab auctore castigatum. Vide infra, p. 211 <sup>10</sup>.

ms. 1737. (Cod. *Palma-Ribad.*). Tractatus de modo gubernandi S. Ignatii. Vide infra, MON. 38, p. 607, 608.

ms. 1765. Exemplar *Vitae* S. Ignatii, scriptae a P. Maffei, cum animadversionibus factis a P. Ribadeneyra. Vide infra MON. 10, p. 209 (ubi corrige numerum codicis : 1765, non 1756).

Sign. antiqua : D-g-8-9. *Historia de la Provincia de Aragón de la Compañía de Jesús.* Duo volumina. Descripta in EN, I, p. LV, cod. 21. Vide EM, II, 887. De eadem *Historia* v. supra, ASIR, cod. *Arag.* 29. Vide etiam EM, II, 888-889, ubi describitur opusculum : *Sumario de la Historia de la Provincia de Aragón*, ab ipso P. Alvarez.

Sign. antiqua : C-g-15. Descriptus in EM, II, 894-897. P. VALDIVIA, *Colegios de Castilla.* Vol. 330 × 230. ff. 515. Caret titulo antiquo. Est historia collegiorum Provinciae Castellanae. Incipit historia collegii Vallisoletani. Desinit historia collegii ad Villafranca del Bierzo. Vide infra, p. 461.

VII. - TOULOUSE, Archiv. Prov. Tolosanae Soc. Iesu.  
cod. *Carrère*. Vide infra, p. 607. - Vide etiam infra, p. 237.

# VIII. - BIBLIOTHECA BOLLANDISTARUM (Bruxelles)

Vide mss. *Boll.* 128, 170, 171, 175, 178, quae afferuntur infra, p. 822.

## B) MANUSCRIPTA QUAE EXTRA SOCIETATEM IESU SERVANTUR

### ANGLIA

LONDON, British Museum. Ms. *Sloane*, 1413 or 2959. Vide infra p. 763.

### BELGIUM

MALINES, Archives de l'Archevêché. - IGNATIANA. RES SOCIETATIS SUB P. N. IGNATIO<sup>1</sup>. Cf. *Archives de l'Archevêché. Registre*, in: *Annuaire de l'Archevêché de Malines*, 18<sup>e</sup> année (Malines, Dessain 1914), pp. I-XXII. Hic codex adhibitus est in variis voluminibus nostrorum MHSI, prout suo loco indicabitur, et brevissime descriptus in MI, *Epp.*, I, p. 67 sub nomine: *Codex Mechlin.* quo semper in MHSI distinguitur. Est volumen miscellaneum, varia continens documenta inaequalis mensurae. Mensura operculi est 31 x 23 cm. Numeri ordinis quibus singula documenta distinguuntur, habentur in ipso codice (una cum compluribus aliis antiquis numerationibus). Subdivisiones in a), b) etc. inductae sunt a P. Lamalle, cuius est etiam numeratio foliorum, qua caret codex.

- 1) a) « Al molto Rdo in Christo Padre il P. M. Oliverio Rettore del collegio della C.<sup>1a</sup> de Jesu in Loreto, della felice morte di N. B. P. Ignatio », (I. A. de Polanco, 6 augusti 1556), ff. 1-7, 8 album. Cf. FN, I, 761-772.
- b) Pietro de Porchia S. I. ad P. Oliverium Manareum, 2 iulii 1558, nuntians electionem P. Lainii ad Generalatum, f. 3. Edita ex autographo in LM, III, 367-368.
- c) Epist. communis Polanci nuntiantis eandem electionem, 6 iulii 1558, f. 3v.
- 2) a) [Conclusio sex sociorum] 4 martii 1540. Concordat cum originali. 1722, f. 9. - Ed. in MI, *Const.* I, 23-24.
- b) [Procuratio sex sociorum] 15 martii 1541. Concordat cum originali. 1722, f. 10. - Videtur esse *Suffragium sex sociorum*, 14 martii 1541, ed. in MI, *Const.* I, 69.
- 2 bis) Approbationes libri Exercitiorum S. P. N. Ignatii ex uniuscuiusque approbationis originali autographo, f. 16.
- 3) Epist. data « Laureti 7 aug.<sup>ti</sup> 1599. R. V. servus in X<sup>o</sup> Simon Cedulinus », referens visitationem sepulchro S. Ignatii factam eo

<sup>1</sup> Huius codicis descriptionem desumimus e notis quas P. Edmundus Lamalle nobis benigne praebeuit.

- anno, die 11 iulii, a cardinalibus Baronio et Bellarmino, eorum-  
que incepta ad fovendum cultum S. Fundatoris, f. 12.
- 4) Epist. non signata, qua narratur Beatificatio S. Ignatii. *Inc.* : « Mitto R. V.<sup>ae</sup> quae Romae de B. P. N. Ignatii beatificatione et miraculis novissime accepi, quae R. V. ad suorum consolationem publice legenda curabit ... », Romae, 20 februarii 1610, ff. 13-13v.
  - 5) Adversaria cuiusdam chronologiae de Vita S. Ignatii. *Inc.* : « Ignatius, sive Eneco, de Loyola natus est, ex 3 feminis et 8 maribus proles ultima, in ea parte Cantabriae..., f. 15-16. Sunt 4 tantum paginae ; continuatio habetur inferius, n. 22.
  - 6) De S. Ignatio de Loyola Societatis Iesu Regulas apud Albanetam condente. *Inc.* : « Albanetae monasterium nedum sui sanctitate conditoris est celebre, sed aliorum deinceps ... », f. 17r-v.
  - 7) Excerpta « e diario S. P. Ignatii facto a P. Ludovico Gonsalvo », 20 × 14 cm., ff. 19-29. Sunt excerpta e *Memoriali*, ed. in FN, I, 527 ss.
  - 8) Apographum duarum epist. S. Ignatii ad Mariam Frassoni del Gesso, Ferrariam, 7 ianuarii 1553 et 20 ianuarii 1554, recognitarum a Rectore col. Ferrariensis, P. Nicolao M<sup>a</sup> Guinisio, 10 maii 1722, ff. 30-31. - Editae in MI, *Epp.*, IV, 590-591 et VI, 223-224.
  - 9) Apographum epist. S. Ign. ad Principem Philippum II, 18 febr. 1549, f. 32. - Ed. MI, *Epp.*, II, 344-345.
  - 10) « Ordo solemnitatis a PP. Societatis Iesu / anno 1640, eiusdem Societatis saeculari / primo, per octavam S. P. Ignatii / celebratae ... » - Sunt sollemnia celebrata Coloniae. *Inc.* : « Trivesimo iulii meridie hora 12 universa civitas, compulsionem campanarum nostrarum ... », ff. 34-35.
  - 11) a-b) Apogr. duarum epist. S. Francisci de Sales ad S. Robertum Bellarmino, 6 ianuarii et 22 maii 1621, f. 36r-v.  
c) Epist. S. Fr. Borgia ad P. Lainium, 22 iunii 1559 (cum versione italica), f. 37. - Ed. in *S. F. Borgia*, III, 512-513.  
d) Epist. S. Ignatii ad PP. Polancum, Gonçalves, Loarte et Guzmán, Lauretum versus iter agentes, 4 maii 1555, f. 37v. - Ed. in MI, *Epp.*, IX, 35-36 cum variantibus huius codicis.
  - 11) bis Apogr. inscriptionis positae a. 1700 in sacello ad La Storta. *Inc.* : « D. O. M. / In hoc sacello / Deus Pater / S. Ignatio Romam petenti / ad Societatem Iesu instituendam ... », f. 38. Cf. FN, I, 498<sup>23</sup> ; II, 134<sup>19</sup>.
  - 12) « Processus factus in Monte Serrato », ff. 39-43, f. 44 album. Agit de Fr. Ioanne Chanones. Ed. in *Scripta*, II, 439-448.
  - 13) « Ragguaglio del P. Girolamo Cittadini al P. Giulio Negroni ». *Inc.* : « Negotiando io nel giugno passato del 1621 in Roma con l'Ill.<sup>mo</sup> Sr. Card.<sup>le</sup> Bellarmino di s.<sup>ta</sup> Mem.<sup>ia</sup>, ch'allora habitava nel Palazzo pontificio Vaticano ... » Datum : In Milano, li 23 di febraio 1622, 4 pp. parvae magnitud., ff. 45-46. Contra affirmationem Theatinorum S. Ignatium petivisse a S. Caietano veniam ingrediendi eius Ordinem.
  - 14) Annotatio anonyma de eadem controversia cum Theatinis, f. 47. *Inc.* : « Post acrem illam multorum dierum disputationem inter P. de Bellis Teatinum et P. Rho nostrum, utrique parti silentium indictum est ... », f. 47.
  - 15-16) Responsio, italice scripta, observationibus factis circa opusculum *Ritratto di S. Ignatio di Loiola*, ob hanc propositionem in ipso contentam : « gli mostrò [la B. Vergine a S. Ignazio] nella carne del suo Figliolo presente nell'Eucharistia, esservi la sua ». *Inc.* : « Sono già tre anni, che si eccitano alcune difficoltà

- contro un libretto intitolato *Ritratto di S. Ignatio di Loiola*, dove si contiene la sua vita in compendio », 9 pp., ff. 49-53.
- 17) « *Commentarium rerum a B. P. N. Ignatio gestarum* ». *Inc.* : « Consueverat, ut aliquem aliquo vitio liberaret, constituere illum syndicum eiusdem vitii in aliis »; *des.* : « ... ex quo apparebat utrumque sibi quoque contigisse », ff. 54-66, f. 67 album. Est sylloge sententiarum et factorum ad S. Ignatium pertinentium, sine ordine et sine divisionibus dispositorum. Scripta sunt latina lingua. Omnia desumpta videntur e *Memoriali* P. Gonçalves da Câmara et e collectione *Dichos y Hechos* Patris Ribadeneyra. Auctor videtur habuisse prae oculis hanc ultimam collectionem, quia saltem saepe eiusdem ordinem sequitur in rebus enarrandis. Non agitur tamen de proprie dicta translatione, quia res in compendium rediguntur.
- 18) Determinationes variae, cum subscriptionibus sex Patrum, ex originali. *Inc.* : « Quarta martii 1541 convenimus omnes in unum ... », ff. 68-69. - Ed. ex originali in MI, *Const.* I, pp. 34-35, sub titulo *Constitutiones anni 1541*.
- 19) Titulus ordinationis S. Patris Ignatii et Sociorum, 27 iunii 1537. *Inc.* : « Vincentius Nigusanus [Nigusanti], Dei et Apost. cae Sedis gratia Ep. us Arbensis ... », f. 70; f. 71 album. Ed. ex hoc apographo in *Scripta*, I, 543-546. Originale exstat in ASIR, cod. *Epp.* NN. 89, n° 26.
- 20-21) « *Narré fait par le R. P. Emond Auger ...* » Vide infra, MON. 12, pp. 249-320.
- 22) Altera pars notarum de vita S. Ignatii, quarum initium adest supra, in n° 5; 3 pp. ff. 109-110.
- 23) a) Aliud fragmentum historicum in forma annalium, de vita S. Ignatii, ann. 1528-1556. Deest initium. *Inc.* : « ... quasdam persecutiones Salmanticam adit, sed neque illic quiete illi esse licuit ». Continuatur eadem manu notis de vita S. Ignatii, de primis sociis, de primis PP. et Congregationibus Generalibus, de martyribus et defunctis illustribus etc. (usque ad tempus P. Aquavivae); 16 pp., ff. 111-118.
- b) Elogium Polanci eiusque *Chronici*. *Inc.* : « P. Ioannes Polancus, vir gravissimus ac religiosissimus, tribus primis Generalibus continuam operam in negotiis privatis et publicis, conscribendis literis, ac cuncta Societate administranda navavit »; 2 pp., ff. 119-119v.
- c) Idea Societatis in mente B. P. N. Ignatii in principio et fine generalatus sui. In Constitutionibus. Idea Societatis Iesu in mente primorum Patrum etc., f. 120r-v.
- 24) 1546. Extractus Processus contra Matthiam delle Poste pro So-Societate. « Memorial pro Mons.<sup>r</sup> de Cesena, da proponere in la signatura prima dinanzi al N. S. », 8 pp., ff. 121-124. Ed. in *Scripta*, I, 659-666, ex alio manuscripto, sed hoc *Mechliniensis* citato; ff. 125-127 alba.
- 25) [Deliberatio primorum Patrum]. *Inc.* : « Proxime elapsa quadragesima ... ». Ed. in MI, *Const.*, I, 1-7, vide p. 1 annot. 1 allatas alias editiones.
- 26) 1547. Testimonium in favorem P. Ignatii in causa Isabellae Roser. Apogr., 3 pp. - *Inc.* : « Fidem facio ego notarius infra-scriptus ... »; *Desinit* : « ... dedi et consignavi », ff. 133-134. Ed. in *Scripta*, I, 652-655, ex archetypo.
- 27) « *Responsum ad decretum Parisiense sive decretum Sorbonae et eius refutatio per P. Martinum Olavium* ». Post textum decreti *inc.* : « Gratia et pax... Cum cogitarem ... », ff. 135-140. - Edit.

- ab ORLANDINI, *Historia*, pars prima, lib. XV, nn. 46-61 (editionis Antuerpiensis 1620, pp. 373-377). De hoc doc. vide FN, I, 618, annot. 50.
- 28) Extractum ex registris Facultatis Parisiensis, 1 dec. 1554, 2 pp., ff. 141-142.
- 29-30) [Fragmentum e Constitutionibus a. 1541]. *Inc.*: « De Prelato. 39. No tenga mula ni cavallo ... », ff. 141-142. - Ed. in MI, *Const.* I, 46-48 (nn. 39-48). Continuatur: *Fundación de Colegios*, ed. ibid. pp. 49-60 (textus 1541) et: *Fundación de casa*, ed. ibid. pp. 61-64 (textus 1541), sed tantum usque ad: « en la vida mixta ».
- 31) « Il modo di domandare elemosina in Roma al tempo del B. P. Ignacio ». *Inc.*: « Il modo di dimandare limosina è: date limosina per la Compagnia di Jesu per amor di Dio ... », ff. 147r-v, titulus in f. 148v. - Ed. ex hoc cod. *Mechlin.* in MI, *Epp.* XII, 656-659.
- 32) « 1669. Electio S. P. Ignatii de Loyola Soc. Iesu Fundatoris in Patronum clarissimae et nobilissimae Urbis Catanæ in Sicilia ». *Inc.*: « Ex quo manus Domini tetigit nos in spiritu furoris sui ... », 3 pp., ff. 149-150.
- 33) Relatio brevis gestorum in restauratione veteris Academiae Carolinae Osnabrugensis et dedicatione templi S. Ignatii fundatoris Societatis Iesu. *Inc.*: « Cum Illustrissimus Princeps noster in reformatione Mindensis episcopatus ... », 4 pp., ff. 151-152.

## GERMANIA

MÜNCHEN, Universitätsbibliothek.  
ms. 303. Vide infra, pp. 474-475.  
ms. 473. Vide infra, p. 577.

## HISPANIA

BARCELONA, Archivo de la Corona de Aragón, vol. 2581. *Libro del año 1582 y antes, de los que entraron en la Compañía y de los votos del Noviciado y demás*. Cf. P. BLANCO TRIAS, *Catálogo de los documentos ... que se conservan en el Archivo de la Corona de Aragón*, p. 8.

Real Biblioteca de EL ESCORIAL, cod. K-III-26. Vide infra, p. 784.

MADRID, Biblioteca Nacional, ms. 6525. Vide infra, pp. 237, 607.

MADRID, Archivo Histórico Nacional, Sección « Códices y Cartularios » tomo 898 (prius 535B). Vide infra, pp. 405, 585, 595, 601.

Legajo j262. Vide infra, p. 183.

SALAMANCA, Bibliotheca Universitatis, mss. (3-4 [47-49]). Catalogus eorum qui Societatem ingressi sunt in collegio Salmaticensi, ab anno 1554 ad annum 1767. Vol. I: 1554 ad 28 april. 1589; vol. II, 1589 ad 18 nov. 1652; vol. III, 1653 ad 25 mart. 1767.

VALENCIA, Archivo General del Reino de Valencia.

Legajo 53. Vide infra, p. 413<sup>16</sup>.

Legajo 124. Vide infra, p. 602<sup>2</sup>.

## ITALIA

MILANO, Biblioteca Nazionale di « BRERA ». *A E - XII - 51*. Cartaceus, 275 × 215 mm.; secundum antiquam numerationem, ff. 1 ad 120; secundum numerationem recentiore, ff. 1 ad 135. Quinque postrema

ff. alba sunt. Titulus in dorso: *INSULANUS / CONFESIONES*. - ff. 1-5 - *Iesus*. *Index eorum quae octo libris confessionum continentur* (index analyticus rerum); ff. 6-12. *Librorum capita*; f. 15. Titulus: *Ioannis Insulani belgae* [hoc ultimum verbum sup. lin.] *Socie- / tatis Iesu confessionum / libri octo*. Cap. I. Incipit: « Quid significet illud quod Paulus Apostolus disputat ad Romanos: Quicumque spiritu Dei aguntur ... ».

ROMA, Biblioteca Nazionale Vittorio Emanuele II, *Ms. gesuit.* 764. Codex 142 × 84 mm. Constat 27 foliis numeratis a f. 95 ad 120. Omnia scripta sunt eadem manu. A P. Dionysio Fernández Zapico accepimus hunc codicem fuisse Patris Pescatore.

f. 95. *Pro anno 1556. Ihs. Copia d'una lettera del Pe maestro Polanco circa la morte del Pe nostro maestro Ignatio*. (Versio italica epistolae a nobis editae in FN, I, 761-772).

f. 101. *Copie di lettere de diversi signori scritte sopra la morte del P. Maestro Ignatio*. (Litterae Cardinalis Augustani, Cardinalis de la Cueva [hispanice], Cardinalis Farnese, Cardinalis Ferrariensis, Margarithae Austriacae, Clericorum regularium Sancti Pauli).

f. 105v. *Quatuor fratribus italibus Societatis Iesu totidem hispani eiusdem Societatis salutem ac fraternitatem in Christo Iesu*. Subscriptio ad f. 107: *Iosephus Acosta, Methymnae Campi, pridie Id. iulias 1556*.

f. 107v. *In gratiam quatuor Societatis Fratrum quatuor epigrammata*.

ff. 108-110. *Rdi. Pris. nri. Ignatii epitaphia et epigrammata* (edita infra, MON. 59, pp. 784-789).

f. 110. *Rdi. in Christo Patris Martini Olavii Sacrae Theologiae Doctoris Epithaph.* (edit. MON. 59).

f. 110v. *Le cose che passorono tra la Santità di Paulo 4<sup>o</sup> et il P. Generale con li elettori quando li andarono a basciar il pie, notate dal P. Salmerone*.

f. 113. *Osculatio pedum Rdi. Pris. Canisii*.

f. 114v. *Del modo di trattar o negociare con Superiori*.

f. 116. *Aviso de Roma. Polanco, di Roma XI de novembre 1564, di commissione di N. P. Preposito*.

f. 117-120v. *Copia d'una lettera del P. Polanco circa la morte di N. P. Generale M.<sup>ro</sup> Jacomo Laynez*.

*Mss. gesuit.* 1311. Vide infra, p. 708 <sup>22</sup>.

#### LUSITANIA

LISBOA, Biblioteca Nacional.

ms. 2422. Vide infra, p. 6.

ms. 4214. Ibid.





INDEX OPERUM  
QUAE IN DUOBUS PRIMIS VOLUMINIBUS  
NON AFFERUNTUR

- Aspects de la propagande religieuse.* Études publiées par G. BERTHOUD, G. BRASART-de GROËR, D. CANTIMORI, N. Z. DAVIS, E. DROZ, A. DUFOUR, E. FEIST-HIRSCH, P.-F. GESEINDORF, R. HARI, R. M. KINGDOM, G. MATTINGLY, H. MEYLAN, E. POMMIER, H.-L. SCHLAEPFER, S. STAHLMANN, D. THICKETT, A. TRICARD. Préface de Henri Meylan. Genève (Librairie E. Droz), 1957.
- BAILLY, Nicolaus, S. I. *Historia vitae R. Patris Emundi Augerii qui primus ex Societate Iesu Carolo IX. et Henrico III. Galliae regibus à concionibus et à confessionis Sacramento fuit.* Parisiis (apud Sebastianum Cramoisy et Gabrielem Cramoisy), 1652.
- BLANCO TRÍAS, Pedro, S. I. *Catálogo de los documentos y manuscritos pertenecientes a la antigua Provincia de Aragón, de la Compañía de Jesús, que se conservan en el Archivo Histórico Nacional.* Valencia (Imp. To-Do), 1943.
- BLANCO TRÍAS, Pedro, S. I. *Catálogo de los documentos y manuscritos pertenecientes a la antigua Provincia de Aragón, de la Compañía de Jesús, que se conservan en el Archivo General del Reino de Valencia.* Valencia (Edit. To-Do), 1943.
- BLANCO TRÍAS, Pedro, S. I. *Catálogo de los documentos y manuscritos pertenecientes a la Antigua Provincia de Aragón de la Compañía de Jesús, que se conservan en el Archivo de la Corona de Aragón.* Barcelona (Imprenta Francisco Forés Font), 1944.
- BRAND, Friedrich J. *Die Katechismen des Edmundus Augerius S. J. in historischer, dogmatisch-moralischer und katechetischer Bearbeitung.* Freiburg in Br. (Herder), 1917.
- CALVERAS, José, S. I. *San Ignacio en Montserrat y Manresa a través de los procesos de canonización.* Barcelona (Editorial Librería Religiosa), 1956.
- COLOMBÀS, García M., O. S. B. *Un reformador benedictino en tiempo de los Reyes Católicos. García Jiménez de Cisneros, Abad de Montserrat.* Abadía de Montserrat, 1955 (= Scripta et documenta, 5).
- DELATRE, Pierre, S. I. *Les établissements des Jésuites en France depuis quatre siècles.* Répertoire topo-bibliographique. 5 vol. Enghien (Institut Supérieur de Théologie), Wetteren (Belgique) (Imprimerie de Meester Frères), 1949-1957.

- Difuntos de la Provincia de Toledo de la Compañía de Jesus*. I. 1550-1767. Madrid (Imprenta de Gabriel López del Horno), 1905.
- DORIGNY, Jean, S. I. *La vie du P. Emond Auger de la Compagnie de Jésus, confesseur et prédicateur de Henri III*. A Lyon (Chez André Laurens), 1716.
- ENGLANDER, Clara. *Ignatius von Loyola und Johannes von Polanco. Der Ordensstifter und sein Sekretär*. Regensburg (Verlag Friedrich Pustet), 1956.
- G. VILLOSLADA, Riccardo, S. I. *Storia del Collegio Romano dal suo inizio (1551) alla soppressione della Compagnia di Gesù (1773)*. Roma (Pontificia Università Gregoriana), 1954.
- GAUCHAT, Patritius, O. F. M. Conv. *Hierarchia Catholica Medii et Recentioris Aevi sive Summorum Pontificum, S. R. E. Cardinalium, Ecclesiarum Antistitum series e documentis tabularii praesertim Vaticani collecta, digesta, edita*. Volumen Quartum. A Pontificatu Clementis PP. VIII (1592) usque ad Pontificatum Alexandri PP. VII (1667). Monasterii (Sumptibus et Typis Librariae Regensbergianae), 1935.
- GILMONT, Jean-François, S. I. - DAMAN, Paul, S. I. *Bibliographie Ignatienne (1894-1957). Classement méthodique des livres et articles concernant saint Ignace de Loyola, sa vie, les Exercices spirituels, les Constitutions, ses autres écrits et sa spiritualité*. Paris-Louvain (Desclée De Brouwer), 1958 (= Museum Lessianum, section historique, n. 17).
- IGLÉSIES, Josep. *Pere Gil, S. I. (1551-1622) i la seva Geografia de Catalunya, seguit de la transcripció del Libre primer de la historia Cathalana ...* Barcelona (Bas d'Igualada), 1949. (= Quaderns de Geografia, I).
- IPARRAGUIRRE, Ignacio, S. I. *Historia de los Ejercicios de San Ignacio*. Vol. II. *Desde la muerte de San Ignacio hasta la promulgación del Directorio oficial (1556-1599)*. Bilbao-Roma (Institutum Historicum S. I.), 1955 (= Bibliotheca Instituti Historici S. I. vol. VII).
- IPARRAGUIRRE, Ignacio, S. I. *Orientaciones bibliográficas sobre San Ignacio de Loyola*. Roma (Institutum Historicum S. I.), 1957, (= Subsidia ad historiam S. I. - Bibliothecae Instituti Historici S. I. series minor, 1).
- JUAMBELZ, Jesús, S. I. *Bibliografía sobre la vida, obras y escritos de San Ignacio de Loyola. 1900-1950*. Parte primera: *Biografías*. Parte segunda: *Comentarios a sus obras y escritos*. Madrid (Editorial « Razón y Fe »), 1956.
- LARRAÑAGA, Victoriano, S. I. *San Ignacio de Loyola. Estudios sobre su vida, sus obras, su espiritualidad*. Zaragoza (Hechos y Dichos), 1956.

- LETURIA, Pedro de, S. I. *Estudios ignacianos*. I. *Estudios biográficos*. II. *Estudios espirituales*. Revisados por el P. Ignacio Iparra-  
guirre S. I. Roma (Institutum historicum S. I.), 1957. (= Biblio-  
theca Instituti Historici S. I. vol. X, XI).
- LUKÁCS, Ladislaus, S. I. - POLGÁR, Ladislaus, S. I. *Documenta Ro-  
mana Historiae Societatis Iesu in Regnis olim Corona Hungarica  
unitis*. I. 1550-1570. Romae [Institutum Historicum S. I.],  
1959.
- MAFFEIUS, Ioannes Petrus, S. I. *De vita et moribus Ignatii Loiolae,  
qui Societatem Iesu fundavit. Libri III*. Romae (apud Franciscum  
Zannettum), 1585.
- MARTINOV, Ioannes, S. I. *Collectanea Lanciciana*, Parisiis (C. Ta-  
ranne), 1877.
- VON MATT, Leonard - RAHNER, Hugo, S. I. *Ignatius von Loyola*.  
Zurich (NZN Buchverlag), 1955.
- MI, *Directoria*. = *Monumenta Ignatiana*. Series secunda. *Exercitia  
spiritualia Sancti Ignatii et eorum Directoria*. Nova editio. Vol.  
II. *Directoria Exercitiorum spiritualium (1540-1599)*. Edidit, ex  
integrali refecit et novis textibus auxit Ignatius IPARRAGUIRRE  
S. I. - Romae, 1955 (= MHSI, 76).
- MI, *Regulae*. = *Monumenta Ignatiana*. Series tertia. *Constitutiones  
et Regulae Societatis Iesu*. Vol. IV. *Regulae Societatis Iesu  
(1540-1556)*. Romae, 1948. (= MHSI, 71).
- Obras completas de San Ignacio de Loyola*. Edición manual. Trascrip-  
ción, introducciones y notas del P. Ignacio IPARRAGUIRRE, S. I.  
con la *Autobiografía de San Ignacio* editada y anotada por el  
P. Cándido de DALMASES, S. I. Madrid (La Editorial Católica),  
1952. (= Biblioteca de autores cristianos, 86).
- PASQUIER, Estienne. *Les Oeuvres d'Estienne Pasquier, contenant ses  
recherches en France ...* 2 vol. Amsterdam [Trévoux] (Aux  
depens de la Compagnie des Libraires Assosiez), 1723.
- PASQUIER, Estienne. *Choix de lettres sur la littérature, la langue et  
la traduction publiées et annotées* par D. THICKETT. Genève (E.  
Droz), 1956. (= Textes littéraires français).
- PECCHIAI, Pio. *Il Gesù di Roma*. Con prefazione del P. Pietro Tacchi  
Venturi, S. I. Roma (Società Grafica Romana), 1952.
- PÉREZ-ARREGUI, Juan María, S. I. *San Ignacio en Azpeitia. Mono-  
grafía histórica*. 2ª edición. Zarauz (Editorial Icharopena),  
1956.
- PIRRI, Pietro, S. I. *Giovanni Tristano e i primordi della architettura  
gesuitica*. Roma (Institutum Historicum S. I.), 1955. (= Biblio-  
theca Instituti Historici S. I. vol. VI).
- PUIG, Ignacio, S. I. *San Ignacio de Loyola y Barcelona. Monografía  
histórica publicada con motivo del cuarto centenario de la muerte*

*del Santo*. 1556-1956. Barcelona (Imprenta Revista « Ibérica »), 1955.

RAHNER, Hugo, S. I. *Ignatius von Loyola. Briefwechsel mit Frauen*. Freiburg (Verlag Herder) 1956.

SARRET I ARBÓS, Joaquim. *Història de l'estat polític-social de Manresa*. Manresa (Impremta i enquadernacions de Sant Josep), 1925. (= Monumenta Historica Civitatis Minorisae).

SARRET Y ARBÓS, Joaquín. *San Ignacio de Loyola y la ciudad de Manresa*. Manresa (Imprenta de Antonio Montaña Alsina), 1956 (= Publicaciones de los Amigos de la historia de Manresa, vol. II).

SCHURHAMMER, Georg, S. I. *Franz Xaver. Sein Leben und seine Zeit*. Bd. I. *Europa. 1506-1541*. Freiburg (Verlag Herder), 1955.

SOMMERVOGEL, Carlos, S. I. *Les Jésuites de Rome et de Vienne en M. D. LXI d'après un Catalogue rarissime de l'époque*. Bruxelles (Polleunis et Ceuterick), 1892.

TACCHI VENTURI, Pietro, S. I. *Le case abitate in Roma da S. Ignazio di Loiola secondo un inedito documento del tempo*. Roma (Tipografia Poliglotta della S. C. de Propaganda Fide), 1899.

THICKETT, D. *Bibliographie des œuvres d'Estienne Pasquier*. Genève (E. Droz), 1956.

P. IOANNES PLA  
P. EVERARDO MERCURIANO, ROMAM  
BARCINONE, a. 1574

*Praefatio*

I. - MON. editum in *AA. SS. iulii*, vol. VII, n. 42, p. 784.

II. - AUCTORES : CALVERAS, *San Ignacio en Montserrat y Manresa a través de los procesos de canonización*, 160, 240, 256 ; CREIXELL, *San Ignacio*, I, 130 ; SARRET Y ARBÓS, *San Ignacio y Manresa*, p. 99.

III. - TEXTUS non invenitur iam in ASIR, ubi illum vidit et exscripsit P. Ignatius Pinius (Pien), qui apographum misit fratri suo Ioanni ad conficiendum *Commentarium praeivum* de S. Ignatio in *AA. SS.* Hac de re vide annotationem 2 in nostrum textum.

In codice *Hisp. 122*, f. 146 adest epistula Patris Ioannis Pla ad P. Generalem Mercurianum, data 18 octobris 1574, quae sic incipit : « Gratia et pax Christi etc. Ad tuam R.<sup>am</sup> P.<sup>em</sup> mito non nulla spectantia ad acta sancti patris nostri Ignatii, quae a viris fide dignis accepi. Simul etiam particulam vestis illius asperrimae quam in monte serrato se induit Ignatius. Narrabo ea quae attinent ad exercitationes litterarias huius collegii ... ». Pergit agere de studiis theologicis in coll. Barcinonensi, et tandem dicit se habere nonnulla dicenda ad bonum universale totius Societatis, quae scribere non ausus est, scribet autem si P. Generalis id ei iniunxerit. Id minime fecisse videtur, nam inter epistulas ex Hispania Romam missas annis 1574-1579 (quo anno vita functus est) nullae aliae Patris Pla inveniuntur. Acta ignatiana de quibus Pla agit in sua epistula non invenimus in ASIR, sed illo nomine sine dubio veniebat saltem epistula a nobis edenda.

IV. - RATIO EDITIONIS : Edimus textum prout exstat in *AA. SS.*, loc. cit.

*Textus*

*De S. Ignatii commoratione et morbo in urbe Minorissa.*

P. Ioannes Planus<sup>1</sup> noster in litteris suis, (quorum apographum collectioni monumentorum nostrorum romanorum

<sup>1</sup> P. Ioannes Pla natus est Barcinone a. 1549, ingressus Societatem ibi 20-IV-1567, ibidemque mortuus 2-III-1579. Liber manuscriptus ubi

1 — MON. IGNAT. — FONTES NARRAT. III

inserirur)<sup>2</sup> ad R. A. P. N. Everardum Mercurianum datis :  
 « Initio, ait, mensis iulii<sup>3</sup> iussu R. P. Petri Villalbae Provincia-  
 5 lis<sup>4</sup>, Manresam duo Patres profecti sumus, ut ibi solita Socie-  
 tatis erga proximum officia exerceremus. Mirum certe, in ea  
 civitate quam viva sit Parentis nostri memoria. Innumeri  
 sunt qui eum ibi sacco indutum et eleemosynam petentem  
 viderunt. Vivit matrona quae Ignatium gravissimo morbo la-  
 10 borantem excepit in domum suam<sup>5</sup>. Vidimus cubiculum et  
 cubile idem, in quo Ignatius aegrotus iacebat<sup>6</sup>. Causa vero,  
 quae Ignatium ad domum istius adduxit, haec fuit. Emigrarat  
 Pater ex hospitali pauperum in coenobium Dominicanorum ;  
 quod et Historia lib. 1, cap. 6 docet<sup>7</sup> (modo vero cellula ista  
 15 destructa est propter domus reaedificationem :) ibi in morbum

inscripta sunt nomina eorum qui in collegio Barcinonensi Societatem ingressi sunt, servatur nunc Barcinone in *Archivo de la Corona de Aragón*, ms. 2581. Hunc titulum antiquum habet : *Libro del año 1582 y antes, de los que entraron en la Compañía y de los votos del noviciado y demás*. Ingressus Ioannis Pla notatur in f. 99 ; formula autographa votorum eius in f. 44v. De eo v. etiam FN, I, 2<sup>7</sup>.

<sup>2</sup> Agitur de documentis ignatianis a P. Ignatio Pien (Pinio) Romae transcriptis et fratri suo Ioanni in Belgium missis ad conscribendum *Commentarium praeivum* operis *Acta Sanctorum iulii*, vol. VII. Vide B. DE GAFFIER, *La dissertation sur Saint Ignace ... dans les Acta Sanctorum*, in *AHSI*, 25 (1956) 179-189. Apographum a P. Ignatio Pien missum fratri suo non iam exstat in museo Bollandistarum, in quo servantur tantummodo nonnulla excerpta de gloria posthuma S. Ignatii. Vide *ibid.*, p. 183<sup>22</sup>.

<sup>3</sup> Annus constat ex epistula Patris Pla ad P. Mercurianum data 18 octobris 1574, de qua in *Praefatione*.

<sup>4</sup> P. Petrus Villalba fuit Praepositus Provinciae Aragoniae annis 1573-1579. G. ALVAREZ, *Historia de la Provincia de Aragón* (ms.), t. II, l. III, cc. 1, 2, 17, pp. 2, 5, 107.

<sup>5</sup> Angela Seguí, uxor Petri Amigant, qui inde a 1 maii 1521 ad 8 maii 1522 munus gessit quaestoris (*clavari*) consilii municipalis Minorissae. Quod familia Amigant Ignatium aegrotantem domi receperit affirmatur in processibus : vide *Scripta*, II, 317, 375, 378, 738, 744, 748. De hac re v. CREIXELL, *S. Ignacio*, I, 131 ; DUDON, *Saint Ignace*, 621 ; CALVERAS, *San Ignacio de Loyola en Montserrat y Manresa*, pp. 79, 152, 159-162. Quod Ignatius bis aegrotaverit Minorissae referunt *Acta*, nn. 32, 34 : FN, I, 406, 408. De familia Amigant inde a saeculo XV ad nostra usque tempora disserit J. SARRET i ARBÓS, *Història de l'estat polític-social de Manresa* (= *Monumenta Historica*, vol. V), pp. 201-213.

<sup>6</sup> Minorissae eo loco ubi fuerat domus familiae de Amigant, sacellum quoddam exstructum est anno 1703, quod incendio periit a. 1713, occasione belli « desucessione ». Eius loco novum sacellum aedificatum est. CREIXELL, *San Ignacio*, t. II (*Gloria póstuma*), 128-131 ; I. PUIG, *Recuerdos ignacianos de Manresa* (Barcelona, 1949), 55-58 ; *Id.*, *Album de Manresa ignaciana*, imago n. 67 ; J. SARRET y ARBÓS, *San Ignacio de Loyola y la ciudad de Manresa* (Manresa, 1956) 97-105.

<sup>7</sup> *Vita S. Ignatii*, auctore P. Ribadeneyra, l. I, c. VI.

incidit. Devotae mulieres, quae Ignatio ministrabant, ne aliis essent scandalo, domum religiosorum monachorum ingrediendo, rogaverunt hominem pium et divitem, nomine Amigant, ut cubiculum aliquod Ignatio domi suae concederet, quousque in pristinam valetudinem esset restitutus. Etenim poterant illae adire absque ulla suspicionis nota. Vir pius libenti animo concedit. Uxor huius, quae modo vidua est, narrat insolentes quosdam ludibrii causa solitos fuisse virum suum appellare Simonem leprosum, eo quod Ignatium, qui in omnium ore sanctus erat, velut alter Simon Iesum recepisset <sup>8</sup>; ipsam vero <sup>25</sup> Martham, quae satagebat circa frequens ministerium Ignatii <sup>9</sup> ».

## 2

IOANNIS COUVILLON  
CONFESSIONUM LIBRI OCTO

ca. 1574

## FRAGMENTUM

*Praefatio*

I. - EDITIO : TACCHI VENTURI, *Storia della Compagnia di Gesù in Italia*, II/1<sup>a</sup>, 369-379. Edit capita I - V libri VI, in quibus agitur de Francisco Estrada et de Beato Petro Fabro.

II. - AUCTORES : SOMMERVOGEL, *Bibliothèque*, II, col. 1594 ; TACCHI VENTURI, loco supra allato.

III. - TEXTUS : Autographum servatur Mediolani in « Biblioteca Nazionale di Brera », ms. AE-XII-51.

IV. - SCRIPTOR : Ioannes Couvillon (Cuvillon, latine Covillonius, saepe etiam Ioannes Flander dictus) natus Insulis (Lille) ca. annum 1520, anno 1543 ad Societatem allectus, in ea tirocinium incepit anno 1544<sup>1</sup>. Conimbricam primum, deinde Gandiam missus, ibi anno 1550 gradum doctoris in theologia obtinuit. Theologiam et Scripturam Sacram diversis in collegiis docuit (Conimbricae, Romae, Ingolstadii, Dilingae, iterum tandem Romae). Professionem quatuor votorum fecit Romae, 10 februarii 1556, in manibus S. Ignatii :

<sup>8</sup> Lc. 7, 36-50.

<sup>9</sup> Cf. Lc. 10, 41-42.

<sup>1</sup> SACCHINI, *Historia Soc. Iesu*, p. V, l. I, n. 56, p. 11 ; PONCELET, *Nécrologe*, p. 2 ; AHSI, 5 (1936) 282<sup>1a</sup>.

*Rom.* 53, f. 2; cf. FN, I, 65\*. Anno 1553 apud Antonium Bladum edidit opus *Theologicae conclusiones deductae ex priore epistola D. Pauli ad Corinthios* ...<sup>2</sup>. Obiit Romae, 17 augusti 1581<sup>3</sup>. De eo vide praecipue TV, II/1<sup>2</sup>, 369-370, nota 1. Indolem eius nobis patefaciunt litterae datae ad P. Iacobum Laínez, tunc Vicarium Generalem, 31 decembris 1556 (EM, V, 605-611).

V. - TEMPUS: In epistula R. P. Mercuriani ad P. Couvillon, data Romae 28 iulii 1574, mentio fit de his *Confessionibus*; unde concludimus eas tunc temporis vel iam perfectas esse, vel tunc ab auctore scribi. En tibi harum litterarum verba:

« Ci è stata grata quella di V. R. delli 29 del passato, per la consolatione et frutto costí N. Signore gli comunica con le confessioni della sua vita etc. All' Ill.<sup>mo</sup> Principe di Baviera siamo tanto più obbligati, et di pregare Dio N. Signore per lui, quanto che S. S. Ill.<sup>ma</sup> si mostra più affectionata et amorevole verso della Comp.<sup>a</sup> La P. V. lo saluti humilmente da parte mia et preghi Dio per me. etc. Di Roma a dí 28 di luglio 1574 »<sup>4</sup>.

VI. - RATIO EDITIONIS: Integro volumine perlustrato nihil nobis de S. Ignatio occurrit praeter fragmentum quod edimus, desumptum ex eo capite ubi auctor de Beato Petro Fabro verba facit.

### *Textus*

*Beati Petri Fabri vocatio.*

Hic, cum puer esset ac pastor, magno discendi desiderio tenebatur; et, cum eum parentes saeculo destinassent, non quiescebat, sed scholae desiderio plorabat, cupiens omnino studiis operam dare. Quae res ipsis causa fuit, ut contra suum propositum ad scholam eum mitterent. In hac, cum quotidie multum proficeret tam legendo, quam quae lecta erant memoriae commendando, brevi tempore suos aequales superavit. Sequentibus vero temporibus Parisios profectus, in liberalibus artibus et theologia institutus est; in qua etiam urbe in Ignatium incidit servum tuum, per quem hanc religionem et Societatem inchoasti. Cum hoc annos quatuor familiariter versatus, ei cum aliis quibusdam se adiunxit, cum necdum Societas fundata esset, ac nec de reli- [77v] gione quidem aut congregatione aliqua Ignatius cogitaret. Tu autem, Domine, ipsis insciis ac

<sup>2</sup> SOMMERVOGEL, II, col. 1594.

<sup>3</sup> *Hist. Soc.* 42, f. 7v.

<sup>4</sup> *Rom.* 12 (I), f. 18v.



nescientibus quae paulo post futura essent, eos ex variis provinciis congregabas. Postea autem in varias provincias missus a Pontifice<sup>1</sup> [...]

## 3

SIMONIS RODRIGUES  
COMMENTARIUM DE ORIGINE ET PROGRESSU  
SOCIETATIS IESU

ULYSSIPONE, 25 iulii 1577

*Praefatio*

I. - EDITIONES : Textus lusitanus mansit hucusque ineditus ; originalis latini hae sunt editiones : 1. [BOERO, Iosephus, S. I.] *De origine et progressu Societatis Iesu usque ad eius confirmationem commentarium P. Simonis Rodriguez qui fuit e novem sociis S. Ignatii Patris*. Romae, typis « Civilitatis Catholicae », 1869. Haec editio refert textum originale codicis ASIR, *Hist. Soc.* 162, cuius descriptionem vide infra. P. Iosephus Boero, praefectus archivo Societatis, et PP. collegii « La Civiltà Cattolica » eam obtulerunt P. Petro Beckx, Societatis Praeposito Generali, occasione iubilaei sacerdotalis eiusdem Patris.

2. MHSI, EB, (Matriti, 1903), pp. 451-517. Editio eiusdem textus originalis latini, in qua nonnulla menda praecedentis editionis corriguntur.

II. - AUCTORES : EB, pp. 437-440 ; ASTRAIN, *Historia*, t. I, p. XXXI ; BOERO, *Vita del servo di Dio P. Simone Rodriguez*, p. 104 ; BÖHMER, *Loyola*, ed. 1914, pp. 318-319 ; ed. 1941, pp. 242-243 ; LETURIA, *Importancia del año 1538 en el cumplimiento del voto de Montmartre*, AHSI, 9 (1940) 198-201 ; F. RODRIGUES, *História*, I/1, 41<sup>1</sup> ; FX, 265 ss.

III. - TEXTUS : 1. *Hist. Soc.* 162. Hic codex nullum aliud documentum continet. Est textus latinus originalis, ab auctore ad P. Everardum Mercurianum missus, scriptus manu unius tantum librarii, continens in fine indicationem diei et anni, et subscriptionem autographam Simonis Rodericii. Habet additiones et correctiones tum manu librarii, tum probabiliter ab ipso Rodericio factas (ff. 5, 5v, 7, 11v, 13, 20, 28v, 33v). Est parvum volumen, pergamena ligatum, quae in frontibus habet stemma pontificium auro impressum. Constat 42 foliis numeratis, mensurae 200 × 140 mm., quorum quatuor postrema alba sunt.

<sup>1</sup> Vide *Memoriale Fabri*, nn. 8-10 : FN, I, 32-34.

2. Lisboa, « Biblioteca nacional », ms. 4212, ff. 133-198. Textus apographus, lusitana lingua scriptus. De eo haec dicenda videntur: probabiliter, considerato scribendi modo, scriptus est saeculo XVI, minime vero saec. XVII, ut dicit F. Rodrigues, *História*, p. 41<sup>1</sup>. Nullo modo dici potest versio textus latini, nam a) caret titulo initiali, et in fine indicatione diei, loci et nominis scriptoris; b) omittit additiones et correctiones superadditas textui latino, ex. gr. in nn. 19, 23, 40, 43, 57; c) addit nonnulla quae in textu latino desunt, ex. gr. aetatis annos auctoris, n. 1; d) nonnulla aliter refert, ex. gr.: lus. scribit « 12 legoas », lat. « 48 millia passum » (n. 27); lus. « 3 ou 4 rodas », lat. « plures » (n. 38); in lus. domus prima romana sociorum dicitur esse « abaixo da Trindade », in lat. « non procul » (n. 78); e) textus latinos aliquando aliter exprimit, ex. gr. in nn. 18, 40; f) lectiones varias habet, non semper bonas, ex. gr. Villa longa pro Villa nova (n. 47); g) nonnumquam ordinem factorum mutat; sic loquens de Hoces, n. 68, de ratione in oboediendo servata, n. 63, de vita in eremis, nn. 63 ss.; h) modum dicendi adhibet simplicem, ab omni rhetorico artificio alienum.

Omissiones nonnullae in eo sunt: electio Xaverii ad canonicatum, n. 24; conatus Sebastiani, Simonis fratris, reducendi eum abeuntem Parisiis, n. 31; de oboedientia primo a Patribus praestita, n. 63; Simonis gesta Patavii, nn. 68-73; Ferrariae, nn. 75-77; Senis, nn. 93-100; prophetia S. Vincentii Ferrer, n. 90.

Ex his omnibus erui posse videtur textum lusitanum nobis praebere formam primam *Commentarii*, idque sive ante sive post textum latinum apographum quod habemus scriptum sit. Ideo textus lusitanus nobis omnino edendus, una cum originali, visus est.

3. Lisboa, « Biblioteca nacional », ms. 2422; versio hispana documenti (Cf. RODRIGUES, *História*, I/1, 41<sup>1</sup>).

4. ASIR, *Hist. Soc.* 5c, ff. 61-62. Est parvum compendium, saec. XVIII exaratum.

IV. - Simon Rodrigues ad hoc commentarium scribendum se accinxit ut P. Everardo Mercuriano praecipienti morem gereret (n. 1), et quidem ad finem vitae suae, duobus ante mortem annis († 15 iulii 1579). Non omnia narrare intendit, sed ea tantum quae ad originem Societatis pertinent, inde a voto ad Montem Martyrum, anno 1534, usque ad Societatis primam confirmationem, anno 1540, unde limites temporis ad sex annos reducuntur. Reliquos eventus aliis scriptoribus narrandos relinquit (cf. nn. 79, 105). Immo, primum Rodericii consilium fuerat ea solum scribere quae ante sociorum adventum in urbem Romam gesta sunt (cf. n. 51). Intra propositos limites, etiamsi brevitati consulere intendit (cf. nn. 1, 32, 41, 79, 105), facta nonnulla uberius describit quam alii scriptores, diutius in iis immorans quorum ipse actor vel pars fuit. Ubi nomen celatur alicuius, saepe ipsemet Rodericius intelligendus est;

talis est casus ubi de tentationibus et periculis agitur (v. nn. 6, 35, 52). In fine multum immoratur in enarrandis rebus a se gestis Pata-vii, Ferrariae, Senis.

Huic commentario valorem praecipuum confert narratio itinerum sociorum Ignatii, tum ab urbe Parisiis Venetias usque, tum inde Romam. Quae narrationes maximam totius commentarii partem occupant (nn. 25-41 ; 48-58).

Iam inde ab initio fatetur auctor se diffidere propriae memoriae, ratione provectae aetatis, idque saepe in narrationis decursu repetit (nn. 1, 24, 67). Attamen Rodericii commentarium fide dignum dici potest, nec multi in eo errores deprehenduntur. Falsum est, ex. gr., Zwinglii sepulcrum exstasse Basileae cum Patres eo transierunt (n. 38), Augustinum Mainardi flammis traditum interiisse (n. 86), Bartholomaeum Guidiccioni mortuum esse paulo ante Societatis confirmationem (n. 102). De his erroribus in annotationibus lectorem singillatim monebimus. Non omnia quae Böhmer falsa putat (p. 318), talia revera sunt.

Huius commentarii momentum, quod iam antiqui Societatis historici, Orlandini et Sacchini, extulerunt, a recentioribus scriptoribus plerumque agnoscitur.

Narratio Simonis Rodericii complenda est praecipue cum S. Ignatii epistula ad Ioannem de Verdolay, data 24 iulii 1537. Edita in MI, *Epp.* I, 118-122 (ex apographo); XII, 320-323 (ex archetypo).

Si de *fontibus* scriptis agas, vix in toto commentario alicuius indicium invenies. Auctor narrat ea quae vidit, quorum ipse fuit testis, propria memoria unice innixus. Semel iterumve de alio scriptore mentionem facit, qui de eodem argumento verba fecit. Hunc putamus fuisse Ribadeneyram, cuius *Vitae* ignatianae prima editio in lucem prodiiit anno 1572, quinque annis ante Rodericii narrationem.

De *tempore* quo opus scriptum est, nullum remanet dubium, nam inde ab initio asserit auctor res ab eo narratas « abhinc quadraginta annos contigisse » (n. 1), in fine autem diem apponit, 25 iulii 1577.

V. - **RATIO EDITIONIS** : Edimus utrumque textum, et originalem latinum et apographum lusitanum, ob rationes supra § III allatas. Facilitatis causa commentarium in capita dividimus, paragraphorum autem divisiones inducimus quibus praefigimus numeros. In apparatu notamus additiones et correctiones. Nonnullos errores lectionis qui in praecedenti editione irrepserunt corrigimus, quin de hac re lectorem singillatim monendum censeamus.

*Textus latinus*AD REVERENDUM ADMODUM IN CHRISTO PATREM EVERARDUM  
MERCURIANUM PRAEPOSITUM GENERALEM SOCIETATIS IESUDE ORIGINE ET PROGRESSU EIUSDEM SOCIETATIS USQUE AD  
EIUS CONFIRMATIONEM COMPENDIARIA ENARRATIO

[f. 1]

## [CAPUT I]

1. *Cur commentarium de origine Societatis scripserit auctor.* — 2. *Societas Iesu opposita haeresi.* — 3. *De primis Societatis Patribus. Ignatius.* — 4. *Faber.* — 5. *Franciscus Xaverius.* — 6. *Pater quidam a*

[1] Saepius a multis, diversis in locis, rogatus, ut modum germanamque rationem, quam Deus Optimus Maximus iam inde a nostrae Societatis exortu servaverit in ea inchoanda et cogenda, literis mandarem, recusavi; neque ad scribendum  
5 potui renuentem animum appellere, cum aliqua, quorum nondum memoria exciderat, ea de re percontantibus, brevi narratione patefacere. Quae, ut tuae Reverendae Paternitati id praecipienti libenter obtemperem, nunc scribam, metuens ne multa mihi homini seni prorsus omittantur, cum et minus  
10 firma soleat esse senum memoria, et quae literis sunt custodienda abhinc annos quadraginta contigisse constet<sup>1</sup>.

Illud vero in primis tuae Reverendae Paternitati dicam, cogitantem me saepe, qua ratione a tam exiguis principiis ad tantam amplitudinem, solius Dei potentia, Societas fuerit  
15 evecta, recordari etiam memoriaque repetere, quemadmodum ab eodem rerum omnium autore Deo primus parens noster Adamus, totius generis humani principium et caput, ex argilla et luto fictus fuerit; tum etiam quam admirabili ipsius consilio haec pulcherrima universitatis machina ex nihilo primum facta,  
20 dein exornata, ac suo tandem dierum, mensium et seculorum intervallo, in optimum fuerit ordinem redacta. Itaque de Societatis exordio hoc tantum [lv] mihi dicendum videtur: A Domino factum est istud<sup>2</sup>, et: sicut Domino placuit, ita factum est<sup>3</sup>. Qui, ne ulli infinita ipsius sit ignota potentia, ex nihilo,  
25 quaecunque coluit, fecit, et ex parvis facit mirabilia magna

<sup>1</sup> Narrationem incipit Rodrigues a voto sociorum Parisiis in Monte

*Textus lusitanus*

[f. 133]

[CAPUT I]

*muliere frustra tentatur.* — 7. *S. Rodrigues.* — 8. *Láinez et Salmerón.*  
— 9. *Bobadilla.* — 10. *Iaius.* — 11. *Broët.*

## Mui Reverendo em Christo Padre

[1] Muitas pessoas e em diversas partes de Companhia me pedirão por muitas vezes que escrevese da ordem e maneira que nos principios Deus teve em começar e ajuntar a Companhia. E ainda que por palavra disse algumas cousas, que então me 5 vierão à memoria, todavia a pô-llas em efeito e ordem nunca me pude a iso aplicar, antes sempre senti o animo repugnante a o fazer. Mas, pois V. P. ordena que o faça, a V. P. escreverei o que acerca desta materia me lembrar, inda que areceo esquecer-me de muitas cousas, porque sou já de sesenta e sete 10 annos e a memoria dos velhos hé fraca, e o que ei-de escrever passa de quarenta annos que aconteeo<sup>1</sup>. Mas primeiramente digo a V. P. que muitas vezes, cuidando como a grandeza e omnipotentia de Deus alevantou a Companhia de nada, me lembra como tambem fez nosso primeiro pai Adão, principio 15 e origem [133v] de todo o genero humano, de hum pouco de poo, e o mundo huma tam grande machina de nada. Todavia depois de feito o andou ordenando, regendo e governando por dias, meses, tempos e anos ; e nisto não há mais que diser senão : quia sicut Domino placuit factum est<sup>2</sup>: porque contentou a 20 Deus foi feito. E para que sua grandeza e omnipotentia a todos seja manifesta, de nada faz o que quer e de pequenos e fracos

<sup>1</sup> In fol. 132v, ante initium Commentarii, manus quaedam posterior, saeculo XVII, scripsit : « A carta seguinte he do Padre Mestre Simão Roiz [Rodríguez], hum dos primeiros companheiros de N. S. P. Ignacio, como se collige do § quarto, fol. 137 ».

Martyrum nuncupato, anno 1534, n. [12]. Unde, usque ad tempus quo hunc commentarium scripsit vel saltem perfecit, anni 43 elapsi sunt.

<sup>2</sup> Ps. 117, 23.

<sup>3</sup> Iob. 1, 21.

solus<sup>4</sup>. Illi igitur, ut potissimo Societatis principi et auctori, ob praeclaras in eadem res gestas, deincepsque gerendas, honor et laus ab omnibus deferatur.

- 30 [2] Sed quo citius hoc, quod suscepimus, munus conficere possimus, ad rem propositam veniamus. Scimus omnes, qui in Societatem sumus asciti, in magna illa et illustri academia Parisiensi primam eius speciem et formam a Deo fuisse adumbratam, quo tempore, et Lutetiam et florentissimas alias Galliae  
35 urbes occulta verum pestilens Lutheranae haeresis contagio coepit pervadere. Cui malo Deus (quae eius est admirabilis providentia et pietas) tanquam prudens paterfamilias, qui profert de thesauro suo nova et vetera<sup>5</sup>, ut occurreret, novis et venenatis in ecclesiae suae agro erumpentibus iam spinis, novos  
40 voluit adhibere operarios, singulari beneficentia tribuens orbi terrarum novam et antiquam Societatem Iesu, ut huius Societatis filii, fidelissimae instar Ruth Moabitidis, in spiritu humilitatis et sollicitudinis sequantur vestigia antecedentium messorum, et colligant in agro et messe Domini spicas remanentes,  
45 quae fugerint manus eorum<sup>6</sup>.

- [3] Praeterea nostris omnibus notum est, illos qui primis illis temporibus a Deo fuerunt delecti ad iacienda huius praeclari aedificii prima fundamenta, decem fuisse viros, partim hispanos, partim gallos, Lutetiae in theologicis literis versatos. Horum  
50 primus fuit beatus ille Pater felicis recordationis M. Ignatius, natione hispanus, ex ea parte Cantabriae, quae vulgo Guipúzcoa dicitur, [2] ab illustri familia de Loyola oriundus; qui postquam fallacibus huius miserae vitae rebus nuntium remisit et se totum divino mancipavit obsequio, semper immenso hominum  
55 salutis desiderio exarsit; eundemque in quamplurimis laboribus constantem divina Sapientia (a qua ab utero matris suae in lapidem quadratum novi huius aedificii fuerat electus) identidem exercuit; quippe tusionibus, pressuris, expoliti lapides, suis coaptantur locis per manum artificis<sup>7</sup>. Quem, ut pluribus ac  
60 difficilioribus exagitatum laboribus, in multis denique tentatum, semper reliqui socii tanquam parentem coluerunt, tanquam ducem sequuti sunt. Postremo post annos aliquot Praepositum

39 adhibere in margl

<sup>4</sup> Ps. 135, 4.

<sup>5</sup> Mt. 13, 52.

principios tira grandes fructos : et facit mirabilia magna <sup>4</sup>: e  
faz cousas espantosas. E assi a elle, como autor e principal in-  
stituidor da Companhia, sejam dadas as graças e louvores por <sup>25</sup>  
todas as boas obras nella e por ella feitas e por fazer.

[2] Todos os da Companhia sabem como ella teve seus  
principios e a começou Deus N. S. a traçar e ordenar em a illustre  
e grande Universidade de Paris ; e foi em tempo que aquella  
cidade e otros estados de França começarão a ser forte-[134] <sup>30</sup>  
mente alterados, tentados e combatidos destas pesonhentas  
heregias de Lutero. Mas Deus, bom e piadoso, como prudente  
e misericordioso pai de familias, qui profert de thesauris suis  
nova et vetera <sup>5</sup>, vendo que em sua Igreja crecião novos males,  
quis tambem nella acrescentar novos ajudadores e obreiros, <sup>35</sup>  
dando ao mundo esta nova e antiga Religião da Companhia  
de Jesus, pera que seus filhos e obreiros, assi como aquella fi-  
delissima Ruht Moabitis, in humilitate et solitudine sequantur  
vestigia antecedentium messorum, et colligant in agro et messe  
Domini spicas remanentes, quae fugerint manus eorum <sup>6</sup>. <sup>40</sup>

[3] Também todos os da Companhia sabem como Deus  
N.S. por sua grande e liberal bondade e misericordia elegeo dez  
homens de nação franceses e espanhoes, theologos da Univer-  
sidade de Paris, pera por elles começar este edificio [134v] que <sup>45</sup>  
de novo queria fazer e levantar. O primeiro dos ditos dez foi  
o Bem-aventurado Padre Mestre Ignacio, de nação espanhol,  
biscainho da provincia de Guipuzcoa, da nobre casa de Loiola,  
ao qual Deus Nosso e piadoso Senhor, depois de sua conversão,  
sempre deu hum ardente e frevoroso zelo e desejo da salvação  
das almas, e hum animo mui constante nos trabalhos, em os <sup>50</sup>  
quaes a sabedoria divina, que ho tinha escolhido para lansar  
como pedra quadradra em o fundamento deste seu novo edificio,  
quis primeiro exercitar e provar por alguns annos em diversos  
trabalhos : Tumsionibus presuris expoliti lapides, suis coaptan-  
tur locis per manum artificis <sup>7</sup>. E como a pessoa já mais experi- <sup>55</sup>  
mentada em trabalhos, sempre os otros companheiros o tiverão

<sup>47</sup> Guipuzoesia ms.

<sup>6</sup> Ruth, 2, 2-3.

<sup>7</sup> Cf. hymnum in I Vesp. *Dedicationis Templi*.

Generalem Societatis Iesu, una animorum consensione declararunt<sup>8</sup>.

[4] 2<sup>us</sup> fuit Magister Petrus Faber, ex allobrogum gente, qui tum familiari sanctaque Patris Ignatii consuetudine, tum vitae admiratione commotus, prope mirabilem vivendi rationem iniens, sese ex toto corde Deo consecravit, et incredibili coepit desiderio inflammari Hierosolymam atque sacra eius loca adeundi, suamque vitam impendendi in hominum salutem, ut a tenebris eos ad veritatis lumen, ab interitu ad vitam revocaret. Quo in Patre, ut alias eius plurimas omittam virtutes, floruit praecipue rara quaedam et iucunda in tractandis hominibus suavitas et gratia, quam hactenus in nullo alio vidisse me ingenue fateor. Nam nescio qua ratione, ita se in aliorum dabat amicitias, ita sensim in aliorum animos influebat, ut et morum consuetudine et grata sermonis lenitate cunctos, quibuscum ageret, in Dei amorem vehementer raperet<sup>9</sup>.

[5] 3<sup>us</sup> exitit P. Magister Franciscus Xavier, genere navariensis, qui, quo tempore haec evenerunt, cum duobus aliis antecedentibus Patribus simul studio literarum vacabat, omnesque in collegio divae Barbarae, in eadem domo, distinctis tamen cubiculis, diversabantur; atque ita eorum opera et familiari congressu adductus Xavier, pristinam reliquit vivendi normam et, instituens meliorem, ad proximorum salutem et sacrosanctam Hierosolymae [2v] loca perlustranda totum se convertit<sup>10</sup>. Is fortis et constans in suscepto consilio semper fuit; et quanvis iam tanto animi ardore esset incensus, nihilominus se ipsum frangens atque superans, adduci potuit ut publice Aristotelicam philosophiam per tres annos cum dimidio profiteretur in collegio, si probe memini, Beluacensi<sup>11</sup>. Quo egregie functus munere, in secretum quendam locum sese abdidit, ut orationi, corporis castigationi, confessioni et sacro Christi convivio assidue vacaret, saepius cum P. Ignatio, raro cum aliis sociis communicans<sup>12</sup>. At in corpore affligendo incauto sed pio quo-

73 in nullo alio *sup. lin.*

<sup>8</sup> De primis Ignatii sociis v. dicta in praecedentibus voluminibus praesertim vero in I, 37-39, annot. 21-31. Nonnulla hic addemus.

<sup>9</sup> Cf. NADAL, *Apologia contra censuram*, FN, II, 107, n. 128; ROSEPHIUS, f. 18v, infra MON. 29.

<sup>10</sup> Xaverii conversio evenit intra menses decembrem 1532 et iunium 1533. FX, 176<sup>a</sup>.

<sup>11</sup> Absoluto philosophiae curriculo, Franciscus Xaverius munus gessit *regentis* in collegio dicto Dormans-Beauvais a die 1 octobris 1530, ad aetatem usque anni 1534. Collegium hoc haud longe distabat a



como pai e guia em todas as cousas, e depois o elegeram por Geral <sup>8</sup>. [135]

[4] O segundo foi o P.<sup>e</sup> Mestre Pedro Fabro, de nação saboiano, o qual com a santa conversação e espiritual ajuda <sup>60</sup> do P.<sup>e</sup> Mestre Ignacio fez huma notavel e grande mudança de vida, dando-se todo a Deus de verdadeiro coração, e logo começou a sentir em si desejos de visitar a Terra Santa e de empregar toda sua vida em ministerio e ajuda da salvação do proximo. Teve este Padre antre outras muitas virtudes <sup>65</sup> a mais rara e particular graça que em nenhuma pessoa vi ategora em tratar e conversar com as gentes, porque de nada, e sem escandalizar a ningem, tirava materia de tratar e falar de Deus ; e não sei como nem como não, com sua mansidão e brandura ganhava pera Deus os corações daqueles com quem tratava <sup>70</sup> <sup>9</sup>.

[5] O terceiro foi o P.<sup>e</sup> Mestre Francisco Xavier, de nação navarro ; e este Padre e o P.<sup>e</sup> Ignacio e o P.<sup>e</sup> Fabro, sendo estudantes quando isto acon-[135v]teceo, pousavão juntos no Collegio de Santa Barbora em huma casa, mas em camaras distintas ; e mediante a conversação dos otros ditos dous Padres, deu volta à vida com grande zelo da salvação das almas e de visitar a Terra Santa <sup>75</sup> <sup>10</sup>. Foi este Padre mui determinado em suas cousas. E depois de ter esta ariba dita tão santa determinação e com tanto fervor, pode acabar comsiguo de leer hum <sup>80</sup> curso de Artes em hum daqueles collegios de Paris — creio que se chamava aquelle collegio de Beauvès — <sup>11</sup>. Depois de acabado seu curso das Artes recolheu-se por hum pouquo de tempo em hum certo lugar apartado, onde todos seus estudos eram oração, penitencia e frequência da confissão e communhão, e somente <sup>85</sup> era visitado do Padre Ignacio e algumas vezes dos mais companheiros que já emtão Deus tinha recolhido para a mesma vocação <sup>12</sup>. Acerca da penitencia teve este Padre huma grande inadverten- [136]tia, ainda que com bom zelo, e foi que com huns cordeis bem trocidos e rigos atou e apertou tam estreitamente <sup>90</sup> as coxas das pernas e os buchos dos braços, que lhe vieram a

collegio Sanctae Barbarae, in via dicta Jean Beauvais. Nomen accipiebat a Ioanne de Dormans, episcopo Bellovacensi et Ecclesiae cardinali, qui illud anno 1370 condiderat. FX, 140-141.

<sup>12</sup> Exercitia spiritualia peregit Xaverius mense septembri a. 1534, post emissum votum in Monte Martyrum (15 aug.). Ea antea facere non potuit, quia munus docendi id impendebat. Cf. *Memoriale*, n. 138, FN, I, 610; FX, 204-212, 534.

95 dam fervore aliquando correptus, funiculis rigidis quidem et  
inter sese bene colligatis ita lacertorum toros et coxendices re-  
ligavit, vehementer ut intumescerent et funiculorum vix ullum  
appareret vestigium; tantusque erat tumor, ut eos abscindendi  
100 nulla esset spes<sup>13</sup>. Interim tamen fiebat oratio a sociis cum in-  
genti dolore, pro eo; sed hoc incommodo duos fere dies acer-  
bissime iactatur, metuentibus sociis ne saltem alterum brachio-  
rum, quod arctius fuerat constrictum, scinderetur. singulari  
Dei misericordia (me prorsus ignorante repentinæ sanitatis  
rationem) plane convaluit; ut tam multi homines, tum chris-  
5 tiani, tum a Christi fide alieni, tandem ipsius opera et diligen-  
tia sempiternam felicitatem assequerentur. Deo igitur totius  
bonitatis auctori gratiae agantur ingentes.

[6] Quoniam vero diximus Patrem hunc in secretum lo-  
cum secessisse ut orationi diligentius mentem intenderet, non  
10 erit abs re, quid alii Patri, eidem occupationi intento, contigerit,  
hoc loco inserere. Patrem igitur alium in cubiculo domus cuius-  
dam civis se ad expianda crimina generali confessione paran-  
tem, ut mos est in Societate, domestica quaedam ancilla statim  
a prandio, primum quidem verbis aggreditur blandis ac impudi-  
15 cis lenociniis, tum brachiis iniectis sternere humi tentat, ut con-  
ceptam impuri sceleris turpitudinem admittat; resistit Pater  
ac repugnantem a se repellit; tandem repulsa graviter dolet  
hominemque relinquit pudefacta; iamque excedens: — Vere,  
inquit, rusticum, et agreste animal es —. Quo ex periculo,  
20 aliisque huiusmodi non minoribus, Pater hic, adiuvante Domino,  
evæit victor<sup>14</sup>. [3]

[7] 4<sup>m</sup> locum lusitanus quidam natione obtinet<sup>15</sup>, qui, ob  
indignitatem, nomen habere inter alios, adeo excellentes per-  
fectosque Dei servos, non meretur<sup>16</sup>. De quo, ne series narra-  
25 tionis interrumpatur, illud unum dixerim, fuisse hominem di-  
vinitus impulsus et a Deo ad anteactæ vitæ rationem in di-  
vinum obsequium commutandam mirabiliter incitatus. Addi-

<sup>13</sup> *Memoriale*, n. 306, FN, I, 705; MAFFEI, l. I, c. 21.

<sup>14</sup> Quæ hic celato nomine narrat Rodrigues ad ipsum referenda  
videntur, ut generatim in tota hac narratione. Ita scriptores: FRANCO,  
*Imagem ... de Lisboa*, p. 22; F. RODRIGUES, *História*, I/1, 56.

<sup>15</sup> De ordine quo singuli socii Ignatio adhaeserunt non omnino  
constat, attamen Rodericio de se loquenti fides facienda est. In *Me-  
moriali*, n. 138, I, 610, fit sermo de Exercitiis a sociis peractis; sed,  
aliud est Exercitia fecisse et post ipsa stabili modo unionem cum Igna-

inchar tanto que já não se viam os cordeis, nem avia esperança de se poderem cortar<sup>13</sup>. (Oratio interim fiebat a sociis cum ingenti dolore pro eo). E neste trabalho esteve alguns dous dias com grandes dores e areceo e medo dos companheiros de ser necessario cortar-lhe ao menos hum braço, porque este foi o mais fortemente apertado e agravado. Mas, enfim, Deus ouve misericordia delle e de seus companheiros, e de tantas almas quantas por seu ministerio depois forão ao ceo assi fiês como enfiês : e enfim, ele — mas eu não pude saber o como — achou-se desatado, livre e são ; a Deus sejam dadas as graças !

[6] E porque falei do recolhimento deste Padre, não será fora de proposito dizer de passada o que a otro Padre aconteceu estando recolhido para o mesmo fim. Estando pois [136v] outro Padre tambem recolhido para fazer huma confissão geral, assi como se custuma na Companhia, em huma camara apartada em casa de huma certa pessoa onrada, aconteceu entrar com elle huma moça daquella casa e a poucas palavras o comesou a provocar com palavras torpes e meigas a pecado de carnalidade, e atrás isso lançou os braços nelle e o queria lançar em terra, juntamente procurando com palavras provocativas à deshonestidade trazê-lo a seu triste fim. Mas enfim, vendo que achava resistencia e que não aproveitava nada, o deixou como corrida, e com grande sentimento disse : — O ! que assi sois salvajem ! — E atrás isto se foi. De casos acerca desta materia, não menos perigosos que ho arriba dito, livrou N. Senhor algumas vezes este Padre<sup>14</sup>. [137]

[7] O quarto foi otro, de nação português<sup>15</sup>, o qual, por suas muitas imperfeições e miserias, não merece ter nome entre tam grandes servos de Deus<sup>16</sup>, mas por seguir o descurso e ordem de que se trata, somente direi como este foi mui poderosamente movido e chamado de Deus pera que mudase vida e o servise. E ainda que nunca avia tratado nem falado com o Padre Ignacio, todavia polla notitia que tinha de sua santidade

tio inivisse, aliud vero cum Ignatio iam ante Exercitia vivendi societatem inchoasse. Vide BARTOLI, l. II, c. 3 ; BÖHMER, p. 143<sup>5</sup> ; ASTRAIN, I, 73<sup>1</sup> ; RODRIGUES, I/1, 34<sup>3</sup>.

<sup>16</sup> De Simone Rodrigues fontes habes in EB, 437-875 et in MI, *Regulae*, 15-134. De eo agunt F. RODRIGUES, *História*, I/1, 2, praecipue in vol. I/1, pp. 41-80 ; FX, 178-179.

derim praeterea nunquam eum antea cum Patre Ignatio egisse, sed tantum illius eximiae sanctitatis audita fama, decrevisse  
 30 animi sui sensa omnia ac cogitationes illi aperire; ignorantemque quid tres alii animo versarent, statuisset Hierosolymam contendere, totumque suae vitae tempus ponere in proximorum salute procuranda.

[8] Fuit 5<sup>us</sup> ab iis 4<sup>or</sup>, decurso fere anno, Pater Iacobus  
 35 Laynes<sup>17</sup>; 6<sup>us</sup> autem post Laynem, hebdomada transacta, Pater Alfonsus Salmerón<sup>18</sup>, hispani ambo, qui saluberrima quadam directione in viam Dei a Patre Ignatio eis tradita, tantum divino beneficio profecerunt, ut cum alter alterius consilia ignoraret, uterque decreverit seculi illecebris nuntium remittere,  
 40 navigare Hierosolymam, vitaeque genus illud deligere, quod a caeteris iam fuerat susceptum. Facio de his simul mentionem, quia simul ambo ex Hispania Lutetiam venerunt addiscendi gratia, ambo eodem ferme tempore eandem sententiam eandemque vivendi rationem amplexi sunt<sup>19</sup>.

[9] 7<sup>us</sup> paulo post superiores duos Patres fuit Pater Nicolaus Bobadilla<sup>20</sup>, hispanus, qui sancta etiam familiaritate Ignatii permotus, idem, quod alii, amplecti decrevit, et quidem, antequam quid illi sequerentur haberet exploratum; quod tam huic quam aliis Patribus contigit<sup>21</sup>; nam postquam unusquisque  
 50 eorum ultro et sponte sua apud se statuerat Dei servitio praedictoque vitae instituto se omnino devovere, tum demum illi aperiebatur esse alios, qui totos sese simili vivendi rationi consecrassent. Quibus cognitis, quantum laetitiae, quantum iucunditatis, quantum consolationis et animi ad permanendum in  
 55 proposito caperent, verbis explicari non potest.

<sup>17</sup> Lainii fontes editi sunt in LM, tt. I-VIII; FN, I, 38<sup>ae</sup>; 54-145 (Ignatii Vita seu epistula); II, 127-140 (fragmenta exhortationum); *Disputationes Tridentinae*, ed. Hartmann GRISAR (Oeniponte, 1886). De eo agunt praecipue RIBADENEYRA, *Vida del P. M. Diego Laínez* (1<sup>a</sup> editio anno 1594 una cum biographiis SS. Ignatii et Francisci Borghiae); BOERO, *Vita del servo di Dio P. Giacomo Laínez* (Firenze, 1880); M. ALONSO PALACÍN, *Nuevas investigaciones histórico-genealógicas referentes al M. R. P. Diego Laínez* (Madrid, 1906); P. J. ARÉVALO BILBAO, *Diego Laínez y los impuestos*, in *Estudios de Deusto* (Bilbao) 6 (1958, enero-junio) 207-258; Feliciano CERECEDA, *Diego Laínez en la Europa religiosa de su tiempo* (Madrid, 1945-1946, 2 vol.); Constan- cio GUTIÉRREZ, *Espanoles en Trento* (Valladolid, 1951), pp. 280-291; Andrés MARTÍNEZ DE AZAGRA, *El P. Diego Laínez* (Madrid, 1933); FX, 192-194.

determinou dar-lhe parte de seus desejos e alma ; e sem persua- 25  
são de ninguém, e sem inda então saber a determinação que  
tinhão os Padres acima ditos de visitar a Terra Santa, e de  
empregar toda sua vida, assi como também os otros tinham  
determinado, em ajuda e proveito da salvação do proximo.

[8] O quinto, pouco menos de hum anno depois do sobre- 30  
dito, foi o Padre Dioguo Laines <sup>17</sup>. O seisto, obra de 8 dias depois,  
foi o Padre Alfonso de Salmeiron <sup>18</sup>, ambos de nação espanhoes,  
aos [137v] quaes, mediante saluberrima quadam directione in  
viam Dei a Patre Ignatio eis tradita, fez Nosso Senhor tanta  
mercê, que ambos sem hum saber dos propositos e desejos do 35  
otro, a detreminar a deixar o mundo e ir a Jerusalem, e a seguir  
a vida que já os quatro acima ditos tinham escol[h]ido. Digo  
delles ambos juntamente, porque ambos juntos vierão de Espa-  
nha estudar a Paris, e porque ambos quasi juntos em hum tempo  
e pollos mesmos meios tiverão a mesma vocação e determi- 40  
nação <sup>19</sup>.

[9] O setimo, algum pouco de tempo depois dos dous  
Padres arriba ditos, foi o Padre Nicolao de Bobadilha <sup>20</sup>, o  
qual também com a santa conversação do P.<sup>e</sup> Ignacio, e sem  
saber da detreminação de nenhum dos otros, se detreminou 45  
em o mesmo que os otros. E assi [138] este Padre como os otros  
acima nomeados, cada hum por si elegerão a mesma maneira  
de vida sem que nenhum soubesse da vocação e determinação  
dos otros <sup>21</sup>; mas, depois de cada hum determinado com Deus  
e consigo, antam se lhe dizia como os otros tinham já a mesma 50

<sup>18</sup> Salmeronis documenta edita habes in ES, 2 vol. ; scripsit Salmerón : *Commentarii in Evangelicam historiam* (Matriti, 1598-1602). De eo agunt : RIBADENEYRA, *Vida del P. M. Diego Láñez*, (ubi ad calcem adest brevi compendio redacta : *La vida y muerte del P. Alfonso de Salmerón*) ; BOERO, *Vita del servo di Dio P. Alfonso Salmerone* (Firenze, 1880) ; versio hispana eiusdem a P. Ignatio TORRES confecta (Barcinone, 1887, cum appendice documentorum) ; C. GUTIÉRREZ, *Espanoles en Trento*, pp. 54-67 ; FN, I, 38<sup>27</sup> ; FX, 194-195.

<sup>19</sup> Láñez et Salmerón Lutetiam pervenerunt anno 1532 in finem vertente (corrige FN, I, 33<sup>9</sup>), postquam prior die 26 octobris eiusdem anni magisterii artium gradum Compluti adeptus esset. Uterque Exercitia ineunte anno 1534 peregit. FX, 194<sup>4</sup>.

<sup>20</sup> Documenta ad P. Bobadilla pertinentia edita sunt in BM, ubi in pp. 613-633 adest eius *Autobiographia*. De eo v. BOERO, *Vita del servo di Dio P. Nicolò Bobadiglia* (Firenze, 1879) ; FN, I, 37<sup>25</sup> ; FX, 195-197.

<sup>21</sup> Cf. infra n. [21] ; FN, I, 110, 183, 184, 185, 190, 204, 263, 269, 300 ; II, 252, 504, 592.

[10] Pater Claudius Iaius, natione allobrox, ex oppido Patris Fabri, vel certe ex aliquo vicino, octavum locum tenet inter alios<sup>22</sup>. Huius ad caeteros accessio sic habet. Cum negotii gerendi causa Parisiis Faber in patriam venisset<sup>23</sup>, Claudio  
 60 iam id temporis sacerdoti ab omnibus bene audienti et in natali solo quiete commoranti persuasit, ut Lutetiam, theologiae diutius vacaturus, proficisceretur<sup>24</sup>. [3v] Nec vero memini utrum Ignatium ante profectionem Lutetia in Hispaniam Pater hic offenderit<sup>25</sup>. Memini tamen eum, duce Fabro, in spiritalibus  
 65 rebus processisse; atque ita non multo post eius ad Parisiensem academiam adventum, eiusdem propositi socium ad septem primos accessisse<sup>26</sup>.

[11] Nonus fuit Paschasius Broëthus, gallus, sacerdosque iam illo tempore, ex provincia quae vulgo Picardia appellatur<sup>27</sup>.  
 70 Decimus Pater Ioannes Codurius, ex Provincia oriundus<sup>28</sup>; qui in numerum aliorum fuit admissus paulo ante Parisiis patres exirent, peregrinandoque Venetias, et Hierosolymam versus contenderent. Vocavit vero hos duos dominus ad Societatem superiorum octo patrum, post profectionem Ignatii  
 75 Parisiis in Hispaniam<sup>29</sup>, propterea in spiritalibus exercitationibus ducem habuerunt Patrem Fabrum. Hic est modus et series, quam in aggregandis primis Patribus, ineunte Societate, divina providentia servavit.

63 *post Ignatium del.* (ut postea dicam)

<sup>22</sup> Claudius Iaius (Jay) natus est in valle fluminis Giffre, loco dicto Vulliets, nunc *Vers les Jay*, prope Mieussy, circiter 30 km. ab urbe Geneva versus orientem, totidemque a Villaret, natali oppido Petri Fabri versus septentrionem, in Alta Sabaudia. H. TAVERNIER, *Le Père Claude Jay, sa patrie et sa famille*, in *Revue Savoisienne*, 35 (1894) 79-94; cf. EB, pp. 258-259, annot. 1. Iaii epistolae editae sunt in EB, 255-405. De eo v. J. M. PRAT, *Le Père Claude Le Jay* (Lyon, 1874), FN, I, 39<sup>29</sup>; FX, 248-250.

<sup>23</sup> Petrus Faber in patriam suam se contulit anno 1533 ibique Claudium Iaium vidit, cui suasit ut Lutetiam se conferret ad studia perficienda.

<sup>24</sup> P. Iaius studiis vacavit una cum B. Fabro, sed eum tempore praecedens, in oppido La Roche, sub magistro Velliard. Anno 1528, die 28 martii sacerdotio initiatus est Genevae. Postea parvum collegium rexit in oppido Faverges (TAVERNIER, p. 12, annot. 3), ubi eum Faber invenit.

<sup>25</sup> Pervenit Iaius Lutetiam ita ut mense octobri 1534 cursum scholasticum iniret. In collegio Sanctae Barbarae domicilium fixit, ubi

determinação, o que era para cada hum delles, quando hum sabia da determinação dos otros, incredibile alegria, consolação e firmeza pera levar adiante seus santos desejos.

[10] O oitavo foi o P.<sup>e</sup> Claudio Jaio, de nação saboiano. Este Padre era da mesma terra do P.<sup>e</sup> Fabro ou vizinho a ella <sup>22</sup>, 55 à qual indo o dito P.<sup>e</sup> Fabro de Paris por certos negoços <sup>23</sup>, o achou saserdote e de asento na terra em fama de grande virtude, e lhe persuadio que viesse estudar alguma mais theologia a Paris <sup>24</sup>; e não me lembra se alcansou o P.<sup>e</sup> Ignacio antes que saise de Paris pera Espanha <sup>25</sup>. Teve por guia em suas devações 60 o P.<sup>e</sup> Fabro, e pouco depois de [138v] ser vindo a Paris se resolveo em a mesma detreminação, que os sete acima ditos tinham <sup>26</sup>.

[11] O nono foi o P.<sup>e</sup> Pascasius Broet, francês, da Picardia, tambem saserdote <sup>27</sup>. O decimo foi o P.<sup>e</sup> João Codori, francês, 65 da Proença, o qual foi recebido pouco tempo antes que todos juntos saissem de Paris e comesassem sua perigrinação para Veneza e Jerusalem <sup>28</sup>. A estes dous Padres chamou Nosso Senhor à Companhia dos oito arriba ditos depois de já ser partido o P.<sup>e</sup> Ignacio para Espanha <sup>29</sup>, e tiverão por guia em suas de- 70 vações ho Padre Fabro. Este hé o modo e ordem com que Deus ajuntou os primeiros Padres no principio da Companhia.

---

procul dubio Ignatium cognovit ante huius discessum in Hispaniam mense aprili 1535.

<sup>26</sup> FN, I, 183, 704.

<sup>27</sup> Paschasius Broët natus est a. 1500 in oppido Bertrancourt in Picardia, medio itinere inter Ambianum (Amiens) et Atrebatum (Arras). Anno 1524 sacerdos factus est et anno 1534 Lutetiam venit ad studia sua complenda. Epistolae eius editae sunt in EB, 1-254. De eo v. [J. M. PRAT] *Mémoires pour servir à l'histoire du Père Broët* (Le Puy, 1885). Cf. Epistulam Michaëlis Rabardei ad P. Generalem, Ambiano, 26 oct. 1625 (ASIR, *Francia* 30, ff. 1-11); BOERO, *Vita del servo di Dio P. Pascasio Broet* (Firenze, 1877); Antonio BONUCCI, *Istoria della vita del Ven. P. Pascasio Broet* (Roma, 1713); FN, I, 39<sup>21</sup>; FX, 250-251.

<sup>28</sup> Natus est Coduri in oppido Seyne in Provincia (Provence), dioecesi ebrodunensi (Embrun). Eius epistolae editae sunt in EB, 415-453. De eo v. MI, *Epp.*, I, 406-407; PRAT, *Mémoires*, pp. 12-13; FN, I, 39<sup>20</sup>; FX, 251-252.

<sup>29</sup> Ignatius profectus est in Hispaniam anno 1535 mense aprili.

## [CAPUT II]

12-14. *Consilium peregrinationis Hierosolymitanae et studium laborandi pro fidei propagatione.* — 15-18. *Votum in Monte Martyrum.* — 19-20. *Vitae ratio Patrum Parisiis instituta. Ignatius ad Inquisito-*

[12] Perseverantibus itaque septem primis Patribus<sup>1</sup> (non-  
dum enim reliqui se dederant in eorum societatem) in diesque  
magis ac magis novo desiderio novoque sui propositi ardore  
incitatis, agi coeptum est de tempore, quo e finibus parisiensi-  
bus ad exequenda bonis initiis suorum animorum desideria de-  
migraretur. Et quoniam decreverant (eos Domino reducente  
ab hierosolymitana peregrinatione) procurandae proximorum  
saluti se totos tradere, visum est theologicis adhuc literis, per  
annos ferme tres, amplius studendum, neque aliquam exterioris  
hominis mutationem faciendam, sed eodem modo quo ad illud  
usque tempus perseverandum. Oportere etiam iudicatum est,  
rem adeo gravem atque arduam tantaeque difficultatis et pon-  
deris prius Deo aliquandiu commendandam; maioribusque  
virtutum praesidiis munienda pectora ad progrediendum ul-  
terius, ad impedimenta superanda et aliis, quae saepe intendi  
solent, periculis occurrendum.

[13] Deinde, longam post disputationem, ad maiorem rei  
firmitatem statutum est, ut sese omnes voto obstringerent pau-  
pertatis, castitatis, Hierosolymam navigandi et post reversio-  
nem, Deo adiuvante, proximorum salutis tam fidelium quam in-  
fidelium omni sollicitudine procurandae, divinum verbum omni-  
bus praedicandi, sancta denique confessionis et Eucharistiae  
[4] sacramenta, absque ullo stipendio, ministrandi<sup>2</sup>; statimque  
explicarunt Patres non teneri se paupertatis voto dum Lutetiae  
in literarum studia incumberent, posseque libere viatico ad hiero-  
solymitanam peregrinationem uti necessario<sup>3</sup>. Voverunt prae-  
terea nihil se unquam accepturos pro sacro missae faciendo, fa-  
tentes tamen ingenue licere et pro missarum sacrificiis et pro  
aliis rerum divinarum ceraemoniis obeundis stipem accipere.

<sup>1</sup> Omnes scilicet, praeter tres ultimo nominatos loco: Iaium, Broëtum, Codurium.

<sup>2</sup> De voto in Monte Martyrum nuncupato vide documenta in duobus primis voluminibus edita: FN, I, Faber (36-37); Lainez (102, 110-



## [CAPUT II]

*rem defertur. — 21. Ignatius in Hispaniam venit valetudinis curandae causa. — 22-23. Socii Parisiis excedunt in Italiam profecturi. — 24. Xaverius respuít canonicatum Pampelonensem ei oblatum.*

[12] Perseverando os ditos sete Padres<sup>1</sup> (porque ainda entam os otros não tinham a mesma detreminação), e crescendo cada dia mais em novos desejos e amor de sua detreminação, se começou antre elles a tratar do tempo em [139] o qual seria bem que se partissem de Paris, para começar a dar principio a seus desejos. E porque, conforme a detreminação que tinham de empregar sua vida (tornando-os Deus de Jerusalem) em serviço e ajuda da salvação do proximo, pareceo que requeria este m[in]isterio alguma mais suficiencia de letras da que até então se tinha; e assi detreminarão d'estar ainda em Paris tres annos, ou pouco mais ou menos, continuando seus estudos de theologia sem fazer alguma outra mudança exterior de vida, e que cada hum estivesse assi como até então estava. Ajuntou-se a isto parecer conveniente que, pois aviam de seguir huma empreza tam grande e de tantos trabalhos e dificuldades, era bem que primeiro por algum tempo emcomendassem este negocio a Deus e procurassem fazer alguma mais provisam de virtudes, para o poder levar adiante e resistir e vencer os encontros e tormentas que depois aviam de succeder. [139v]

[13] Atrás esta detreminação se tratou e pareceo ser conveniente, para mais firmeza da cousa, que todos fizessem voto de pobreza e de castidade e de ir a Jerusalem, e depois, tornando-os Deus de laa, de empregar toda sua vida em serviço de Deus, ajudando em qualquer occurrencia que pudessem a salvar o proximo assi fiel como infiel, e principalmente pregando a palavra de Deus e ministrando sem nenhum estipendio os sacramentos da confissão e comunhão<sup>2</sup>. E logo se declarou que o voto da pobreza não se entendesse emquanto estivessem em Paris estudando, nem tampouco os privasse do viatico que era necessario para a perigrinação de Jerusalem<sup>3</sup>. E tambem fizeram voto de não tomar esmola pollas missas que disessem, confessando todavia que era licito, assi pollas missas como

112); Polanco (184-185, 190, 263-264); Ignatius (480-481); FN, II, Nadal (79, 82-83, 253, 257), Polanco (309-310, 501, 567); Anonymus (439). Cf. FX, 199.

<sup>2</sup> FN, I, 37.

30 Verum illi, quo arctius paupertatem et evangelicam perfectionem amplecterentur, licitis etiam rebus sese voluerunt ultro abdicare ut, quoad fieri posset, haereticorum calumniam malitiamque vitarent, omnem illis praecedentes occasionem asserendi id fieri specie pietatis, ut ita quaestus facerent maximos  
 35 et ditiores ac locupletiores redderentur <sup>4</sup>.

[14] Quoniam vero nonnulli ardentem cupiebant infidelibus evangelicae veritatis lucem praeferre, coeptum est ea de re tractari; cumque iam apud omnes mira quadam animorum alacritate esset statutum, vitam ipsam, si opus foret, constanter fundere  
 40 pro re quapiam, quae ad maiorem Dei cultum et venerationem spectaret, in eandem omnes sententiam venerunt; ardentius illi quidem vel minus inflammate, secundum mensuram donationis Christi <sup>5</sup>. Haec porro ipsorum vota Christi fidei propagandae communi omnium consensione ita fuerunt temperata,  
 45 ut Hierosolymam omnes navigarent ibique rem hanc Deo rursus commendarent. Quod si tunc, inquit, haec pluribus sententia probetur, oblatam nobis divinitus occasionem arripiamus. Nam quae melior quaeve propior potest offerri? At si plures in oppositam sententiam eant, omnes simul, nulla facta disiunctione,  
 50 redeamus <sup>6</sup>. Statutum praeterea est, ut si, intra unius anni circulum postquam Venetias ventum fuisset, omni adhibita diligentia Hierosolymam navigare non liceret <sup>7</sup>, nullo obstricti voto Romam (quod faciendum etiam erat hominibus iam reversis Hierosolyma) contenderent; Summo Pontifici ad pedes  
 55 sese abiicerent, illum suarum cogitationum participem facerent, vitamque suam hominum saluti consecratam declararent; tum demum, quid hac in re consilii praestaret Pontifex, suppliciter de ipso quaererent <sup>8</sup>. Quod si divino numine afflatus haec suscepta consilia comprobaret, tunc, quo melius res cederet, liberam ubique terrarum ad concionandum, confessiones audien-  
 60 das et sacrum Eucharistiae epulum exhibendum, facultatem efflagitarent; darentque operam [4v] ut intelligeret Summus

40 ad sup. lin.

<sup>4</sup> De gratuitate ministeriorum cf. FN, II, 85; MI, *Const.*, I, 38, 193, 222, 234, 376.

<sup>5</sup> Ephes. 4, 7.

<sup>6</sup> De ratione vitae tenendae post peractam peregrinationem, non una omnium fuit sententia. Nonnulli, inter quos videntur fuisse Ignatius, Lainez, Xaverius, inclinabant ad remanendum in Terra Sancta, si id liceret: FN, I, 110, 480; II, 310; alii in Europam redire malebant, ut se sub oboedientia Pontificis Romani sisterent, inter quos, ut videtur, Faber (FN, I, 36-37) et Rodrigues (v. infra, n. 13). Tandem

pellos otros ministerios, receber esmolos ; mas elles por mais  
quererem seguir a pobreza e perfeição evan-[140]gelica, quizerão  
privar-se daquilo que lhes era licito <sup>4</sup>.

35

[14] E tambem, por em alguma maneira furtar o corpo  
às calumnias dos hereges e ocasião que poderiam (ainda que  
injustamente) tomar contra seu ministerio, dizendo que o  
fazião com pretexto e cor de virtude para assi melhor ganhar  
sua vida e se fazerem ricos, e porque alguns tiveram e tinham  
grandes movimentos e fervores de pregar a infiês a fee santa  
de Jesu Christo, começou-se tambem a tratar este ponto. E  
como todos tinham as vontades e corações promptos e dezejosos  
de morrer pollo que fosse mais serviço de Deus, todos vierão,  
quem mais e quem menos, em os mesmos desejos, todavia li-  
mitarão-se estes desejos da maneira seguinte : que todos fossem  
a Jerusalem e lá de novo emcomendassem este ponto a Deus  
e que, se a maior parte delles fosse de parecer que se pregasse  
a infiês, pois lá já estavam ao pé da obra, se fizesse, e se fosse  
de parecer que não convinha, que então todos se [140v] tornas-  
sem sem fazer entre si divisão alguma <sup>6</sup>. E loguo se detreminou  
e assentou que, se dentro de hum anno depois de chegados a  
Veneza e feita toda a diligencia possivel não pudessem passar  
a Jerusalem <sup>7</sup>, que entam fiquassem livres e desobrigados da  
tal ida e voto de ir a Jerusalem. E assentaram assi ; mais  
que tornando de Jerusalem, ou não podendo passar lá  
dentro de hum anno, que então todos fossem ao Papa e  
que como Vigario de Christo lhe dessem parte e declarassem  
que todos tinham de servir a Deus (o qual era firme detreminação  
de empregar toda sua vida em serviço de Deus e bem do proximo,  
da maneira que ariba dito hé []), e lhe pedissem que os aconse-  
lhasse e emderemsasse <sup>8</sup>. E que aprovando Sua Santidade esta

40

45

50

55

60

39 para bis || 52 dentro corr. ex depois

postremum iudicium hac super re dilatatum est usque ad adventum in  
urbem Hierosolymam : ibi ad votorum pluralitatem res dirimenda.  
Praeter Rodericium hoc loco vide Fabrum (FN, I, 37), Polancum (ib.,  
185; II, 567), FX, 200-201.

<sup>7</sup> FN, I, 110-112 ; 185, 264, 480, 496 ; II, 567, 579, 582 ; *Chron.*  
I, 78.

<sup>8</sup> FN, I, 37, 112, 185, 480 ; II, 587 ; *Chron.* I, 78 ; *MI, Epp.*, I, 132 ;  
FM, 498.

Pontifex paratos esse se, pro ipsius arbitrio, ad annuntiandum Christi evangelium, sine ulla tergiversatione, per totum terrarum orbem, etiam in locis Turcae subiectis, aut aliis tyrannis a Christi religione abhorrentibus <sup>9</sup>. Haec prima Societatis nostrae, Pater admodum Reverende, lineamenta fuerunt. Votum autem, si recte memini, primo nuncupatum est anno 1534, die augusti 15<sup>o</sup> et eodem B. Mariae Virginis Assumptioni sacro, quam quidem Virginem cuncti Patres fautricem hac in re, adiutricem atque advocatam apud filium Iesum dominum nostrum susceperunt; deprecatores etiam adhibentes B. martyrem Dionysium, cuius in sacra quadam aedicula, vota haec primo fuerunt emissa <sup>10</sup>.

[15] Locus ad faciendum hoc votum decreverunt ut esset sacellum illud D. Dionysii, quod in medio Monte Martyrum situm est, distans ab urbe mille fere passibus, solum, remotumque ab omni tumultu, hominumque conventu. Et quo ardentius hoc suum holocaustum Deo offerrent, ieiunium, divinarum rerum meditatio, peccatorum expiatio aliaeque corporis afflictiones praecesserunt. At voto huic, quod duobus consequentibus annis, eadem ipsa die, eodem loco et sacello D. Dionysii, eadem caeremonia confirmarunt, certis quibusdam de causis Pater Ignatius non interfuit <sup>11</sup>, omnia tamen ex eius consilio et iudicio fiebant. Dubito etiam an 2<sup>o</sup> anno P. Claudius Iaius huiusmodi confirmationi voti interfuerit <sup>12</sup>; qui tamen tertio ac ultimo affuit, una cum aliis duobus Patribus, qui postremo reliquis sese adiunxerant <sup>13</sup>.

[16] Nemo igitur externus aderat praeter Patres. Fecit sacrum missae P. Faber, et antequam epulo divino socios re-

70 cuncti *corr. ex* multi || 76 illud *corr. ex* quoddam

<sup>9</sup> Formula Instituti S. I. (1539), MI, *Const.*, I, 17; Bulla « Regimini militantis Ecclesiae » (1540), ib., p. 27; Bulla « Exposcit debitum », ib., p. 378.

<sup>10</sup> Cf. FN, I, 36, 102, 184; II, 567; *Chron.*, I, 421; MI, *Scripta*, I, 523. Sacellum vocabatur *Chapelle des martyrs*. Eam intelligunt scriptores cum scribunt: « ad Sanctam Mariam, quae Mons Martyrum dicitur » (Faber, FN, I, 36); « en Sancta Maria de Monte Martyrum » (Polanco, ib., 184); falso igitur putabat Böhmer (p. 147<sup>2</sup>) Rodericium hoc loco falli.

detreminação, então lhe pedissem (pera isto se poder melhor fazer) licença pera pregar e ministrar os santissimos sacramentos da confissão e comunhão [141] por todo o mundo. E <sup>65</sup> que, tambem, se Sua Santidade os mandasse pregar a infiês, que pera tudo se oferecião e estavam aparelhados a fazer sem replicar a nada <sup>9</sup>. Esta arriba declarada foi a primeira traça que a Sabedoria divina deu à Companhia, e foi feito este voto, a primeira vez que se fez, o anno (se bem me lembra) de 1534, <sup>70</sup> a 15 de Agosto, dia de Nossa Senhora d'Agosto, festa de sua santa Assumpção aos ceos, a qual todos tomarão neste negocio por ajudadora e protectora e particular favorecedora diante de seu Filho Jesu Christo Senhor Nosso, e tambem tomarão por intercesor o bem-aventurado martir S. Dinis, em cuja ca- <sup>75</sup> pela fizerão os ditos votos <sup>10</sup>.

[15] Elegeram e detreminarão que fosse o lugar para fazer este voto hum monte, chamado Monte dos Martires, que está como hum quarto de legoa fora de Paris, e em huma ermida de S. Dinis, por estar solitaria em o meio da [141v]quelle monte. <sup>80</sup> E para mais devotamente poderem fazer este sacrificio que de suas pessoas querião oferecer a Deus, primeiro se prepararão com jejum, oração, confissão e com algumas otras corporeas aflições. A este voto, que depois se fez por duas vezes em o mesmo dia e annos seguintes e no mesmo lugar e capela ou ermida <sup>85</sup> de S. Dinis, não se achou presente o P.<sup>e</sup> Ignacio por certos respeitos, mas tudo se fazia por seu conselho e parecer <sup>11</sup>; e no segundo anno que se tornou a renovar o dito voto duvido se inda então se achou presente o P.<sup>e</sup> Claudio Jaio <sup>12</sup>, mas em a <sup>90</sup> terceira vez, que foi a derradeira, se achou elle presente e tambem os otros dous Padres que foram os ultimos que Deus trouxe à mesma vocação <sup>13</sup>.

[16] Enfim, estando juntos em aquella ermida e sem nenhuma outra gente de fora, disse o P.<sup>e</sup> Fabro missa e, antes [142]

<sup>11</sup> Haec intellige de huius voti renovatione annis 1535 et 1536. Ignatius enim mense aprili 1535 in Hispaniam se contulit indeque in Italiam, socios expectaturus. Ita intelligendus est textus lusitanus huius *Commentarii*.

<sup>12</sup> Utrique interfuisse videtur, nam cum pervenisset Lutetiam anno 1534 mense octobri, « non multo post eius ad parisiensem academiam adventum », ut dicit ipse Rodrigues paulo superius (n. 10), exercitiis spiritualibus duce Fabro peractis, ad septem socios accessit. Cf. FN, II, 567<sup>174</sup>, FX, 249. Faber (FN, I, 39) et Polancus (FN, II, 567) asserunt Iaium, Broëtum et Codurium ultimo anno (1536) renovationi voti interfuisse, sed non excludunt Iaii praesentiam etiam anno 1535.

<sup>13</sup> FN, I, 39 ; II, 567.

ficeret, ad eos conversus, manibus tenebat sacram hostiam ; illi fixis humi genibus, mente Deo inhaerentes, singuli suo loco, votum fecerunt clara voce, quae ab omnibus audiebatur ; tunc sacram simul receperunt synaxim ; reversus autem ad altare  
 95 Pater, simili modo, ante sumptionem vivifici panis, votum fecit [5] ita distincte et perspicue, ut ab omnibus exaudiretur <sup>14</sup>.

[17] Illud hic ausim tuae Reverendae Paternitati affirmare : a prioribus illis Societatis Patribus, qui sese tunc vere et ex toto animo Deo devovebant, holocaustum illud ea alacritate, ea  
 100 voluntatum abnegatione et spe in divina misericordia posita fuisse oblatum, ut mihi ea de re saepe postea cogitanti, ingens animi ardor incidat, novus pietatis accrescat affectus et in incredibilem adducar admirationem. Deo igitur pro tantis in nos muneribus immortalis sit gratia atque sempiterna laus, quia  
 5 memor fuit nostri, faciens nobiscum misericordiam suam <sup>15</sup>.

[18] Quibus peractis, reliquam diei partem prope fontem (ubi D. Dionysius abscissum caput praeferens, fluentem e se sanguinem abluisse fertur) ad radices montis situm <sup>16</sup>, e transverso sacrae illius aediculae in qua vota fuerunt emissa, magna  
 10 animorum laetitia et exultatione exegere Patres ; de inflammato illo studio, quo in divinum obsequium incitabantur, inter se colloquentes <sup>17</sup>. Et iam occumbente sole domum reversi sunt, laudantes et benedicentes Deum.

[19] Postquam Patres inter sese de hoc ineundo vitae instituto tractare coeperunt, semper cum studiis literariis sacramentorum frequentationem copulandam esse existimarunt. Atque ita singulis diebus dominicis et praecipuis anni solennitatibus, conscientiae sordes eluentes, Christi corpus sumebant <sup>18</sup>. Unde eorum admonitionibus et exemplo plurimi studiosi literarum multique ex populo parisiensi sunt inducti ad frequentanda eadem sacramenta <sup>19</sup>. Haec cum videret humani generis hostis importunus, novitate rei permotus, coniecturis forte iam assequens non parvam ex ea re iacturam se fore accepturum, aliquibus ex scholasticis hispanis persuasit ut ad civitatis Inquisitorem Ignatii nomen deferrent. Illi falsa quadam persuasione decepti nimioque zelo delusi adeunt iudicem ; putare se  
 25

26 adeunt iudicem *add. sup. lin.*

<sup>14</sup> Formula huius voti non servatur. Res Deo promissas vide supra, n. 14 et cf. FN, II, 567. Vide etiam locos allatos in FX, 201<sup>a</sup>, 203<sup>a</sup>.

<sup>15</sup> Tob. 8, 18.

de lhe dar a comunhão, tendo o Santissimo Sacramento nas 95  
mãos diante delles, cada hum por si, com os giolhos em terra  
e o coração em Deus, fez seu voto com vos distinta e de todos  
ouvida, e depois todos receberam o Santissimo Sacramento ;  
e o P.<sup>e</sup> Fabro tornando ao altar tambem antes de comungar  
fez o mesmo voto com vox alta que todos ouvirão <sup>14</sup>. 100

[17] Certifico a V. P. que fizeram aquelles Padres este  
sacrificio de si a Deus entregando-sse a elle tão de verdade e  
com tanta renunciação de suas proprias vontades et con tanta  
devação et confiança em sua misericordia, que algumas vezes  
depois, cuidando nisso, me crecia nova devação e admiração. 5  
A Deus sejam dadas as graças et louvores por todas suas obras,  
et quia memor fuit nostri faciens nobiscum misericordiam  
suam <sup>15</sup>.

[18] Depois d'acabado ho arriba dito, a maior parte que  
fiquava daquelle dia passaram [142v] aquelles Padres junto 10  
de huma fonte, que está ao pé daquelle monte<sup>16</sup> da outra parte  
da ermida onde se fizerão os votos (em a qual fonte querem  
dizer alguns que S. Dinis levando sua cabeça nas mãos lavou  
o sangue que delle coria), tratando com grande consolação et  
gozo espiritual da detreminação e propositos que tinham de servir 15  
a Deus<sup>17</sup>, et iam nocte appropinquante se tornarão a suas  
casas laudantes et benedicentes Deum.

[19] Sempre os Padres, depois que começaram a tratar  
de sua vocação, juntamente com os estudos perseveravão em  
a frequentação dos santissimos sacramentos da confissão et 20  
comunhão todos os domingos e festas principaes do anno<sup>18</sup>,  
por cuja exhortação et exemplo se moveo grande copia e numero  
de estudantes e de otras pessoas daquelle cidade e Universidade  
a frequentar tambem os mesmos sacramentos<sup>19</sup>. E vendo o  
demonio esta novidade [143] (devia conjecturar que daqui lhe 25  
podia soceder pouquo proveito), persuadio a certos estudantes  
espanhoes que fossem ao Inquisidor daquelle cidade acuzar  
o P.<sup>e</sup> Ignacio, o que elles fizeram com mais zelo do que deverão,  
sem ter para isso mais argumento que sua propria imaginação  
e sospeita. E tudo o que disserão era em confuso, sem dizerem 30

<sup>16</sup> Fons hic eo loco situs erat ubi nunc invenitur viculus dictus  
*Impasse Girardon* (Rue Girardon, 5). FX, 203<sup>3</sup>.

<sup>17</sup> FN, I, 102.

<sup>18</sup> Ibid.

<sup>19</sup> FN, I, 100.

inquiunt falsae et contagiosae doctrinae venenum ab Ignatio clanculum instillari, [5v] nihil tamen certi asseverant; Inquisitor diligenter rem perscrutatur; comperit toto caelo eos aberrare piasque et sanctas ab Ignatio edoceri divinarum rerum meditationes. Qua ex re sumpsit occasionem dandi se in amicitiam Ignatii caeterorumque sociorum, quos semper deinceps amavit <sup>20</sup>.

[20] Labor hic magnum postea peperit emolumentum; nam aliquot annis post, coorta Romae gravissima fictarum criminationum tempestate, inter alia quae Patribus imponebantur (ut latius suo loco dicam) <sup>21</sup> illud erat unum,† nostros fugitivos homines esse, et Lutetiam reliquisse, propter haeresis crimen. At immensa Dei misericordia, qui omnibus rebus sapienter providere solet, factum est, ut Inquisitor ille parisiensis Romae tunc ageret, qui de re accurate rogatus, multa in favorem Patrum dixit, multa de diligentia a se adhibita, dum in eorum mores et vitam inquireret <sup>22</sup>; demum multa disseruit de eorum innocentia, integritate vitae et vera religione, eosque affirmavit tantum abesse ab haereis suspicione, ut etiam perfecti, magnum sui desiderium Parisiis omnes reliquerint.

[21] Interim valetudine laborabat Ignatius, et praecipue gravissimis stomachi doloribus conficiebatur. Quare medicorum consilio sociorumque persuasionibus, in Hispaniam est redire coactus atque experiri, num loci mutatio nativique soli salubritas sanitatem aliquam afferret; ita enim affectus, nullius erat futurus laboris capax. Patrem abesse, ut par erat, dolebant socii; nec tamen propterea ardor ille animi ad perseverandum in votis refrigescibat. Erat enim spes eorum et fortitudo in Deo posita. Quemadmodum enim unusquisque per se, ac ultro, priusquam alterius vocationem aut propositum audiret, ad hanc unam vivendi normam coepit aspirare <sup>23</sup>, ita apud se firmiter decreverat, etiam aliis deficientibus manum mittere ad aratrum, nec respicere retro <sup>24</sup>. Itaque Pater Ignatius anno et eo amplius

35 gravissima sup. lin. || 55 posita corr. ex defixa

<sup>20</sup> Accusatio Ignatii apud Inquisitorem, Fr. Valentinum Liévin, facta est paulo ante eius iter in Hispaniam; ideo Ignatius voluit ut quam celerius sententia daretur; quod cum Inquisitor concedere renueret, Ignatius ad eum attulit scribam et testes. Coram eis Inquisitor Ignatium laudavit et ab eo exemplar libri Exercitiorum petivit. FN, I, 180-181, 480-481; II, 561-562. Infra, n. 85. FX, 231-232; R. RICARD, *Ignatius von Loyola an der Universität Paris*, in *Stimmen der Zeit*,



cousa nenhuma em particular, mais que duvidarem que o P.<sup>e</sup> Ignacio ensinasse secretamente alguma má doutrina. E fazendo o Inquisidor suas diligencias, achou que tudo eram santas devações e ficou tam edificado, que dahi en diante foi grande amigo do P.<sup>e</sup> Ignacio et dos otros mais Padres <sup>30</sup>. 35

[20] Deste trabalho tirou Deus N. Senhor hum grande proveito, e foi que a cabo de alguns annos se alevantou em Roma hum mui trabalhosa perseguição contra os ditos Padres, dizendo antre otras cousas, assi como depois direi <sup>21</sup>, que erão fugidos de Paris por hereges, e neste mesmo tempo quis Deus, 40 que a [143v] tudo provê et socorre com sua misericordia, que se achasse este mesmo Inquisidor em Roma, o qual testemunhou larguamente em favor dos Padres, dizendo as diligencias que em Paris fizera contra elles e que todos os achara inocentes e catholicos <sup>22</sup>, e que quando se partirão de Paris não se partirão 45 por hereges, mas que antes deixaram em aquella cidade muita edificação de sua pessoas.

[21] Já neste tempo creciam muito as indisposições do Padre Ignacio et principalmente dores mui intenças e grandes do estamago; e, por parecer dos medicos e persuasão dos mais 50 Padres, se foi a Espanha a provar se a natureza o ajudava, porque da maneira que elle então estava não era pera poder com nenhum trabalho corporal. Mas os Padres, inda que sintirão muito sua ausencia, todavia nem por isso se emfraquecerão em seus [144] santos propositos (erat enim eorum spes et fortitudo in Deo posita); e assi cada hum delles detreminou em a 55 vocação acima dita sem saber o hum da detreminação do otro <sup>23</sup>, assi cada hum delles com grande firmeza tinha assentado em seu coração de a seguir só por si sem tornar atrás ainda que todos os otros faltassem. De maneira que o P.<sup>e</sup> Ignacio se foi pera 60 Espanha hum anno ou porventura mais antes que os otros Padres se partissem de Paris, e de Espanha, cobrando alguma mais

162 (1957/1958) 249-267; R. ROUQUETTE, *Ignace de Loyola dans le Paris intellectuel du XVI siècle*, in *Études*, 290 (1956) 18-40.

<sup>21</sup> Infra, n. 87.

<sup>22</sup> Romam anno 1538 non Valentinus Liévin, sed Matthaeus Ory venit, qui Ignatium iudicaverat Lutetiae anno 1529. Cf. FN, I, 32\*, 12, 180, 203.

<sup>23</sup> Cf. supra, n. 9.

<sup>24</sup> Cf. Lc. 9, 52.

60 antequam Patres Parisiis proficiscerentur, in Hispaniam rediit <sup>25</sup>,  
et ex Hispania, sanitate aliqua ex parte recuperata, [6] Venetias  
venit ibi Patres expectaturus, ut ab illis fuerat constitutum.

[22] Instabat iam dies theologicis literis finiendis et pro-  
fectioni ab urbe definitus, cum socii per epistolas Ignatii intel-  
65 ligentes Venetiis illum iam esse <sup>26</sup>, iudicarunt diem ad profici-  
scendum Parisiis praestitutum, octavo nimirum Kal. Febr. anni  
1537, qui sane dies conversioni D. Pauli sacer erat, praecurren-  
dum, excedendumque esse, ut re vera factum est, 15 die mensis  
novembris anni 1536. Ideo autem praeveniendum tempus exi-  
70 stimarunt, quia crediderant faciendam necessario moram esse  
propter itinerum difficultates et pericula. Erat etenim aditus  
e Gallia in Italiam et in alia loca interclusus, propter gravissi-  
mum bellum nostris sceleribus excitatum inter Galliae et Hi-  
spaniae reges <sup>27</sup>.

75 [23] Ante profectionem, duos in academia singulari sa-  
pientia praeditos et doctoratus laurea insignitos viros adeunt  
Patres, ut sui propositi rationem exponant; laudant illi rem,  
approbant, extollunt; multis tamen difficultatibus et periculis  
obnoxiam esse demonstrant. Doctor etiam alius, pietatis et li-  
80 terarum opinione commendandus, cum Patre Fabro, quem  
maturare Parisiis profectionem audierat, de caeteris sociis nihil  
dum tale cognoscens, ita est loquutus: — Verumne de te audio,  
Faber? tune Parisios relinques? tu Lutetia tanto cum tui animi  
dispendio abibis? Ego profecto sic arbitror, te sine lethali culpa  
85 hinc discedere non posse, cum certissimum multis hominibus  
remedium auferas, et in incerta aliorum hominum salute operam  
ponere contendas. Neque hoc leviter dici a me putes; si enim  
voles, universis parisiensibus in theologiae facultate doctoribus  
convocatis, id tibi firmissimis rationum praesidiis confirmabo —.  
90 Divina tamen providentia longe aliud constituerat.

[24] Accidit quoque sub idem tempus, dum profectionem  
Patres pararent, ut insperatus Pompeioli nuntius ad Xavie-  
rium veniret, qui retulit electum ipsum esse in canonicum eccle-

68 15 die *add. sup. lin.* ¶ 91-96 *Accidit - reputabat. add. in marg.*

<sup>25</sup> Ignatius venit in Hispaniam, ut diximus, mense aprili a. 1535;  
socii Parisiis discesserunt 15 novembris 1536. Relicta Hispania, Igna-  
tius in Italiam se contulit eodem anno in finem vertente; ibi socios  
expectavit.

<sup>26</sup> Cf. MI, *Epp.*, I, 113; 723-725.

saude, se foi a Veneza esperar os otros companheiros assi como todos tinham assentado<sup>25</sup>.

[22] Chegando-sse o tempo em que tinham determinado 65  
acabar seus estudos de theologia e partir-se de Paris, e sabendo  
por cartas do P.<sup>e</sup> Ignacio que já elle era chegado e estava em  
Veneza<sup>26</sup>, pareceo a todos os ditos Padres antecipar o tempo  
que tinham detreminado partir-se de Paris, que era a 25 de Ja-  
neiro de 1537, dia [144v] da conversão de S. Paulo. E detremi- 70  
naram partir-se et de feito se partirão em o mes de Novembro  
de 1536 ; e a causa de antecipar esta saida foi cuidarem que se  
poderião deter no caminho mais tempo do que convinha, pellas  
dificuldades e perigos que se oferecião então para sair de França,  
por estarem os caminhos e saidas daquelle reino para Italia 75  
e otras partes embaraçados com a guerra, que em aquele tempo  
nossos pecados alevantarão antre El-Rei de França e Rei de  
Espanha<sup>27</sup>.

[23] Detreminaram antes de partir-se dar parte de seus 80  
propositos a dous doutores mui principaes, que naquella cidade  
lião theologia, os quaes louvarão e aprovarão seus desejos, mas  
que a empresa era chea de muitas dificuldades. Otro doutor  
tambem dos mais principaes, sabendo que o P.<sup>e</sup> Fabro (sem  
saber nada dos otros) se queria ir daquella Universidade, lhe  
falou e dise que o obrigava a peccado mortal se se partia daquela 85  
Universidade deixando o fructo certo que ali fazia pollo incerto,  
e que se lhe dava licença ajun- [145]taria e faria claustro de todos  
os theologos daquela Universidade et lhe provaria o que dizia ;  
mas emfim Deus tinha detreminado otra cousa. Isto hé o que  
sumariamente me lembra ser passado em Paris em o principio 90  
da Companhia, remetendo-me, assi nisto como no demais, a  
quem das ditas cousas tiver melhor lembrança.

---

84-86 lhe falou - daquela Universidade *marq.*

---

<sup>27</sup> Anno 1536, postquam Franciscus I, Galliae rex, occupavit Sabaudiam et Augustam Taurin., bellum exarsit inter eum et imperatorem Carolum V, qui Provinciam (Provence) invasit. Cum hae regiones bello flagrant, socii, ut Venetias pervenirent, difficiliorem viam per Lotharingiam, Germaniam et Helvetiam sequi coacti sunt. Vide infra, n. [25] ; FN, I, 106, 189 ; II, 573.

siae Pompeiopolitanae. Quae forte res instabili et fluctuanti  
 95 homini aliquam afferre perturbationem posset. At ille haec  
 iam et maiora alia pro nihilo reputabat <sup>28</sup>. Haec sunt, quae bre-  
 viter de Societatis ineuntis rebus Lutetiae primum gestis potui  
 scribere ; omnia eorum iudicio committens, qui ea firmiter me-  
 moria retinuerint.

### [CAPUT III]

25. *Iter per Lotharingiam et Germaniam facere decernunt socii. — 26. Pa-*  
*risiis proficiscuntur primi socii. Eorum vestis. — 27. Perveniant in*  
*urbem Meldas (Meaux). Cuiusdam Patris tumor sanatur. — 28. Ae-*  
*dem S. Fiacrii singulis ferme diebus petunt socii. Res mira S. Fiacrii*  
*narratur. — 29. Ratio itineris per Galliam. — 30. Deliberatio de*  
*paupertate itineris tempore et de modo procedendi, an simul omnes,*  
*an per turmas divisi. — 31. Meldis egressos, duo iuvenes citatis equis*  
*consequuntur. — 32-33. Ratio sese gerendi in diversoriis. Disputa-*

[25] Posse hispanos homines Galliam transire, cum tan-  
 tum arderet bellum inter reges illos potentissimos, difficile admo-  
 dum videbatur. [6v] Nihilominus re considerata, visum est  
 tutius iter e Gallia in Ducatum Lotharingiae, quae nec a gallis,  
 5 nec ab hispanis dissidebat, sed utrisque erat amicitiae foedere  
 coniuncta <sup>1</sup>. Regio haec quadam ex parte Galliam, ex altera  
 Belgiae ditiones quasdam attingit ; 3<sup>m</sup> vero eius latus Helvetiis  
 est vicinum. Hac autem statuebant Patres Germaniam ingredi,  
 per quam et hispani et galli habere iter poterant, longum illud  
 10 quidem, sed paulo tutius. Nam spatium illac conficiendum Pa-  
 risiis Italiam versus, erat instar lunaris semicirculi, aut duorum  
 laterum trianguli, cum, si recta pergendum esset, unum duntaxat  
 latus conficiendum restaret. Verum necessitate coacti, longum  
 illud iter, sed aliquanto securius ingressi sunt <sup>2</sup>.

<sup>9</sup> post quam del. tuto

<sup>28</sup> Xaverius litteras misit ad capitulum cathedralis Pampelonensis  
 quibus dignitatem oblatam declinabat. EX, I, 13-14 ; FX, 148, 259-260.

<sup>1</sup> « ... fuimos aconsejados que viniésemos por Loreina y Alema-  
 mania ». *Lain.*, FN, I, 106.

<sup>2</sup> Fontes ad illustrandum sociorum iter sunt, praeter nostrum Ro-  
 dericum, qui omnium uberrimus est : Lafiez (FN, I, 106-109) ; Faber  
 (FN, I, 39-40) ; Polanco (FN, I, 189-190 ; II, 572-574. Scriptores : BÖH-  
 MER, 193-197 ; F. RODRIGUES, *História*, I/1, 63-68 ; DUDON, 251-257 ;  
 LARRAÑAGA, *Obras*, 460-464. Quod ad Galliam attinet, viam describit  
 Charles ESTIENNE, *Guide des chemins de France de 1553* (routes 60,  
 69, 74, 88) a Lutetia ad Verdun ; SCHURHAMMER, *Die Reise des hl. Franz*  
*Xaver durch die Schweiz*, in *Schweizerische Rundschau*, 17 (1916-1917)

## [CAPUT III]

*tiones cum haereticis. — 34. In Lotharingiam perveniunt. — Templum S. Nicolai invisunt. — 35. Quidam Pater cum rustico quodam luctam init. — 36. Perveniunt in Germaniam. Illi peregrinationis Lauretanae causa in Italiam se pergere asserunt. — 37. Difficultates in itinere toleratae. — 38. Perveniunt Basileam. — 39-40. Iter per Helvetiam. Disputatio cum haeretico sacerdote. — 41. Constantiam perveniunt.*

[25] Ofereciam-se muitas dificuldades pellas partes dos que erão espanhoes para poder seguramente e sem perigo sair de França por causa das guerras que arriba digo, mas emfim, considerando humas et otras dificuldades, tomarão por caminho mais seguro passar de França ao ducado de Loreina 5 que comfina por huma parte com França, he hé estado que estava então neutral, bem com França e bem com Espanha<sup>1</sup>, e por outra parte comfina com os estados de Frandes e por outra com os soiços; e por esta parte de Alemanha detreminarão os Padres sair deste ducado e, entrando em Alemanha, já fiquavam mais 10 seguros dos perigos de serem espanhoes ou francezes. Era este caminho de Paris pera [145v] Italia mui comprido, porque se fez hum rodeo e volta a modo de meia lua, ou a modo de duas partes de hum triangulo, não sendo necessario, se se ouvera de fazer por seu caminho dereito, fazer mais que a huma parte 15 do triangulo, todavia assi foi mais necessario pera poder ir mais seguramente<sup>2</sup>.

1 Ofereciam-se-me *ms.*

16-33. Iter sociorum ab urbe Lutetia Parisiorum usque ad urbem Venetiarum accuratissimis investigationibus peractis describitur etiam a SCHURHAMMER in suo opere *Franz Xaver*, I, 265-283. Ex eo, in compendium redacta, haec sumimus. Cum die 15 novembris 1536 Lutetia essent profecti, Venetias pervenerunt die 8 ianuarii sequentis anni. Singulis diebus 50 circiter km. percurrerunt. Nomen subiungimus urbium praecipuarum ubi certo vel saltem probabili coniectura constitisse dicendi sunt, addito die probabili et distantia ab urbe praecipua: 15

3 — MON. IGNAT. — FONTES NARRAT. III

15 [26] In hunc autem modum Patres Parisiis profecti sunt :  
 oblonga sed trita veste, in modum parisiensium scholasticorum,  
 ibant induti ; manibus gestabant baculos ; galero tectis capiti-  
 bus ; propendebat e scapulis mantica ex corio, ubi biblia, bre-  
 viarium, et nonnulla scripta asservabantur ; suspensum e collo  
 20 rosarium omnium oculis patebat ; fimbrias prolixarum vestium,  
 ne impedimento essent hominibus, qui pedibus iter prosequen-  
 rentur, sursum reductas premebant cingulo<sup>3</sup>. Illo igitur die quo  
 egressi sunt, divinae prorsus fidei concredi, at traditi gratiae  
 Dei, tam exultantes et quasi diem festum celebrantes, coeperunt  
 25 itere habere, ut prae laetitia, vestigia humi figere haudquaquam  
 viderentur.

[27] Quinque aut sex ferme diebus prius aliqui e sociis  
 decesserant, Meldis (quibus vulgo Meaus, ni fallor, nomen est)  
 reliquos, qui Parisiis quaecunque supererant pauperibus interim  
 30 erogabant, expectaturi. Haec urbs octo et quadraginta millibus  
 passuum, ut puto, distat Lutetia Parisiorum<sup>4</sup>. Prima autem  
 nocte itineris in eam instituti, tumor quidam ita magnus et  
 sanguinolentus in humero cuiusdam Patris eminere visus est,  
 ut vel ipso aspectu metum et [7] horrorem iniiceret. Tota nocte  
 35 gemuit Pater et doluit, modo in hanc modo in illam terrae par-  
 tem (quae illi lectus erat) se volvens, moeroreque afficiebatur  
 non mediocri, metuens ne propter tumorem illum a prosequendo  
 itinere impediretur. At illucescente die, temporeque dandi se  
 viae instante, respiciens Pater, non modo tumorem non reperit,  
 40 sed ne vestigium quidem ullum tumoris<sup>5</sup>.

[28] Dabis mihi hoc loco veniam, Reverende admodum  
 Pater, dum a proposito declinans, rem non minus gratam quam  
 miram brevi oratione complector. In civitate Meldensi expecta-  
 bant Patres venturos socios, interimque maiori ex parte, ut rei  
 45 divinae interessent, aedem D. Fiacrii, quae ab urbe circiter duo

---

novembris, discessus ex urbe Lutetia ; 16 nov. Meaux (45 km.) ; 17  
 Château Thierry ; 18 Epernay (142 km.) ; 20 Sainte-Menehould (200  
 km.) ; 22 Verdun (245 km.) ; 23-25 Metz (300 km., ubi 3 dies consti-  
 terunt) ; 25 Pont-à-Mousson (330 km.) ; 26 Nancy (358 km.) Saint-  
 Nicolas-du-Port (371 km.) ; Luneville ; 27 Blamont (420 km.) ; Saar-  
 burg ; 28 Zabern (470 km.) ; 29 Strasbourg (520 km.) ; 3 decembris  
 Basilea (130 km. ab urbe Strasbourg. Quies trium dierum) ; Rheinfel-  
 den ; Frick (35 km.) ; Brugg (50 km.) ; Baden (60 km.) ; Kaiserstuhl [?] (75 km.) ; Winterthur (110 km.) ; Frauenfeld (130 km.) ; Pfyn (140 km.) ;  
 Weinfelden (155 km.) ; Konstanz (175 km.). Post urbem Konstanz nos-  
 tra documenta nullius urbis nomen tradunt nisi Tridenti (BM, p. 615).  
 Ut videtur, viam quae superiorem oram lacus Constantiensis sequitur

[26] Sairão os Padres vestidos com roupas compridas, já usadas, a modo dos estudantes de Paris, e com bordões nas mãos e sombreros na cabeça, e cada hum levava huma bolça de couro ao pescoso lançada a huma ilharga do corpo, em a qual levavão cada hum sua Biblia e breviario e alguns otros escritos, e cada hum levava seu rozairo patente lançado ao pescoço ; e, porque as roupas erão compridas, as alçavam apertando-as com a cintura pera que dessem lugar a se poder andar et caminhar a pé<sup>3</sup>. E desta maneira sairão de Paris, entreges e confiados em a graça et providencia de Deus, com tanto alvoroço e guozo spiritual que parecia que não punhão os pés sobre a terra.

[27] Por obra [146] de cinco ou seis dias, saíram de Paris primeiro alguns delles e forão esperar os otros (que fiquavão dando a pobres algumas cousas que sobejaram) em a cidade de Meaus : creio que assi se chama, he está a doze legoas de Paris, se bem me lembra <sup>4</sup>. Aconteceo a hum daquelles que sairão primeiro achar-se em a noite daquella primeira jornada com hum inchaço mui grande e vermelho como sangue sobre hum ombro, de maneira que vê-lo somente fazia espanto et medo, e toda aquella noite passou aquelle Padre com grande tristeza e desconsolação, e dando voltas sobre a terra em que jazia pollo sentimento e medo que tinha de poder este mal impedir sua jornada. E, sendo menhão e ora de partir, olhou como estava aquelle inchaço e não achou inchaço nem sinal delle como se nunca ali estivera <sup>5</sup>.

[28] Estando aquelles Padres naquella cidade de Mel-densi esperando os otros [146v] companheiros, hião cada dia os mais delles ouvir missa a huma ingreja de S. Fiacrio, cassa de grande devação que está quasi mea legoa daquella cidade. Digo isto para ocasião do que abaixo se segue inda que seja

ingressi sunt per urbes Meersburg (10 km.) ; c. 9 decembris Lindau (50 km.) quae ultima fuit haeresi infecta in sociorum itinere ; Bregenz ; Feldkirch ; probabiliter per Reschen-Scheideck ; Merano ; Bolzano ; Trento. Inde iter arripuerunt, ut videtur, per Valsugana, Bassano vel minus probabiliter Feltre, inde Castelfranco, Mestre, Venetias usque (170 km. ab urbe Tridento).

<sup>3</sup> De sociorum vestibus vide quid postea statutum fuerit in *Constitutionibus anni 1541*, MI, *Const.* I, 41-43 ; 49.

<sup>4</sup> Distantia 45 km. Viam indicat ESTIENNE : Paris, Pantin, Bondy, Villeparisis, Claye-Souilly, Meaux (*Route 60*). Cf. FX, 267<sup>4</sup>.

<sup>5</sup> Sermo fit de Simone Rodrigues, ut unanimis scriptorum fert sententia : ORLANDINI, I. I, n. 108 ; TELLEZ, I, 21 ; BARTOLI, I. II, c. 28 ; F. RODRIGUES, I/1, 63.

passuum millia distat, singulis ferme diebus petebant. Divus hic Fiacrius, ut fertur, cuiusdam Angliae regis filius haeres, aeterni imperii inflammatus desiderio, terrenum reliquit, in remotas concedens regiones (atque adeo a suis aliquandiu quae-  
 50 situs nusquam comparuit) in quibus solus, nemini notus, in summa vivebat paupertate. Tandem venit in hunc locum, ubi ostiatim eleemosynam cogens, in silvam arboribus tunc densam, nunc ipsius Fiacrii aede extructa nobilem, secedebat. Ibi dum cellulam aliquando sibi e trabibus parat extruere, bacillo, quo  
 55 innitebatur, locum designat; designantem spissae arbores radicibus evulsae, facile cadentes sequuntur. Rem miram casu vetula intuita, clamat, vociferatur, hominem appellat veneficum insignem. Fiacrius visum fuisse se dolens, sede super lapidem durissimum, qui quasi mollis et ex arena esset, sessionem per-  
 60 commodam sedenti Fiacrio praebuit (lapidem ego vidi, et sessionis vestigium hactenus perseverat) sedens dominum deprecatur, ne faeminae ulli, quando in vita id non licebat, aditus ad eum locum pateat, in quo sepultus iaceret; ideoque hodie in sacello, quem locum ille sibi olim in domicilium delegerat, ferreis clathris  
 65 obsepto iacet, ne inscia faeminarum plebecula illuc gradum ferat, unde revocare [7v] eum haud possit, quod multis, quae rem despiciatui habentes sunt ingressae, contigisse frequens est sermonis hominum celebritas <sup>6</sup>.

[29] Sed ad rem redeamus. Pauperibus cum distribuissent  
 70 quae supererant, Parisiis egrediuntur reliqui socii, et iam unius diei fere confecto itinere, prope diversorium a via aliquantulum seiunctum, praetereuntium incessum habitumque nescio qui agricolae et milites galli admirantes: — Quinam inquirunt, vos estis? Unde venitis? Quo pergitis? — Tacentibus hispanis,  
 75 respondent galli socii: — Parisienses scholastici sumus —. Instat tamen miles quidam: — Et cuiates estis vos? de carmelitanorumne familia estis <sup>7</sup>, monachi, an certe clerici? Eia huc accedite, sciendum enim est quinam sitis. At vetula <sup>8</sup>, quae tunc aderat, ad milites: — Mittite, ait, mittite homines, ali-  
 80 quam enim provinciam reformaturi discedunt <sup>9</sup> —. Rident illi,

<sup>54</sup> aliquando *alia manu corr. ex semel*

<sup>6</sup> Cf. *Acta Sanctorum augusti*, t. VI, Die trigesima augusti, *Acta S. Fiacrii eremitae confessoris*, p. 606, nn. 16-18.

<sup>7</sup> In *ms.*, post verbum « estis » adest virgula. Vide textum lusitanum.



fora do intento que escrevo. Dizem naquella terra aver sido este bem-aventurado Santo filho de hum rei de Inglaterra e erdeiro do reino, o qual com zelo e desejo de servir a Deus se 50 foi pollo mundo soo et pobre e incognito ; e, buscando-o todo o seu reino, nunca o puderão achar. E vindo ter àquella terra pedia esmola e se recolhia em hum grande bosque que então estava onde agora está aquella igreja chamada do seu nome, como arriba diguo. E querendo hum dia fazer huma ramada 55 ou choupana de madeira, onde se pudesse recolher, começou com hum bordão que trazia na mão a sinalar [147] o lugar onde a queria fazer ; he asi como hia tocando em aquellas arvores, que ali avia mui espesas, asi ellas se arranquavão com grande facilidade. Acertou de ver isto huma velha e começou 60 a dar vozes dizendo que era hum grande feiticeiro. Dizem que tomou tanta tristeza de ser visto fazer isto, que se assentou en huma grande pedra, a qual eu vi, e, sendo ella mui dura, fez em si hum assento como se fora area mui mole e ainda agora permanece daquela maneira. E rogou a N. Senhor que pois 65 em vida não podia ser, que ao menos depois de morto nenhuma molher pudesse entrar onde seu corpo estivesse, e assi seu corpo está em huma capella, que era o lugar que elle preparava pera se recolher, e cerquada de grades de ferro pera que nenhuma molher porventura, sem saber o que faz, entre nella e lhe aconteça o que aconteceo a otras, que não fazendo casso disso entraram nella e morreram <sup>6</sup>. [147v]

[29] Entretanto partiram-se de Paris os Padres que ali fiquavão para dispor e distribuir as cousas que sobejarão. E passando por huma venda hum pouquo alem de Paris (pouquo 75 desviada do caminho), começaram certos lavradores e soldados francezes que ali estavam (vendo a maneira de que os Padres hiam vestidos) com alta vox a diser : — Ou ! ou ! Que gente sois ? Donde vindes e onde is ? — Et, porque entre os ditos Padres alguns delles erão espanhoes, responderão os otros 80 companheiros francezes que ali hião, dizendo todos : — Somos estudantes de Paris —. E tornando hum dos soldados a dizer : — Sois carmelitanos, ou frades ou clerigos, ou que gente sois ? Vinde quá honde estamos —, a isto respondeo huma velha que ali estava <sup>8</sup>, dizendo aos soldados <sup>9</sup>: — Deixa-os ir, deixa-os 85

<sup>8</sup> Secundum Laínez, FN, I, 108, fuit « un homme ».

<sup>9</sup> Laínez (FN, I, 108) verba gallice tradit: « I vont à réformer quel-que pays ».

et Patres incoeptum proseguuntur iter. In transeunda Gallia, semper interrogantibus Patres galli respondere, suae gentis sermonibus se immiscere, et pro hispanis satisfacere (excipe tamen duos hispanos, qui optime gallicam callebant linguam)<sup>10</sup>;

85 quod si aliquando de natali solo incidebat sermo, galli statim patrii soli nomen prodere; hispani sigillatim hac de re interrogati, scholasticos parisienses se esse dicere. Hisque responsionibus ita omnia involvebantur, nunquam ut sciri posset aliquos esse hispanos homines in comitatu. Tamen cum aliquando unus

90 ex hispanis, qui peritus erat gallicae linguae, cum milite gallo iter faceret, rogatus ab eo separatim fuit, undenam esset oriundus; ille: — Parisiensis, respondet, scholasticus sum. Urget miles: — De patrio solo est quaestio, unde tu es? — Eandem Pater iterat cantilenam. Miles stomachatus: — Proh!, inquit,

95 bellua pinguissima, id ego scio —, continuoque illum relinquens abscessit.

[30] Meldis postquam omnes, cum ingenti animorum laetitia, convenerunt, de aliquibus rebus agere coeperunt; atque in primis, utrum ex illo loco proficiscentes peregrinationem felicibus paupertatis [8] auspiciis aggredi deberent, corrogantes

100 ostiatim eleemosynam, an potius tantum pecuniae (adhuc enim inter illos aliqua reperiebatur) deferendum esset, quantum ad perveniendum Venetias sufficere iudicaretur. Deinde simulne omnes, an divisi in duas partes, an certe bini et bini, iter essent

5 habituri. Itaque, re commendata Deo, post confessionem peccatorum et sacrosanctae Eucharistiae sumptionem, visum est iter pedibus faciendum, ut iam statutum antea fuerat, illamque pecuniae summam asportandam loco eleemosynae, quae videretur necessaria ad veniendum Venetias; nec ullam prorsus

10 divisionem futuram. Iter enim faciendum erat inter haereticos et tempore hyberno, quo itinera nive erant omnia constrata, fierique poterat ut, propter frigoris vim, vel in morbum aliquem vel periculum inciderent, quo ab itinere proseguendo et fine

<sup>10</sup> Ex his alter erat certe Xaverius, alter fortasse Laínez. Cf. FX. 266<sup>a</sup>.

ir que vão reformar alguma provincia —; e elles começaram [148] a rir e os Padres a fazer seu caminho adiante. Tinhão esta ordem emquanto passarão por França, que sempre os francezes falavão e respondião a quem lhes perguntava alguma cousa e os espanhoes calavão, senão eram dous que falavão bem francês<sup>10</sup>. De maneira que quando se tratava pratica com algum espanhol, logo algum dos que erão francezes acudia e se entremetia na mesma pratica e calava-se o espanhol; e quando se preguntava: donde sois? os francezes dizião as terras donde erão; et quando vinhão em particular a preguntar a algum dos que erão espanhoes de que terra e gente erão, respondião: somos estudantes de Paris. E asi se embrulhavam e confundião as perguntas, de maneira que não se pudesse entender que algum deles era espanhol. Huma vez achando-se hum daquelles espanhoes que falava bem francês com hum soldado em hum caminho, veo [148v] ho soldado apertar tanto com elle e a preguntar de que terra era e gente era, que não se lhe podia escapar e sempre lhe respondia: sou estudante de Paris, e o soldado repitio muitas vezes, dizendo: — Já vejo isso, mas de que terra sois? —. E vendo que sempre lhe dizia: sou estudante de Paris, respondeo com ira: — Ora vos digo que sois huma grossa besta —; e com isto o deixou.

[30] Foi grande a consolação que todos receberam vendo-se juntos fora de Paris, e começaram a tratar as cousas que se seguem: a huma, se loguo começarião sua perigrinação em pobreza, pedindo esmola de porta em porta, ou se levarião tanto dinheiro (porque ainda então se achou algum antr'eles) quanto bastasse para chegar a Veneza; asi mais trataram se irião todos juntos ou repartidos em duas partes, ou de dous em dous. Emfim emcomendou-se este negocio a Deus [149] e, depois de se averem confessado e recebido o Sanctissimo Sacramento da Eucharistia, pareceo ser conveniente que fossem a pee, asi como tinhão detreminado, et que levassem em dinheiro aquella esmola que parecia bastar até Veneza, e que fossem todos juntos sem fazer antre si alguma divisão, visto como aviam de passar por terras de ereges e visto como era inverno e as terras por onde hiam cubertas de neve, e asi temerão não lhes acontecer algum trabalho de infirmitade por causa do rigor dos frios, ou algum otro perigo que lhes impedisse o fim que pretendião. E desta maneira se partirão daquela cidade de Meaus, gratias Deo agentes, e todo ou grande parte do caminho se gastava em oração,

proposito retardarentur. His ita constitutis e civitate Meldensi  
 15 exierunt, gratias Deo agentes. In itinere autem totam vel bonam  
 partem temporis in oratione, gemitibus suspiriisque ad Deum  
 in aliis piis meditationibus ponere ; interrogantibus quo pergerent,  
 respondere : in aedem divi Nicolai, quae est in Lotharingia,  
 multorum conventu illuc religionis causa confluentium celebris,  
 20 et quo ipsis etiam veniendum erat <sup>11</sup>.

[31] Vix dum a Meldensi oppido, biduo triduoque processerant,  
 cum illos inusitato gaudio perfusos, coeptique itineris laetitia  
 gestientes, duo quidam iuvenes, citatis equis, tandem consequuntur.  
 Parisiis hi quam primum decesserant, ubi sociorum egressum ac  
 25 profectionem audierunt. Erat autem iuvenis alter cuiusdam de sociis  
 germanus frater <sup>12</sup>, alter vero, non modo ex eadem ipsius natione  
 ac gente, sed perveteri necessitudinis vinculo eidem obstrictissimus.  
 Socium ergo illi adeunt, quo se ferat, quid mente agitet,  
 quid conetur, sciscitantur ; pericula turbulentissimi temporis  
 30 proponunt, ac omni tandem contentione de sententia dimovere  
 contendunt. Absterrere fratrem a [8v] suscepto consilio frater  
 nititur ; revocare amicum amicus contendit ; identidem uterque  
 monet, videat quid agat, sibi prudenter consulat, nec vero sit  
 praiceps ; instant acriter, ne incoeptum vitae cursum  
 35 abrumpat, ne concitatam de se spem temere prodigat, ne  
 certissimis indigentiae, dedecoris ac ignominiae telis se obiciat,  
 ne tot laborum periculorumque incursibus sese offerat. Quid multa ?  
 illas demum ad molliendum eius animum machinas admovent,  
 quae a fratre charissimo, quae a benevolentissimo amico  
 40 parari potuerunt. E contrario socius utrumque ad idem vitae  
 consortium tentat impellere ; sed ut revocari ipse a suo proposito  
 non potuit, ita nec illi a suae vitae instituto divelli. Duo igitur  
 illi iuvenes, cum magno doloris sensu, a socio tandem  
 distrahuntur, Lutetiamque repetunt ; socii, eodem animi ardore,  
 45 coeptum iter persequuntur.

[32] Consueverant autem in hoc itinere, diversorium ingredientes,  
 in omnium conspectu genua flectere, Deo gratias ob beneficia  
 accepta agere, et praecipue quod salvi et incolumes illuc accessissent ;  
 egredientes similiter flexis genibus a Deo 50  
 prosperum iter, in omniumque rerum eventu auxilium et favorem  
 deprecari, tum demum se viae dare. Quae sane res iis, qui

<sup>11</sup> Cf. Láinez (FN, I, 106). Saint-Nicolas-du-Port, in margine fluminis Meurthe, cuius templum anno 1495 inchoatum, anno 1553 perfectum est. Edouard GÉRARDIN, *Saint-Nicolas-du Port en Lorraine* (Paris 1928) 43-45. FX, 270<sup>10</sup>.

gemidos e suspiros a Deus e em santas considerações. E a todos os que lhe preguntavão onde hião, respondião que por sua devação hião perigrinando a S. Nicolao de Loreina, que hé casa de muita devação, onde elles [149v] tambem avião de ir por sua devação <sup>11</sup>. 30

[32] E tinham por custume, a qualquer pousada que chegavão, pôr-se logo em chegando de giol[h]os (ainda que fosse diante de quem quer que fosse) dando graças a N. Senhor pollas mercês que lhe fizera em os trazer ali em pax e com saude ; e da mesma maneira faziam tambem oração, postos de giolhos, quando se partião da pousada pedindo a N. Senhor que os 35

<sup>12</sup> Sebastianus Rodrigues, Simonis frater. Ita BARTOLI. 1. II, c. 28, FX. 268<sup>5</sup>, et generatim auctores. De eo v. FX, 179<sup>2</sup>; MATOS, *Les portugais à l'Université de Paris*, 55, 58.

in diversoriis erant, magnam admirationem movebat, praecipue haereticis in Germania. Hi vero attoniti, externos homines, alia loquentes lingua et habitu dissimili vestitos contemplantes, 55 latini sermonis peritos celeriter evocabant. Qui cum peiores, duriores, atque obstinatiores sint, statim ad instituendam de fide disputationem nostros lacescebant; eam vero illi non solum non recusabant, verum etiam gravissimis obiecti periculis, falsam eorum sectam et inanem fulemque esse constanter 60 ostendebant; quod facere decreverant, etiam si in apertum capitis discrimen [9] vocarentur. Quoniam vero haec saepe saepius contigerunt, proptereaue longa indigent narratione, cum ipse brevitatem mihi proposuerim, ne longus sim, illa omittam.

[33] Cum iam Galliae fines egrederentur, quasi ultimum 65 ei vale facientes, conscientiae sordes purgarunt, ac Christi corpore sanctissimo se refoverunt. Deinde post prandium venit ad eos gallus quidam nobilis cum magna armatorum hominum copia; cumque ei contra catholicam et romanam fidem acerrime disputanti bene a nostris fuisset responsum, excessit.

[34] Cum vero in Lotaringiae limites ventum esset, maximum quidem periculum incurrerunt socii, timendum enim valde erat, ne hispani internoscerentur, atque adeo spoliati caperentur. Per id namque temporis regio illa militibus redundabat gallis, qui per hunc Lotharingiae tractum in quandam Belgiae provin- 75 ciam irruerant, iamque multis abactis praedis, ita furenter hinc inde excurrabant, ut in tanta rerum perturbatione, ne ipsi quidem Lotharingiae indigenae, itineribus se comittere auderent; mirabanturque omnes potuisse Patres e militum manibus elabi, qui tunc laxissimis habenis, sine ullo religionis metu, quo sua 80 eos vocabat libido et effraenata audacia rapiebantur, suae libidini servientes. Aliquando etiam in copias totius exercitus inciderunt ad urbem Metas (Mes hac<sup>13</sup> memoria nuncupatur) in quam, cum ea obseratis foribus cunctisque adytibus egregie communitis, militum licentiae interclusa esset, difficillime tandem, parisiensium scholasticorum nomine, qui recta in D. Nicolai fanum religionis causa contenderent, sunt admissi, inter aliquot simul agricolas, qui suos fundos agrosque relinquentes, petulantem insidiantium militum audaciam fugiebant. Tres in hoc oppido dies fuerunt, usque dum exercitus alio translatus 85 est; atque hinc ad invisendum sacrum et religiosum D. Nicolai tectum discesserunt<sup>14</sup>. Est haec aedes in extremis fere [9v]

guiasse e ajudasse em qualquer occurrencia que lhes socedece; e logo atrás isto se partiam, o que fazia grande admiração na 40  
cassa em que entravão e saião, e principalmente entre os hereges  
de Alemanha, que estavam como espantados vendo os estran-  
geiros e que os não entendião et daquela maneira vestidos.  
E loguo hiam buscar gente que soubesse latim, e como esta  
hé a pior e mais indurecida e pertinás em seus errores, logo  
as disputas da fé eram na mão e nun-[150]qua os Padres, por 45  
mais perigos que se oferecião, deixarão de resistir e reprovar  
constantissimamente suas heregias, e asi estavam detremindos  
de fazer até por isso morrer. E isto aconteeo por muitas e muitas  
vezes, e por serem muitas e terem necessidade de larga e com-  
prida emformação, e eu pretendo ser breve, as deixo de escrever. 50

[33] Saindo de França, como por despedida da terra onde  
estiverão alguns annos, se confessarão e receberão o Santissimo  
Sacramento do altar; e depois de comer entrou com elles hum  
fidalgo francês com muitos homens armados, e começarão a  
disputar fortemente contra a doutrina catholica e romana, e 55  
foi-lhe bem respondido.

[34] Entrando em o Estado de Loreina, começaram a  
entrar em grande perigo de serem tomados e roubados e conheci-  
dos por espanhoes, porque [150v] estava aquelle Estado cheo  
de soldados francezes, que avião por aquella ban[da] feitos 60  
grandes saltos e entradas em certa parte de Frandes, e era de  
maneira que a mesma gente da terra não ousava andar pollos  
caminhos, e en cada lugar que chegavão se espantavão como  
os Padres avião escapado dos soldados, os quais andavão mui  
desemfreados. Hum dia encontrarão o corpo do exercito junto 65  
de Mes, cidade em Loreina, a qual por não ser delles infestada  
tinha fechadas suas portas e tiverão grande trabalho a ser re-  
colhidos. Enfim, disseram que erão estudantes de Paris, que  
hião em perigrinação a S. Nicolao, e assi, a volta de otra gente  
da terra que fugia de suas lavouras e fazendas, entrarão dentro 70  
e ali estiverão alguns dias, até [151] que passou a força daquella  
gente. E chegando depois a S. Nicolao, comprirão com sua de-  
vação<sup>13</sup>; e dizião os daquella terra ou cidade (que já está junto  
de Alemanha) que não podia ser senão que viessem pollo ceo,  
porque por terra não era possivel. 75

<sup>13</sup> Lectio obscura. In textu legi videtur Mes hac. Sub littera s ad-  
est virgula; littera h est dubia. Fortasse voluit scribere: "mea hac  
memoria nuncupatur" Certe agitur de urbe Metz.

<sup>14</sup> Vide supra, annot. 11.

Lotharingiae finibus, qui germanos attingunt. At huius urbis homines affirmabant Patres non terra pervenisse, sed caelo plane devolasse : adeo enim gravia, adeo difficilia in itinere  
 95 erant pericula.

[35] Hic omnes cum essent, incidit cuidam Patri desiderium inveniendi virum aliquem similem illis anachoritis et patribus, qui olim in vastissima Aegypti solitudine vixerant ; idque desiderans, aliquorum relatu cognovit ab urbe circiter duo millia  
 100 passuum virum esse, qui ab hominum coetu et consociatione avocatus, in sacra quadam aedícula solitariam vitam ageret. Sociis insciis, illuc sine mora convolat ; aedem reperit fere dirutam nullique habitatam ; revertenti fere ad passus mille ecce robustus vir, in planicie quadam repente obviam prodit : — Et  
 5 tu, inquit, scias oportet puellam pulcherrimam illic (digito locum ostendebat) te expectare, cupereque vehementer te alloqui ; veni igitur et me duce illam invenies —. Tunc, in media stans via, illi progrediendi ulterius nullam faciebat potestatem ; imo : — Hinc, addit, quanvis te in omnes partes vertas, nulla  
 10 evades ratione, quin speciosissimam puellam aspicias. Me ergo ducem sectare —. Itaque eo deducta res est, ut ambo iniectis invicem brachiis colluctarentur ; et cum neuter ab altero humi sterni posset, repetebat rusticus ille immanis : — Mecumne tu ? Mecumne tu pugnare audes ? — Cupiebat iam vehementer  
 15 Pater rusticum a se reiicere ; vires igitur colligit, et magno facto impetu, hominem a se excutit. Ille excussus, viam Patri in civitate intercludit. Tunc Pater, qui tyro adhuc in huiusmodi certaminibus erat et parum exercitatus, subterfugere se posse existimans si in aedículam iterum velociter curreret, cursu ci-  
 20 tatissimo eo contendit. Eadem celeritate hostis illum insequitur ; Pater flexis genibus ante aram orat breviter, [10] alioque ostio celeriter evadens ad civitatis viam rustico insectante regreditur ; demum ad luctam rursus eodem loco, quo antea, reditum est ; sed illius manibus sese Pater expediens, quanta  
 25 potest celeritate, hominem a tergo insectantem effugit, vicumque iam in suburbiis ingressus, cum bonam ipsius partem percurrisset, hostem videt manentem et sub porticu quarundam aedium se recipientem, ac digito ad nasum erecto, minantem sibi, quasi diceret : — Dabis tu mihi, dabis proculdubio aliquando  
 30 debitas poenas —. Atqui Pater, cum fugeret, nemini se videri credebat, nullius enim oculos in se conversos videbat ; et ex lucta ac cursu defessus, multumque licet maximum vigeret



[35] Estando em esta cidade e desejando hum dos Padres de achar algum ermitão santo, asi como erão os do Egipto, soube de algumas pessoas daquella terra que dahi a huma mea legoa, ou pouquo mais ou menos, estava huma ermida et hum ermitão. E, sem dizer nada aos companheiros, se foi lá e achou 80 huma ermida quasi toda por terra e sem ninguem. Tornando, quasi no meo do caminho, em hum certo lugar escampado, de improviso se chegou a elle hum homem robusto e se lhe pôs no caminho, dizendo : — Huma moça muito ferosa que está aqui perto detrás deste caminho [151v] deseja muito de fallar 85 convosco. Vinde comigo que eu vos levarei lá —. E se lhe punha ao caminho sem o querer leixar ir adiante, dizendo que por mais que disesse, que avia de ir com elle ver aquella bela pessoa. Emfim a profia foi de maneira que elles vierão a ferrar hum no otro arca por arca, sem o hum poder vencer ao otro. E andando 90 nesta luta disse aquelle homem : — Comigo, comigo ousais vós a tomar-vos ! — E a luta hia adiante e o Padre trabalhava e desejava podê-llo sacudir de si; e, fazendo para isso hum grande impeto de força, o apartou de si, mas elle sempre se lhe punha diante na parte do caminho que hia para a cidade. Emfim o 95 Padre era soldado novo e pouquo experimentado nestas cousas, e cuidando de escapar, lançou a correr para a ermida donde vinha e o homem tambem lançou a correr atrás elle. [152] Entrando o Padre na ermida pôs-se de giol [h]os diante do altar a orar, ainda que depressa, e se alevantou e saio por otra porta, 100 e tornou ao caminho da cidade e ho homem sempre atrás elle. E outra vez no caminho tornarão aos braços e tambem se tornou outra vez a soltar d'elle e foi correndo para a cidade, até entrar correndo por huma rua do arabalde daquella cidade bem dentro e aquelle homem sempre correndo atrás d'elle. E o Padre lhe pa- 5 recia que ningham os vira, porque ninguem olhava para elles. Emfim ho homem se deixou fiquar metendo-se debaixo de hum balquão que estava diante de humas portas, pondo hum dedo sobre a cara ameaçando-o, como se disesse a nosso comum modo de falar : por esta que vós mo pagareis. E o Padre se foi bem 10

frigus, sudans ad socios venit, nulla ea de re verbum faciens<sup>15</sup>.

- [36] Ex hac profecti civitate, post duos vel tres dies aliam  
 35 Germaniae, quae partes Caroli Quinti imperatoris et Hispaniae  
 regis sequebatur, adierunt omnes<sup>16</sup>. Eorum adventum cum ci-  
 vitatis moderatores rescivissent, homines accersunt; remanen-  
 tibus domi gallis, eunt hispani sui itineris reddituri rationem.  
 Rogati quinam essent, respondent se homines hispanos esse,  
 40 Parisiis operam literis navasse, in Italiamque, gratia invisendae  
 dominae Lauretanae, quod facere certe constituerant, contem-  
 dere; et hanc respondendi rationem per totam Germaniam di-  
 ligentissime observarunt. Auditi tandem fauste ac feliciter  
 abire iussi sunt. Unus autem moderatorum e concilio egressus,  
 45 latine Patres aggreditur, multaue disserit in contemptum pe-  
 regrinationis Lauretanae, sed illius futilibus et quae per se ca-  
 derent rationibus optime a sociis fuit responsum.

- [37] Hinc egressi Patres plus temporis quam unum et di-  
 midiatum mensem consumpserunt, antequam in Italiam ve-  
 50 nirent. Inter haereticorum fines frigoris asperitatem perferentes,  
 sermonis et viarum ignari (quae, ut dixi, perpetua erant nive  
 constratae, atque [10v] occultae) Deum habentes ducem, cui  
 totos sese tradiderant, in quo spem habebant, cuius gratia et  
 amore summo gaudio animorumque laetitia incredibili, omnibus  
 55 sese difficultatibus, etiam vitae dimicationi, opponebant; et  
 ita omnia inferiora ducebant iis, quae pro Deo libentissime sub-  
 ire exoptabant.

- [38] Deinde, post dies aliquot, Basileae, quae celebris  
 Germaniae urbs est, de via fatigati, magnis confecti laboribus,  
 60 frigoris, algoris et nivis saevitia pene exhausti, tres fere dies  
 conquievere. Ibi ad eos saepius de fide disputandi gratia venti-  
 tatum est. Nostri audacter venientibus obsistere, eorum confu-  
 tare errores, sanctam Romanae Ecclesiae veritatem strenue de-  
 fensitare. Calamitosa haec et infelix civitas a fide orthodoxa  
 65 desciverat, neque in illa divini cultus vestigium, exceptis con-  
 cionibus, apparebat ullum. Templum superbum quidem, ac  
 aedificio pulcherrimum; pro aris et sanctorum imaginibus  
 plures habebat rotas, conficiendis funibus destinatas. Basilien-  
 ses haeretici, quo in templo parentum corpora sepulta iacebant,

35 imperatoris *corr.* ex imperatores || 36 regis *corr.* ex reges

<sup>15</sup> Haec acciderunt Simoni Rodrigues, ut clare patet. Cf. F. RODRI-  
 GUES, *História*, I/1, 66.

cansado e suado (ainda que fazia muito grande frio) para os outros companheiros sem lhe dizer o que passara <sup>15</sup>. [152v]

[36] Partidos da cidade arriba dita, obra de dous ou três dias de caminho, entrarão em otra já de Alemanha, a qual favorecia as partes do Emperador Carlos quinto, Rei de Espanha <sup>16</sup>, e mandarão os governadores daquela cidade chamar os Padres. Fiquarão todavia os francezes em cassa e forão os espanhoes a dar rezão de si; e, preguntados, disserão que erão espanhoes e que estudarão em Paris e que por sua devação hiam a Italia visitar a cassa de Nossa Senhora do Loreto (assi como elles <sup>20</sup> detreminavam fazer), e desta maneira respondião por toda Alemanha aos que lhe fazião semelhantes perguntas. Enfim os governadores da cidade se derão por satisfeitos, mas hum deles fora dali começou em latim a disputar com elles, reputando com desprezo a romaria de Nossa Senhora do Loreto, [153] e todavia <sup>25</sup> foi-lhe bem respondido.

[37] Dali adiante até entrarem em Italia, que será caminho de mes e meo pouquo mais ou menos. Sempre os Padres caminhavão por neves e antre hereges, com grandes frios e sem saber a lingua nem os caminhos que estavão, como diguo, cubertos <sup>30</sup> de neve, nem tinhão quem os guiasse senão Deus, em cuja confiança e por cuja causa e amor elles com grande alegria e guoso de suas almas se punhão a todos os perigos que pudessem soceder até morte; e tudo lhes parecia pouquo o que fazião e padecião para o que desejavão fazer e padecer. <sup>35</sup>

[38] Forão depois de alguns dias de caminho ter a Basilea, cidade mui principal de Alemanha, em a qual, achando-sse mui cansados e destorçados do trabalho do caminho, frios e neves, se detiverão como por alguns três dias [153v] nesta cidade. Diversas pessoas por algumas vezes vierão a casa onde estavão <sup>40</sup> os Padres a disputar com elles da fee, e ousadamente contradisserão a suas heregias e defendião nossa santa fee chatolica e romana. Estava esta cidade de todo herege e sem nenhum genero de culto divino, mais que pregações. A sua igreja, ainda que era mui grande e fermosa de edificio, em lugar de altares <sup>45</sup> e imagens de santos tinhão tres ou quatro rodas de cordoeiros que nella fazião cordas; e nem em a igreja nem em seu simiterio,

<sup>36</sup> de caminho *marq.*

<sup>16</sup> Strasbourg. Cf. BÖHMER, p. 195, FX, 270<sup>11</sup>.

- 70 in eo suorum cadavera eo tempore non humabant, imo nec in caemiterio eidem vicino ; sed, ut catholici christiani faetentia canum cadavera aut aliorum animantium amandant extra urbis maenia in sterquilinum, ita ea non praeunte cruce, non facibus incensis, non pro demortuorum animis adhibitis precibus (nec  
 75 erat quod alia uterentur funeris pompa, cum iam essent inferorum suppliciis adiudicati) non denique ullo funebri apparatu, in coemptum agrum inferebant. Eo in templo terra iniecta connecti iacebant Zoinglius<sup>17</sup> Oecolampadiusque<sup>18</sup> insignes haeretici et alii complures, necnon Erasmus Roterodamus<sup>19</sup>, vivus  
 80 etiam in ea urbe tunc temporis commorabatur Carolus Stadius<sup>20</sup>, magnus et [11] pestilens haeresum magister, quales et praedicti maiore parte fuerunt. Illud autem scitu est dignissimum, tam huius urbis, quam aliarum incolas haereticos, tanquam fanaticos et amentes versari miseros. Deus, cuius proprium est misereri  
 85 semper et parcere, illorum misericordia aliquando commoveatur.

[39] Ignari erant socii germanicae linguae, proptereaue interrogare haud poterant, qua eundum esset ; unde fiebat, ut saepe itinere deerrantes peragrarent excelsos colles depressasque valles, nive genua superante<sup>21</sup>. Verum enimvero his omnibus  
 90 et aliis huiusmodi periculis liberavit eos Dominus. Accidit tum praeterea ut errore aliquando a via flectentes, ad pagum amplum, cuius incolae si non omnino, at certe non procul aberant a fide catholica deserenda, iam de nocte pervenirent, et ad cauponam diverterent, ubi in computationibus, commensationibus, cantilenis et saltibus in gratiam sacerdotis, ipsius videlicet oppidi  
 95 curionis, qui tunc forte uxorem duxerat, nox tota fuit posita. Uxorius autem ille bonus et egregius sacerdos, laetabundus, gladio ingenti munierat latus, illumque ostentabat, illum a tergo gloriose erecta cuspide iactabat.

- 100 [40] Sexdecim etiam fere passuum millia ante Constantiam, oppidum est<sup>22</sup>, cuius spiritalis quoque pastor duxerat uxorem et filiorum copiosum alebat gregem, pestiferae atque haereticae sectae peritus, in literis, ut prae se ferebat, medio-

<sup>17</sup> Fallitur Rodrigues. Zwinglius cecidit die 11 octobris 1531 ad urbem Kappel in bello contra catholicos. Eius corpus disiectum et flammis traditum fuit.

<sup>18</sup> Oecolampadius, Ioannes (1482-1531).

<sup>19</sup> Erasmus (1466 - 12 iulii 1536) mortuus erat Basileae paucis mensibus antequam eo transirent Patres. R. G. VILLOSLADA, *La muerte de Erasmo*, in *Studi e Texti*, 124 (1946) 381-406 ; C. REEDIJK, *Das Lebende des Erasmus*, in *Basler Zeitschrift für Geschichte und Altertums-kunde*, 57 (1958) 23-66.

onde jazião seus antepassados, querião aqueles hereges enterrar seus mortos, mas comprarão fora da cidade hum campo onde os levavão a enterrar, assi como entre os chatolicos se levão 50 os cães mortos e otros animaes ao monturo, sem crux [154] e sem tochas, e nem vellas, nem orações; nem os encomendão a Deus, nem ahi para que, pois assi como assi se vão ao inferno. Estavão enterrados naquella igreja arriba dita Erasmo Roterodano<sup>19</sup>, Zo[i]nglio<sup>17</sup>, Ecolampadio<sup>18</sup>, e outros hereges, e 55 de presente estava ali vivo Carolus Stadius<sup>20</sup>, grande e pestelencial heresiarca, assi como os otros. A gente daquella cidade e de todas aquellas terras de hereges andão como assombrados e gente espantada. Deus aja misericordia delles.

[39] Por não saberem os caminhos nem a lingoa para pre- 60 guntar por elles acontecia algumas vezes com a neve até arriba dos giolhos andar sem caminho perdidos atravessando campos e vales<sup>21</sup>, mas emfim destes e outros periguos os livrou Nosso Senhor. Hum dia entre otros errando ho caminho chegarão mui de noite a huma aldea grande, que começava de todo em 65 todo a deixar a fee chato- [154v]lica, e acharão a pousada chea de gente com grandes musiquas e banquetes, e nisto gastou aquella gente quasi toda a noute, fazendo festa ao seu cura que se lhes casara, e elle andava com huma espada mui grande à ilharga mui contente. 70

[40] Huma outra vez, quatro legoas ou porventura mais, antes de chegar à cidade de Constantia, chegarão a huma villa<sup>22</sup> aonde acharam o cura que fora clérigo e estava casado com filhos e grande herege e mediocrementemente douto, ao que mostrava.

<sup>20</sup> Andreas Rodolphus Bodenstein, a natali eius urbe Karlstadt vocatus, natus a. 1480. Anno 1522 Wittembergae a fide defecit, anno 1534 sese Basileam contulit, ubi a. 1541 mortuus est. *Allgemeine deutsche Biographie*, III (1876) 8-15; *Lexikon für Theologie und Kirche*, V (1933) 837-838.

<sup>21</sup> Cf. *Lain.*, FN, I, 108.

<sup>22</sup> Vide textum lusitanum. Oppidum de quo hic agitur est Weinfelden, minime vero Stein am Rhein, ut dicit BÖHMER, p. 195<sup>a</sup>. FX, 276<sup>a</sup>.

critter versatus. Hic intelligens accessisse Patres, sub noctem,  
 5 sex aut septem hominibus ex primariis oppidanis constipatus,  
 venit ad eos, valde sane defessos de via, contra fidem catholicam  
 disputaturus; tantumque temporis in disputatione positum  
 est, ut transactis iam aliquot horis, diceret curio: « En iam nox  
 humida caelo praecipitat, suadentque cadentia sydera cae-  
 10 nam »<sup>23</sup>. Nam crastina die (ut quae ipse protulerit usurpem  
 verba) volo prorsus, ut domum [11v] meam eatis, et videbitis  
 libros et liberos meos. Caenemus ergo, et caenati rursus in cer-  
 tamen descendemus. Placuit consilium. — At, inquit illi,  
 omnes simul eidem assideamus mensae —. Non, respondent  
 15 Patres, ita fiet; cum haereticis et ab Ecclesiae gremio separatis  
 hominibus caenandum nobis est? Non profecto id unquam fiet,  
 non nobis id continget unquam —. Tantus iam fidei zelus eorum  
 pectora comedebat. Subrisit sacerdos aliaque mensa ille suis  
 cum comitibus usus est, et Patres alia. Post caenam, instaurata  
 20 disceptatio est tanta contentione tantaque cuiusdam Patris<sup>24</sup>,  
 qui haereticum pungebat acerrime, efficacitate, ut clericus in  
 summas redactus angustias, tandem inferret: — Ego certe sum  
 conclusus. — Quid igitur, adiecit Pater alius, eam amplecteris  
 sectam, quam tutari non potes? — Ille, simulans se respon-  
 25 sione offensum, surgit furibundus, et Patribus minans vincula:  
 — Vos, inquit, cras in custodiam datos docebo, sciamne meam  
 tueri sectam, an non? — Germanice deinde nescio quid cum  
 iurgio effutiens, hospitio excessit. Socii laeti occasione oblata  
 patiendi, mortemque ob fidei catholicae defensionem oppetendi,  
 30 dolebant solum ab invicem separari posse. De nocte ergo ad  
 Deum preces supplices fundunt omnes; mane vero, albente  
 caelo, domum ingreditur vir, corpore procero, eximia quadam  
 membrorum conformatione, suavi oris splendore, annos, ut  
 ex vultu coniici poterat, plus minus triginta agens, Patresque  
 35 intuitus fronte hilari: — Vos, inquit germanice, me sequimini;  
 vestrae ego viae dux ero —. Subito omnes, renuente prorsus  
 nemine, illum sequuntur; illi se committunt, illi sese credunt,  
 ille eos sistit extra oppidum, transversisque itineribus per octo  
 fere passuum millia ducit, ac tandem in regiam viam infert.  
 40 Inter ambulandum autem saepe socios respiciens, ac suaviter  
 subridens, ipso oris gesti grato et laetitia pleno, eos bono animo

<sup>27</sup> post an non *del.* et in haec verba excessit.

<sup>23</sup> *Aeneis*, l. II, vv. 8-9, ubi loco verbi « caenam » legitur « somnos ».

Este já quasi noute com alguns seis ou sete dos mais honrrados 75  
 (ao que parecia) daquella villa veo a disputar contra nossa santa  
 fee catholiqua com os Padres, que estavam entam bem cansados,  
 e durou tanto a disputa que erão passadas já algumas oras da  
 noute ; e o herege e os que com elle vinham disseram : — Hé  
 já tarde, ceemos e dipois da cea torna-[155]remos a seguir esta 80  
 materia —. E quando veio a cear quizerão elles comer com os  
 Padres a huma mesa, e os Padres estavam já tam encendidos  
 em zelo da fee que disserão : — Não avemos de comer comvosquo  
 a huma mesa, que sois hereges escomungados —. E o clérigo  
 rio-se e comerão elles em outra mesa. E acabada a cea, tornou-se 85  
 acender fortissimamente a disputa, e hum dos Padres <sup>24</sup> apertou  
 tanto com ho herege, que não sabia elle que responder e disse :  
 — Profecto ego sum conclusus —. A isto disse hum dos outros  
 Padres: pois logo porque ensinaes vós huma lei que não sabeis  
 defender ? Tomou elle isto por achaque e alevantou-se com 90  
 grande furia ameaçando os Padres, dizendo : — Eu vos farei  
 meter amenhã todos em prizão, e vereis se vos sei eu responder  
 ou não —. E assi se foi com os otros hereges [155v] dizendo em  
 alemão não sei que palavras, e os Padres fiquavão dando graças  
 a N. Senhor que se lhes oferecia materia de padecer e morrer 95  
 por nossa santa fee catholica ; e o mais que sentião era cuidar  
 que apartarião huns dos outros. Aquella noute se encomendarão  
 muito a Deus, e polla menhã, em rompendo a alva, entrou  
 na pousada aonde elles estavam hum homem alto do corpo e  
 bem proporcionado e muito bem assombrado e de idade, ao 100  
 parecer, como de trinta annos ou pouquo mais : e, com a cara  
 alegre, lhes disse em alemão : — Vinde comigo e sigui-me que en  
 vos ensinarei o caminho —. E sem mais preguntarem nada se  
 entregarão os Padres a elle e mui confiados se forão atrás elle,  
 e elle os tirou fora da villa e os levou por fora [156] do caminho 5  
 real duas legoas, a meu parecer, até os tornar outra vez ao ca-  
 minho real. E no caminho algumas vezes oulhando para elles  
 se sorria com huma graça mui modesta e alegre, que parecia  
 asegurá-los do perigo e engano que neste casso se poderia temer.  
 Indo por este caminho acharão os Padres hum pedaço delle, 10  
 que parecia o mais trabalhoso de andar, sem neve nelle nen  
 hum pouquo ao redor delle ; e ho hum dos Padres vendo terra  
 oulhou se estava alli caminho seguido por onde andasse outra

<sup>24</sup> Hunc Patrem fuisse Lainium dicit ORLANDINI, l. I, 113. Laínez  
 certe factum commemorat, FN, I, 108.

- esse iubebat [12], nec fraudem aut periculum aliquod reformi-  
dare. Pars erat huius viae quaedam, quae difficilior videbatur ;  
verum circumcirca sine ulla nive perfacilis reperta est. Sociorum  
45 unus terrae solum coepit oculis hinc inde observare, essetne  
ibi trita via ; et diligentius inspiciens, ne vestigium quidem viae  
regiae, nec transversi ullius itineris extabat. Attonitus ergo  
novitate rei, quod spatium illud magis arduum sine ulla nive,  
reliquum vero totum constratum aspiceret, repetebat secum :  
50 — Proh, quis vir iste est, cui adeo incognita itinera sunt no-  
tissima ? — Sed quoniam ad maiora Deus, qui providentissime  
constituit universa, socios reservabat, ne in illo oppido interi-  
rent, singulariter curavit ; nanque eos sui ducis beneficio ad re-  
giam viam, in qua iam vestigia prae-euntium viatorum inerant,  
55 reduxit. Tandem vero gratus ille et peramicus ductor, digito  
sociis, quam sequi deberent, viam ostendens, et risu quodam  
suavi, modesto gravique hilaratus, leniter eos dimisit<sup>25</sup>. Rece-  
dente eo socii, solos se, desertos et absque praesidio, remanere  
penitus arbitrabantur.
- 60 [41] Illo igitur die Constantiam pervenerunt, quae iam illo  
tempore, communi omnium conspiratione, a fide catholica de-  
fecerat. Erat tamen templum prope maenia extra urbem, in  
quo sacrum missae fieri licebat, ita tamen ut qui interfuissent,  
pro illo audiendo, nummum, nescio quem, argenteum, denarii  
65 valorem propemodum exaequantem, solverent<sup>26</sup>. Inde profecti  
post duram frigoris asperitatem diversosque labores, direxerunt  
Patres iter in oppidum, cuius nomen non recordor<sup>27</sup>, et mille  
passus ante, in nosocomium eorum qui tetra et contagiosa la-  
borabant scabie, subito inciderunt. Homines intuita faemina  
70 gravis annis, et eorum rosaria e collo pendentia, coniiciens  
catholicos esse viros, currit, tollit in caelum oculos, brachia  
flectit in crucem, germaniceque proclamans, deosculatur rosaria.  
Nesciebant Patres quid illa diceret, sed tamen e signis reputa-  
bant faeminam esse catholicam. Illa gestu ipso aliisque signifi-  
75 cationibus se Patres iubet opperiri, intransque celeriter hospi-  
talem domum, redit subito sinum rosariis, brachiis, [12v] cru-  
ribus capitibusque sanctarum imaginum, quas haeretici per  
summum scelus violarant, plenum referens ; flectunt socii genua  
humi, quae nive erat adoperta, prosternuntur, imaginumque  
80 sanctarum frustra religiose exosculantur. Faemina gaudet, exul-

<sup>25</sup> Vir ille socios duxit per montem Ottenberg (671 m.) ad viam  
quae ducit ab urbe Frauenfeld ad urbem Constantiam. FX, 278<sup>2</sup>.



gente e nem rasto de caminho nem sinal de atalho vio, e espantou-se dentro de si vendo esta novidade e que ali não avia neve 15 estando a terra toda cuberta della, e disse com admiração dentro de si : — Jesus, que homem este que taes caminhos sabe ! — Enfim Deos tinha os Padres guardados para outras cousas e não quis que acabassem em a villa arriba dita; e a sua guia, pondo-os no caminho [156v] real (o qual já sobre a neve de que 20 estava cuberto tinha pisadas doutros que por ali passarão), com a mão lhes amostrou e apontou o caminho que avião de seguir e se despedio delles com a boqua chea de rizo, e os Padres parece que fiquavão desabrigados sem elle 25.

hera que os barqueiros não os querião passar sem dinheiro e elles não ho levavão, e acontecia huma vez dar ao barqueiro 50 humas escrevanhinas para que os passasse, outra vez o jubão. [168v] Ali em Ravena andando hum daquelles Padres<sup>80</sup> pedindo esmola com tenção de poder aver algum dinheiro que pudesse bastar pera pagar o frete de huma barqua, em que elle e seus outros dous companheiros pudessem ir até hum outro 55 certo porto não longe dali, entrou sem saber o que fazia em huma cassa a pedir esmola ao pé de huma esquada bem comprida, e disserão-lhe que subisse arriba. E, depois de subido, achou-se entre tres moças bem despostas e de bom parecer, e no modo e despejo com que o receberão, entendeu que erão más molheres 60 e sem mais dizer tornou bem depressa a deser-sse polla esquada abaixo, e ellas a chamá-lo que tornasse e não se fosse. Estando elle já [169] quasi no fim da esquada, começou-lhes a pregar com grande zelo e fervor, prout spiritus dabat illi, e ellas dese- rão-sse mais abaixo para ho ouvirem melhor he mostrarão sinal 65 de contrição, e principalmente huma dellas que começou a chorar. He estando elle nisso, appareceu-lhe à porta daquellas molheres hum frade só sem companheiro vestido em abitós de Santo Agustinho, e hera homem moreno e sobre o velho, como de sincoenta annos para riba, e feo e melemquolico, ao 70 que parecia, e tinha alguns dos dentes quebrados e outros quasi moidos e comidos de si mesmo e gastados, e os olhos mui lusidios. E comesou a falar-lhe em espanhol, dizendo mui apaixonada- mente e com ira e como se nisso lhe fora alguma cousa : — A, señor, véngasse V. M. de ahi e dexe las mugeres ! Que es lo que 75 lhes quiere [169v] agora ; ¿ piensa que las ha de convertir ? No las a de convertir, véngasse e déxelas. ¿ Para que quiere perder el tiempo ? déxelas ia e acabe e véngasse de ahi — etc. Mas o Padre estava com tanto zelo e fervor que não deixou por isso de hir adiante como tinha começado. E aquella que começara 80 a chorar, como movida de Deus, disse ao Padre : — Eu sou perdida e não tenho outro remedio de salvação senão ir-me comvos- quo até Roma e ahi me busquareis algum remedio com que me possa salvar —. O Padre lhe persuadia que se saísse dali e bus- quasse outro remedio de vida, que levá-la elle não convinha. 85 E o frade estava ouvindo tudo como triste e melamconizado. E emfim o Padre se foi dali e perguntou àquele frade donde vinha [170] e para onde hia. Respondeo elle : — Eu venho de

81 disse ao Padre *sup. lin.*

- persuadet ; Romam autem in suo comitatu contendere, minime decere significat. Deinde, faeminis relictis, ad monachum, qui omnia haec tristi et vultuoso supercilio audiebat, sermonem
- 95 convertens : — Deus te, inquit, beet ; et unde tu ita solus, aut quo pergis ? — At ille : — Roma, inquit, profectus Venetias peto —. Nec multa verba fecerat cum discessit, et, quasi negocium aliquod gesturus, circumibat latum quendam vicum, instar fori, qui ad oram fluvii protenditur, ubi in cymbas vectores
- 100 conscendunt ; totiesque se modo in hanc, modo in illam partem tanta pernecitateolvebat ; toties ibat, toties redibat, ut publicanum potius sollicitum, ne de suo quaestu aut lucro clanculum aliquid in eo vico surriperetur, quam religiosum monachum agere videretur. Pater eum in tam multas partes frustra se convertentem, atque in hoc loco repenteque in alio remoto comparentem cum aspiceret, non poterat non vehementer mirari. Cum iam igitur, una cum sociis, schapham vellet ascendere, ecce faemina plorans adest, et : — Tecum, ait, migratura sum —. Rem sociis, quid evenisset ignorantibus, Pater exponit, multi-
- 10 que circumfusi undique ad fluvii ripam, de re, quam sciebant, inter se colloquebantur ; sed cum Patres, faemina prius naviculam intrare conante, negarent se simul cum illa ituros, a portitore tandem exclusa, vela fecerunt, multum faemina, illis abeuntibus, illacrymante. [18v].
- 15 [53] Ravenna profecti Patres, in portu, ad quem fuerunt appulsi, quorundam relatu cognoverunt inde Anconam usque, fluvios aliquos traiciendos restare. Praeterea, quoniam perpetuo pluebat, visum est oportere naviculam aliam conscendere. Eam ergo sine ullo cibo, sine ullo potu, imo sine ulla pecunia, quam
- 20 portitori pro vectura penderent, ascenderunt ; transactoque deinde integro die integraque nocte, Anconam delati, portorium exigenti magistro affirmant ne sibi quidem teruncium suppetere. Portitor egressuros eos furibundus negat, imo iureiurando se obstringit e navigio haud dimissurum illos. Socii nihilominus
- 25 hominem rogant, ut aliquem e Patribus patiatur exire, qui emendicando aliquid cogat, quo ei satisfiat. Ille rogatis tandem acquiescit. Is, qui, nondum sacris initiatus, poterat divinum officium non recitare, bibliopolam adit ; vendit illi breviarium ea conditione, ut si intra definitum horarum intervallum, suos
- 30 illi nummos reddat, continuo (non enim iusto pretio sibi librum bibliopola compararat) breviarium etiam reddat. Tunc ad socios confestim regreditur, persolutaque mercede, omnes simul

Roma e vou para Veneza —. E depois de estar hum pouco  
falando se foi o frade, e andava mui negoçado ao redor de huma 90  
rua larga ao modo de praça que ali estava junto do rio onde  
a gente se embarqua, dando tantas voltas de huma parte para  
a outra, como se elle fora algum siseiro que andava olhando  
não lhe furtassem a sisa por alguma parte. E o Padre se espan- 95  
tava de ver-lhe dar tantas voltas sem faser nada. E estando o  
Padre para se embarcar, eis chega chorando aquella molher,  
dizendo que só avia de hir com elle ; e contou aos companheiros  
o que avia passado, e ajuntou-sse muita gente e muitos delles  
sabiam [170v] já o que passara e falavão nisso hos huns com os  
outros. E a molher quis primeiro que os Padres entrar na barqua, 100  
e hos Padres disserão ao barqueiro que não querião hir naquela  
barqua se aquella molher ali fosse. Enfim ho barqueiro não  
a quis receber e os Padres se embarquarão e partirão, e aquella  
molher ficou ali chorando.

[53] Depois de partidos de Ravena os ditos Padres, che- 5  
garão a hum certo porto e, achando novas que dahi a Ancona  
avia rios que passar e tambem chovia muito, detreminarão  
meter-sse em huma barqua. E se meterão nella sem levarem  
de comer nem de beber, e sem [171] dinheiro para pagar o frete,  
e asi passarão em hum dia e noite até chegar à cidade de Ancona. 10  
He quando foi ao pagar do frete disserão que não tinham dinheiro  
e o barqueiro os não quis deixar sair da barqua e os tinha como  
presos, dizendo que jurava por tal e tal que os não avia de  
deixar sair da barqua. Enfim se consertarão que deixasse sair  
algum delles para que fosse buscar algum remedio ; e assi saio 15  
ho hum deles que ainda então não hera sacerdote nem obrigado  
a reza o officio divino, e se foi a hum livreiro e lhe vendeo hum  
breviario com condição que, se dentro de sertas horas lhe tornasse  
o seu dinheiro, fosse obrigado a lho tornar, porque aquele bre-  
viario valia mais [171v] do que ho livreiro lhe dava, e asi tornou 20  
à barqua e resgatou hos companheiros. E se forão ao hospital  
onde acharão dous dos outros companheiros que avião pouco

in xenodochium contendunt; in quo duo iam ex alus erant, qui paulo ante venerant, omnesque (unum modo excipias, qui  
 35 in hospitali pauperum domo relictus fuit) divisi per urbis plateas ostiatim eleemosynam petunt.

[54] Hic unus de sociis<sup>21</sup> stipem cogens, non procul aspexit alterum<sup>22</sup> in foro, nudis pedibus, erecta ad genua veste, inter [19] vendentes faeminas mendicantem, et ab hac raphanum,  
 40 ab illa pomum, ab aliis denique similia, cum summa animi demissione, accipientem. Deinde, cum eiusdem paupertatem humilitatemque quadam ex parte, et ex altera ipsius eximiam eruditionem singularemque doctrinam copulatam cum egregio ingenio aliisque animi ornamentis, quibus nomen sibi et gloriam  
 45 comparare potuisset apud homines, considerare coepisset, non potuit non vehementer admirari, ingentique animi commotione atque affectu, qui nec literis nec verbis potest exprimi, incredibiliter affici. Qua consideratione Pater ille similibus in eventis uti consueverat, eosque ex illa colligebat fructus, manifeste ut intelligeret indignum se penitus esse tam sancta hominum societate  
 50 et congressu. Iam vero, quo frequentius huic se considerationi dabat, eo magis in se augeri sentiebat et devotionem et reverentiam huiusmodi Dei servis merito exhibendam.

[55] Sed, ut ad narrationis contextum revertamur, eo  
 55 die adeo copiosa sociis erogata est eleemosyna, ut non solum omnes simul hilari frugalique pauperum victu suam depulerint famem, verum etiam habuerint unde oppigneratum redimerent breviarium.

[56] Tandem ad augustam Dominae Lauretanae aedem  
 60 perventum est<sup>23</sup>; in qua cum duos tresve dies in piarum rerum commentationibus et orationibus fundendis consumpsissent, Romam contendunt. Gravissimos in hoc itinere labores, frequentes imbres caenosaque itinera habuerunt. Acciditque, ut diem unum, qui ieiunio transigebatur, socii tres<sup>24</sup>, sine ullo cibo,

<sup>21</sup> Rodrigues.

<sup>22</sup> Quisnam hic fuerit non clare constat. TELLEZ, *Chronica*, I, 23 et FRANCO, *Imagem de ... Lisboa*, p. 40, putant sermonem fieri de Lainio; BARTOLI (l. II, c. 32) ubi dicit «considerando la nobiltà, le ricchezze del secolo e i gran talenti di lettere e d'ingegno» Xaverium clare significat. De Xaverio agi putat BROU (I, 56). BOERO non unum, sed duos Patres fuisse putat: Lainium et Xaverium (*Vita del P. Giacomo Lainez* [Firenze, 1880], p. 16). FX, 305<sup>a</sup>.

<sup>23</sup> En tibi itineris chronologiam quam uti probabilem tradit SCHURHAMMER, FX, 306<sup>a</sup>: die 16 martii exitus Venetiis; 18 Ravenna, 19 mane, discessus; 20 mane, Ancona, versus meridiem discessus, sero adventus Lauretum; 21 profectio (exceptis Rodericio et duobus sociis);



antes chegado ao mesmo hospital, e ficando ho hum delles no hospital, os outros se forão por aquella cidade a pedir esmola de porta em porta por diversas ruas. 25

[54] Aconteceo a hum daquelles Padres<sup>21</sup> encontrar com hum dos outros<sup>22</sup>, que andava com as abas da roupa alevantada até os gíolhos e descalço pedindo em huma praça entre certas vendideiras, e huma lhe dava hum rabão e outras lhe davão outras cousas semelhantes. E pôs-se aquelle outro Padre a con- 30  
siderar a pobreza e humildade daquelle Padre que andava pedindo polla praça, e considerando as letras [172] e partes que tinha para valer no mundo, lhe vinha tanta admiração e devaçam que se não pode escrever. Esta consideração fazia aquelle Padre muitas vezes em outros semelhantes casos e, 35  
enfim, vinha a tirar dali que não era dino de andar entre tão santa gente; e todas as vezes que fazia esta consideração, cada vez mais lhe crecia a devação e reverencia que devia ter a cada hum daquelles servos de Deus.

[55] He enfim acharão tanta esmola, que comerão todos 40  
com grande alegria o que bastava, conforme a sua pobreza, e sobejou-lhes para tornar a redemir ho breviario que tinham empenhado.

[56] Indo seu caminho adiante, estiverão em a santa casa de N. Senhora de Loreto dous ou 3 dias comprindo com suas 45  
devações<sup>23</sup>. E dahi a Roma, por causa [172v] das muitas chuivas e atoleiros e lamas, tiverão alguns trabalhos; e entre elles aconteceo em hum dia de jejum, de muita chuiva, andarem tres daquelles Padres<sup>24</sup> todo aquelle dia sem comer e mui mo-

21 Tolentino; 22 profectio; 22 Foligno; 23 Terni; 24 Civita Castellana; 25 Roma. Haec temporis partitio requirit iter 50 km. singulis diebus excepto tractu Tolentino-Foligno, qui 60 km. exigebat.

<sup>24</sup> Id intelligendum videtur de ipso Simone et de duobus sociis qui eum Tolentinum usque comitati sunt. Reliqui sequenti die iter arripuerunt, quod satis ostenditur eo quod testante Bobadilla Romam pervererunt in Dominica Palmarum, die 25 martii, tempus autem sufficiens non fuisset ad longum iter peragendum, si Laureti duos tresve dies remansissent. Hi socii recepti sunt Laureti in peregrinorum hospitio Sancti Benigni, ubi nunc est domus hospitalis. TURSELLINUS, *Lauret. hist.*, l. III, c. 4; FX, 306<sup>o</sup>.

65 madidi et lutulenti, totum ambulando consumerent; iamque  
obscura et tenebricosa nocte, quando corrogare stipem non li-  
cebat, ad oppidum vel castrum Tolentinum accederent. Quod,  
dum ingrederentur Patres, [19v] quidam ex ipsis <sup>25</sup>, in neutrum  
vici latus declinans, medium, qua luti maior erat vis, tenebat  
70 iter, secum animo et cogitatione repetens: — Et si frequentiores  
ruant e caelo imbres, ego iam non plus madefiam; quanvis viae  
luto sordidiores sint, iam luto amplius infici non potero —.  
Talia cogitanti, paulo post ingressum oppidi, in medio caeno  
obviam prodit vir, procera statura, recta et eleganti corporis  
75 forma, caput habens galero, atque os obvoluto pallio contextum;  
qui cum nihil plane loqueretur, manum Patris alteram capit;  
deinde extendit, extentam aliquot argenteis monetis impositis  
rursum comprimit; deinde abiens progreditur ulterius, quasi  
iter haberet. Pater non ex ore, quod non potuit videre, sed ex  
80 corporis statura et forma egregia, coniecit hominem annos esse  
triginta natum, aut certe paulo amplius hac aetate maiorem, et  
raram quandam virtutem ac eximiam probitatem prae se ferre;  
nihil aliud tamen ea de re tunc animo versans, manum compres-  
sam usque ad xenodochium habuit, ibique ea aperta, tot invenit  
85 nummos, quot necessarii videbantur ad caenam. Alii duo socii,  
qui ad vici latera incedebant, conspecta pecunia: — At nos,  
inquiunt, virum illum colloquentem tecum vidimus, sed ex te  
quaesiisse arbitrabamur, quinam essemus —. Dum sermones  
hosce Patres conferunt, mox adest mendicus, qui eodem in  
90 hospitio erat, et ad socios: — Sero, inquit, iam est, boni viri,  
et locus hic vobis est ignotus; si quid caenandum est hodie, ego  
libens, dum per tempus licet, tabernarumque fores patent, ne-  
cessaria emam; et quod visum vobis fuerit, asportabo —.  
Acceptis nummis, attulit panem, vinum et ficus passas, quae  
95 et ad caenam Patrum suffecerunt, et ad suam etiam pauperibus  
portionemtribuendam. Quamobrem caenarunt omnes, et [20]  
maximas Deo egerunt gratias; qui etiam in iis, quae minima  
viderentur, pauperibus suis prospiciebat.

[57] Ubi Romam ventum est, in xenodochium suae gentis  
100 se quisque recepit <sup>26</sup>. At eorum, qui in romana curia negotia  
agebant, quidam dicere nostros ad beneficia impetranda con-

101 convenisse *sup. lin.*

<sup>25</sup> Ipse Rodrigues. ORLANDINI, l. II, n. 7.

<sup>26</sup> Hispanis xenodochium erat S. Giacomo degli Spagnoli; Gallis,  
S. Luigi dei Francesi; Lusitanis, S. Antonio dei Portoghesi. Sabaudi

lhados e cheos de lama, e sendo já mui de noite, e a noite mui es- 50  
cura e serrada, e horas que não podião pedir esmola, entrarão em  
a villa ou castello de Tolentino, e hum daquelles Padres<sup>25</sup> começou  
a entrar e andar (sem querer-se apartar a nenhuma das partes  
da rua) pollo meio das lamas que ali estavam em boa quantidade  
e hia dizendo dentro de si: — Por mais chuivas e lamas que ache, 55  
já não me posso mais molhar do que vou molhado, nem me posso  
mais encher de lama do que vou cheo —. E nisto (não mui [173]  
longe da entrada da porta da villa) en meio daquella lama se  
lhe pôs hum homem (alto do corpo e mui bem desposto e dereito,  
embuçado com hum capá e hum sombreiro na cabeça) e sem 60  
dizer nada lhe tomou hum das mãos e lha abrio e pôs nella  
certas moedas de prata e lha tornou a cerrar, apertando-lhe a  
mão e passou adiante; e o Padre sem lhe ver a cara, mas somente  
polla postura e boa disposição do corpo, ficou com conceito  
que seria aquelle homem como de trinta ou pouco mais annos, 65  
e pareceo-lhe que devia de ser algum homem de bem e virtuoso,  
e não fez antão sobre isso algum outro mais discurso, e levou  
a mão cerrada parecendo-lhe que levava algumas moedas nella.  
E chegando ao hospital [173v] achou na mão tanta moeda, quan-  
ta bastou para cear aquella noite; e hos companheiros que hião 70  
hum por hum parte da rua e outro polla outra disserão: — Bem  
vimos que aquelle homem se chegou a vós, mas cuidamos que  
vos preguntasse que gente eramos —. E hum pobre que ali estava  
disse: — Hé tarde et vós não sabeis a terra. Se quereis comprar  
alguma cousa antes que de todo se fechem as portas das vendas, 75  
eu irei e vos trarei ho que quiserdes —. E trouxe pão; vinho e  
figuos passados em tanta abundancia, que abastou para que os  
Padres ceassem e dessem a otros pobres, e cearão, dando graças  
a N. Senhor que até naquillo tinha cuidado delles.

[57] Chegarão os Padres a Roma e se forão [174] cada hum 80  
recolher ao hospital de sua nação<sup>26</sup>; e loguo começarão alguns  
daquelles cortezões negociadores a dizer que vinhão a pedir

nullum nationale templum cum adiuncto hospitio tunc temporis ha-  
buisse videntur; cum tamen Franciscus I, Gallie rex, Sabaudiam  
a. 1536 suo regno subiecisset, Faber et Iaius, qui erant sabaudi, iure  
recipi potuerunt in S. Luigi dei Francesi. Vide quid paulo inferius dicat  
Rodericius de sociis in hospitio S. Iacobi receptis.

venisse ; alii pro certo affirmare fugitivos homines esse religionumque desertores et, ut habitum exuerent, urbem ingressos. At Patres interrogantibus, quorsum Romam intrassent, respondant, religionis causa, ut ecclesias piaque Romae urbis loca inviserent, quod opere praestabant. Cum omnibus de divinis rebus communicabant, alebanturque ex iis quae ostiatim cogebant. Unde curiales aliqui hispani, viri quidem opulenti, bonam de nostris opinionem imbiberunt<sup>27</sup>; et tam hispanos, quam gallos in hospitium D. Iacobi receperunt<sup>28</sup>, asserentes neque sibi, neque vero Hispaniae suae futurum honori si eos homines ostiatim cogere eleemosynam permetterent ; atque adeo illis deinceps necessaria semper in cibum tenuem, sed sufficientem suppeditarunt Patribus, quo melius sacra illa et religiosa loca perlustrare possent, minime recusantibus.

[58] Romae per hosce dies doctor quidam parisiensis, natione hispanus, nomine Petrus Ortizius<sup>29</sup>, literis et virtute insignis, a Carolo 5<sup>o</sup> in Urbem missus, apud Summum Pontificem quaedam agebat negotia. Hic ubi socios Romam ingressos cognovit, adit Summum Pontificem Paulum 3<sup>m</sup>, significatque novem theologos parisienses (Venetiis enim Ignatius remanserat)<sup>30</sup> Romae esse, qui sui magnam concitarent spem, quique paupertatis observantissimi Hierosolymam navigare decernerent. — Et tu illos, respondit Pontifex, ad me crastina die adducito ; dabis praeterea operam, ut alii adsint theologi ; pergratum enim mihi erit, inter prandendum, homines de proposita aliqua theologica quaestione disputantes audire<sup>31</sup> —. Imperata facit Ortizius ; destinata die praesto sunt socii, atque coram Pontifice maximo. [20v] prandente, multi qui eius mensam iam circumstabant theologi, modo ex hoc, modo ex illo Patre aliquid de theologicis rebus sciscitantur. Post disputationem Pontifex, ut prae se fe-

3 urbem ingressos corr. ex venisse || 7 cogebant corr. ex emendicabant || 21 (Venetiis remanserat) in marg.

<sup>27</sup> In annuo consessu, die 28 decembris 1536 celebrato, nominati sunt : *Governatore* nationalis hospitii eiusque templi Ioannes Moedano, Auditor Rotae ; eiusdem consiliarii : Philippus de Agnelis, Abbreviatore della Presidenza Maggiore, Doctor theologus Petrus Ortiz, Imperatoris legatus, Ioannes Martínez de Anguiano, et Martinus de Aguinaga, doctor utriusque iuris. Oeconomi seu administratores erant : Ludovicus de Torres et Antoniotto de la Salde. FX, 310.

<sup>28</sup> De hoc templo cum adiuncto hospitio v. ARMELLINI-CECCHELLI, *Le chiese di Roma*, 465-467 ; CECCHELLI, *S. Giacomo degli Spagnuoli*, in *Roma*, 14 (1936) 325-334 ; Ramón DE SANTA MARÍA, *Indice del archivo de los RR. establecimientos españoles en Roma* (Roma, 1911) ;

benefícios, outros diziam que vinhão deixar os habitos, fugidos de alguma religião, mas hos Padres, a quem lhe preguntava, 85  
dizião que vinhão por sua devação visitar as igrejas e lugares santos daquela cidade; e asi o faziam e com todos tratavam de Deos et viviam de esmolas que de porta em porta achavão. E dahi a poucos dias, cobrando já alguns espanhoes daquelles corteções ricos<sup>27</sup> boa opinião delles, detreminaram de hos 90  
recolher todos, asi espanhoes como francezes, em seu hospital de Sãotiago<sup>28</sup>, e disserão que não hera honra sua nem de Espanha que taes homens como [174v] elles pedissem esmola de porta em porta. E ali lhe davão de comer ainda que pobremente, mas emfim bastava. Hos Padres aceitarão a esmola para melhor 95  
poderem andar suas estações.

[58] Estava naquelle tempo, por mandado do Emperador Carlos quinto, em Roma, sobre certos negoceos, hum doutor de Paris, de nação espanhol e de nome Pero Hortis<sup>29</sup>, homem de grandes letras e virtude. Este foi ao Papa Paulo tertio e lhe disse como nove theologos de Paris estavam em aquella cidade e que 100  
parecião homens de grandes esperanças, e que seguião mui rigorosa pobreza e que hião a Jerusalem. O Papa lhe disse: — Trazei-os amenhã à minha mesa e fazei que venhão alguns outros theologos, que folgaria emquanto como de hos ver disputar —<sup>31</sup>. E o outro dia estavam à mesa do Pa- [175]pa muitos theologos 5  
e começarão, quando a hum dos Padres quando a outro, a perguntar questões de th[e]ologia e parece que ficou satisfeito

J. FERNANDEZ ALONSO, *Santiago de los Españoles, de Roma, en el siglo XVI*, in *Anthologica annua* (Romae, 1958) 9-122.

<sup>29</sup> De Petro Ortiz, v. FN, I, 44<sup>48</sup>. Anno 1531 a Carlo V imperatore Romam missus fuerat ad iura defendenda Catharinae uxoris Henrici VIII. Mortua regina anno 1536, Paulus III Ortizium Romae retinuit ad negotia Ecclesiae procuranda, praecipue vero ad parandum concilium. Vide litteras Pauli III ad rectorem universitatis Salmanticensis, datas 9 aprilis 1537, EHSES, *Concilium Tridentinum*, IV, p. CXXXVIII-CXXXIX. Ortiz erat tunc temporis consiliarius in hospitio S. Iacobi Hispanorum; FX, 319; Camilo M. ABAD, *Unas notaciones inéditas sobre los Ejercicios de San Ignacio compuestas por el Dr. Pedro Ortiz y su hermano Fray Francisco*, in *Miscellanea Comillas*, 25 (1956) 25-114; H. BERNARD-MAITRE, *Les « Annotations » des frères Ortiz sur le traité de l'Election des Exercices Spirituels*, in *Revue d'Ascétique et de Mystique*, 34 (1958) 393-434.

<sup>30</sup> Ignatius Romae remanserat ea praesertim de causa quia putabat Romae infensos fore tum Ioannem Petrum Carafa, tum Petrum Ortiz. *Lain.*, FN, I, 114-116; *Sum. hisp.* I, 192; *Acta*, I, 492, 496. Sup. p. 62.

<sup>31</sup> *Lain.*, I, 114-116; *Sum. hisp.* I, 192; II, 578.

rebat, laetus surrexit e mensa et contentus<sup>32</sup>. Socii continuo  
 ad surgentis pedes devolvuntur; cumque iam pedem omnes  
 essent exosculati, romanus Pontifex passis brachiis, quasi simul  
 35 omnes amplecti vellet, latine sic est loquutus: — Magnam iu-  
 cunditatem, magnam animo percipio laetitiam, cum hanc li-  
 terarum eruditionem cum tanta video animi demissione con-  
 iunctam: si quid vobis, quod ad me attineat, opus erit, libens  
 concedam —. Nos, inquiunt illi, tantummodo benedictionem,  
 40 ac facultatem abeundi Hierosolymam suppliciter postulamus —.  
 Hanc ego vobis, adiecit Pontifex, libenter largior; credo tamen  
 Hierosolymam vos minime venturos —; quae vel sunt a Ponti-  
 fice dicta, quia venetos moliri arma sciebat contra turcas, ut  
 paulo post contigit, vel quia erat pontifex anni illius<sup>33</sup>. Atque  
 45 ita ab eo dimissi sunt<sup>34</sup>. Sociis item, qui sacris initiati nondum  
 erant, liberaliter facta est potestas suscipiendi sacros ordines  
 per tres dies festos, etiam a quocunque antistete, habita eorum  
 literatura pro sufficienti patrimonio<sup>35</sup>. Bis praeterea a Pontifice  
 sponte sua, rogante nemine, pecuniam acceperunt, et ab aliis  
 50 hispanis, unde summa coacta est ducatorum decem supra du-  
 centos in sumptus faciendos, tam pro mercede danda navicu-  
 lario, a quo transvehendi erant usque Ioppen, quam pro aliis  
 vectigalibus turcae solvendis<sup>36</sup>. Haec vero pecunia Venetias  
 per literas a mercatoribus est absque lucro traiecta; eaque  
 55 postea, ablata omni spe Hierosolymam navigandi, iterum, et  
 Summo Pontifici et reliquis hispanis opera, Ortizii reddita est<sup>37</sup>.  
 Quod factum admiratus Pontifex, pecuniam non accepit, nec  
 vero Patres ea usi sunt. [21]

<sup>32</sup> MI, *Epp.*, XII, 321; *Lain.*, I, 114, 116; *Sum. hisp.*, I, 192.

<sup>33</sup> Cf. Io. 11, 51.

<sup>34</sup> Supplicatio concessa est a card. Pucci, Paenitentiarario Maiore, die 27 aprilis. FM, 9-11. Dies, qui fuit feria V kal. Maii, datur in originali servato in ASIR: *Epp.* 60, f. 1.

<sup>35</sup> Idem cardinalis eodem die signavit litteras dimissoriales pro sacris ordinibus suscipiendis, quarum originale exemplar habetur in ASIR, *Epp.* NN. 89, n. 26. Documentum inseritur in titulo ordinum, edito in: *Scripta*, I, 544-545; ES, I, 574-576; LM, VIII, 635-637. Cf. MI, *Epp.*, XII, 322.

<sup>36</sup> De summa pecuniae acceptae, v. FN, I, 116<sup>10</sup>; II, 83<sup>87</sup>. In registro thesaurarii privati Pauli III invenitur scriptum: «La Santità di N. S<sup>re</sup>. deve dare a dì 29 aprile 1537 scudi trentatre pagati a messer Francesco Vannutio per darli per eleemosina ad undeci scholari pari-

ho Papa<sup>32</sup>. E alevantando-sse da mesa, se lhe lançarão aos pés de giolhos e lhe beijarão o pé, e o Papa com hos braços abertos sobre elles, como se a todos juntos quisesse abraçar, disse em latim : — Muito contentamento e prazer recebo de ver tantas 10  
letras com tanta humildade. Vede se aveis mister de mim alguma cousa —. Responderão elles : — Somente queremos que V. Santidade nos dê sua benção e lisença para hir a Jerusalem —. Respondeo elle : — A benção e licença eu vo-lla dou, mas não creio 15  
que passareis a Jerusalem —. Isto dizia elle ou porque sabia que os venezianos andavão para romper de todo com ho Turquo, asi como dahi a pouquo tempo so[ce]-[175v]deo, aut quia erat Pontifex anni illius<sup>33</sup>. E assi se partirão delle<sup>34</sup> e lhes deu licença para se ordenarem de missa em tres festas et a quocunque 20  
Antistite, e que lhes dava suas letras por suficiente patrimonio<sup>35</sup>, e lhes mandou por duas vezes dar boa esmola de dinheiro. De maneira que, entre o que lhe deu o Papa e alguns otros espanhoes, passarão por letra a Veneza duzentos e dez cruzados pera pagar o frete da nao em que avião de passar a Jerusalem e para otros 25  
dereitos que lá se pagão ao Turquo<sup>36</sup>. Os quais dinheiros depois, vendo que já não passavão a Jerusalem, tornarão por meio daquelle Doutor de Paris a mandar ao Papa e às otras pessoas que lho derão<sup>37</sup>, de que o Papa ficou mui admirado e edificado, mas não [176] quis tornar a tomar o que tinha dado, nem 30  
tam pouquo os Padres quiseram usar delles.

27 já *sup. lin.*

sini che vanno al Santo Sepulchro ». Ex DOREZ, *La cour pontifical de Paul III* (cf. FN, I, 116<sup>10</sup>). Probabiliter hoc loco recensetur una tantum pecuniae summa quae a Paulo III sociis concessa fuit, non secunda de qua Rodrigues loquitur. Summa totalis a Pontifice data fuit 60 ducatorum. Ita Lainez (FN, I, 116), Polanco (FN, I, 192 ; II, 578) ; Nadal (FN, II, 83) et ipse Ignatius, etiamsi minus definite : « al pie de sesenta ducados de limosna » (MI, *Epp.*, XII, 321). Sociis tum a Summo Pontifice tum ab aliis benefactoribus summa totalis data est ducatorum decem supra ducentos. Ita Rodrigues cui consentiunt Lainez, Polancus et Nadal, locis supra allatis. Attamen Ignatius in epistula data Venetiis 24 iulii 1537 ad Ioannem Verdolay, bis dicit socios collegisse 260 ducatos (MI, *Epp.*, XII, 322, 323). In *Actis* minus definite loquitur : « li compagni vennero da Roma con police di 200 o 300 scudi » (FN, I, 492, n. 93). FX, 323<sup>5</sup>.

<sup>37</sup> Cf. *Acta*, n. 93, p. 492 ; FN, II, 83 ; MI, *Epp.*, XII, 323 ; FX, 332.

## [CAPUT V]

59-60. *Socii non sacerdotes sacris initiantur.* — 61. *Sublata spe navigandi, in varias ditionis venetae urbes secedunt.* — 62. *Iaius et Rodericius Bassani.* — 63. *Primo a Patribus oboedientia colitur.* — 64. *Conventus Vicetiae habitus.* — 65. *Primum sacrum celebrant. Duo in morbum incidunt.* — 66-67. *In diversas urbes dividuntur. Opera*

[59] Statueram hic finem facere ; nam quae deinceps scribenda sunt, et notiora esse, et ab alio<sup>1</sup> iam scripta non me praeterit. Nihilominus carptim aliqua, quae vel non sunt omnibus satis explorata, vel certe non ita adamussim, ut aiunt,  
5 enucleata, perscribam.

[60] Reversi iterum Venetias, et ad sua illa xenodochia, cum magna omnium laetitia et gaudio excepti, ac paulo post ad pedes cuiusdam episcopi, Sedis Apostolicae apud venetos Legati<sup>2</sup>, paupertatis, castitatisque votis pie nuncupatis, initiati  
10 sunt sacris Pater Ignatius, Franciscus Xavier, Iacobus Laynes, Alfonsus Salmerón, Ioannes Codurius, Nicolaus Bobadilla, Simon Rodericus, sacerdotique dignitatem consequuti sunt ipso die divi Ioannis Baptistae, ab episcopo Arbensi<sup>3</sup>; qui postea cum aliquibus agens, nunquam tanta se animi laetitia, tantave  
15 consolatione ordines contulisse ingenue fatebatur<sup>4</sup>.

[61] Interea, dum se ad navigandum parant socii, certus dispersus est rumor futuri belli ; nanque venetos cum Paulo 3<sup>o</sup> Summo Pontifice et Carolo 5<sup>o</sup> Imperatore adversus turcas conspirasse, fama erat constans. Patres igitur, cum omnis spes eo anno  
20 navigandi ipsis sublata esset propter bellorum tumultum, integrum alium, quo voti praestarent religionem fidemque liberarent suam, expectare decreverunt<sup>5</sup>, interimque, ut melius se ad prima peragenda sacra compararent, animo occupationi-

<sup>1</sup> Significat Ribadeneyram, cuius *Vita P. Ignatii* anno 1572 primum edita fuerat.

<sup>2</sup> Hieronymus Veralli, inde ab anno 1536 Legatus Pontificis in ditione Veneta. FN, I, 193.

<sup>3</sup> Vincentius Negusanti. FN, I, 118, 193.

<sup>4</sup> Ibid.

<sup>5</sup> Vide supra, n. 14 : « Statutum praeterea est, ut si intra unius anni circulum, postquam Venetias ventum fuisset, omni adhibita diligentia,



## [CAPUT V]

*a sociis peracta. — 68. Coduri et Hoces Patavii. Hoces pie moritur. — 69. Rodrigues, in eius locum, Patavium se confert. — 70-73. Labores horum sociorum Patavii. — 74-77. Ferrariae Claudius Iaius et Simon Rodrigues apostolicis laboribus incumbunt.*

[59] Quisera aqui acabar, porque já as cousas que ao diante se seguem são mais sabidas de muitos, e também porque já orem as escreveo<sup>1</sup>; mas todavia irei saltando de humas cousas em outras para dizer algumas outras particularidades que porventura não são de todos bem sabidas ou não estão de todo bem declaradas. 5

[60] Tornarão os Padres a Veneza e a seus hospitaes, onde forão recebidos com grande charidade e amor de todos os conhecidos, e logo tratarão de ordenar-se de missa, e fizeram voto de pobreza e castidade diante de hum Bispo, Legado do Papa, 10 que estava em Veneza<sup>2</sup>. E os que se ordenaram foram: o P.<sup>o</sup> Ignacio, Francisco Xavier, Diogo Laines, Afonso de Salmeiron, João Coduri, Nicolao de Bobadilha, Simão Rodriguez, [176v] os quaes, precedendo os mais grados, se ordenarão de missa dia de S. João Baptista. E o Bispo Arbensis<sup>3</sup>, que os orde- 15 nou, disse depois a certas pessoas falando nelles: — Eu tenho por muitas vezes ordenado e dado ordens a muitos, mas nunca me achei tam consolado nem com devação como quando ordenei aquelles Padres —<sup>4</sup>.

[61] Neste tempo declarou-se guerra de Venezeanos he do Emperador Carlos quinto he Papa Paulo terceiro contra 20 o Turquo, he vendo os Padres que não avia esperança de passar a Jerusalem, todavia quiseram esperar por espaço de hum anno, assi como tinham feito voto<sup>5</sup>. E entretanto detreminarão recolher-se por tres meses pouco mais ou menos em alguns lugares 25

17 a multos *in mary*.

Hierosolymam navigare non liceret, nullo obstricti voto Romam [...] contenderent». Vide etiam infra, nn. 67, 78. De modo computandi annum, vide reliqua documenta: Faber (FN, I, 40-41); Lafnez (I, 110-112, 116-118); Polanco (I, 192-194; 264-266; II, 309-310; 579, 582); Bobadilla (BM, 616, vide infra Mon. 14); Ignatius (FN, I, 494-496; MI, *Epp.*, XII, 323); Nadal (FN, II, 82-83; 257-259). Auctores: TV, II/1, 63, 68; LETURIA, *Importancia del año 1538 en el cumplimiento del voto de Montmartre*, in AHSI, 9 (1940) 188-207 et EI, I, 201-221; FX, 332<sup>5</sup>.

bus vacuo, rerumque caelestium comentationibus atque orationi  
 25 intento, in loca sola, et remota ab hominum concursu, bini aut  
 terni secedere constituunt. Quod sane in ditione veneta factum  
 est. Cum enim viros, qui gnari erant huiusmodi locorum, con-  
 suluissent, illi Vincentiam, Taurisium <sup>5a</sup>, Bassanum, Veronam,  
 Montem Celesium loca esse [21v] apprime opportuna ad soli-  
 30 tudinem et divinas res tractandas, iudicarunt. Sorte igitur  
 Patres Nicolaus Bobadilla et Paschasius Broetus Veronam,  
 Pater Ignatius, Faber et Laynes Vincentiam contendunt <sup>6</sup>;  
 hic in coenobium extra urbem, bellorum turbine olim eversum,  
 solum, desertum, foribus revulsis sublatisque fenestris se reci-  
 35 piunt, et comportata aliquantula palearum copia, humum ad  
 cubandum sternunt, atque ostiatim eleemosynam emendicant <sup>7</sup>.

[62] Pater Claudius Iayus et Simon Rodericus Bassanum  
 sortiti, in aedícula quadam virum solitarium, aetate iam pro-  
 vectum, eximia sanctitate, in illaque vivendi ratione iandiu  
 40 exercitatum, cum duobus sociis inveniunt <sup>8</sup>. Senex, quanvis  
 antea firmiter statuisset neminem in suum consortium se re-  
 cepturum, ideo quod aliqui, quos receperat, votis suis non  
 respondissent, nihilominus nostros amice excepit, suis signi-  
 ficans comitibus non potuisse se non eos admittere; dicebat  
 45 enim bonus ille senex: — Animum ita facilem, ita propitium  
 erga illos, ita affectum ac promptum ad eos excipiendum sensi,  
 ut scelus putarem admittere me, si eos excluderem —. Iam vero  
 Patrum recessum adeo acerbe tulit, ut propterea et illius oris  
 speciem et colorem immutatum conspexerimus. Quanquam vero  
 50 in cibo somnoque capiando, illic austeram vitam traduxerint  
 Patres, habitum tamen, quo uti sacerdotes soliti sunt, nunquam  
 deposuerunt. Inibi pro lecto meras tabulas subiicere, asello,  
 quem habebat senex, comportare, vindemiae tempore, emendi-  
 catum vinum; triticum colligere per areas in messe, quem mo-  
 55 rem prius vir ille solitarius servare consueverat. Pater Fran-  
 ciscus Xavier et Alfonsus Salmeron in aedículam aliam desertam  
 et solitariam in Monte Celesio sitam venerunt. Ioanni Codurio,

28 Vincentiam *corr. ex* Vloentiam || 41 se recepturum *corr. ex* recipere

<sup>5a</sup> Sic pro Tarvisio (Treviso), hic et inferius.

<sup>6</sup> De hac sociorum partitione, v. MI, *Epp.*, I, 123-126, Fabrum (I, (FN, I, 41), Lainium (FN, I, 118); Polancum (FN, I, 193; II, 580); *Acta*, n. 94, p. 494.

<sup>7</sup> *San Pietro in Vivarolo*. Polanco (FN, I, 193; II, 580).

solitarios, dous e dous e tres em tres, pera nelles (mediante a oraçam e meditação) se preparassem para dizerem suas primeiras missas. E assi se repar- [177] tirão todos por terras de Venezianos, e para este fim tomarão emformação de pessoas que sabião bem a terra e de alguns lugares solitarios he conformes ao que pretendião, e lhe forão dados Vincencia, Triviso, Basão, Verona e Montecelso. E por sortes os repartirão da maneira seguinte : o P.<sup>e</sup> Nicolao Bobadilha e o P.<sup>e</sup> Pascasius Broet por sua sorte foram a Verona ; o P.<sup>e</sup> Ignacio e ho P.<sup>e</sup> Fabro e o P.<sup>e</sup> Jacobo Laines foram ter a Vincencia <sup>6</sup> e se recolherão em hum mosteiro fora da cidade, o qual em tempo de certas guerras foi destruido e estava desemparedado sem portas e sem janelas, e ali se recolheram em huma pouca de palha e pediam esmola de porta em porta <sup>7</sup>.

[62] O P.<sup>e</sup> Claudio Jaio e Simam Rodriguez foram a Basam e acharam fora daquela villa, em huma ermida, hum ermitão, homem já velho, con [177v] dous companheiros, homens de grande santidade, e antigo em aquelle genero de vida, e os recebeo comsigo em sua ermida <sup>8</sup>, tendo antes firme detreminação de não receber mais ningem em sua companhia, e isto porque avia recebido algumas pessoas que não derão de si boa conta, e disse aos dous companheiros que consiguio tinha : « Sabei que não pude deixar de receber estes homens, porque senti ho coração tam brando e movido a os receber, que não foi em mim poder-lhe resistir ». E, quando depois se partirão os Padres delle, sentio tanto, que demudava o rosto e a cor delle ; mas sempre os Padres tiverão seus vestidos de saserdotes e vivião mui austeramente no comer e dormir ; e os que estiveram em Basão dormiram sobre humas taboas e hiam com hum borrinho, que o hermitão tinha, [178] a pedir, no tempo das vindimas, pollos lugares esmolos de vinho, e no tempo da ceifa pedião pollas eiras trigo, assi como tinha aquelle irmitão por costume. O P.<sup>e</sup> Francisco Xavier he o P.<sup>e</sup> Afonso de Salmeirón forão ter a huma ermida que acertou estar despovoadada em hum certo monte ; e o P.<sup>e</sup> João Coduri e outro Padre por nome Hozius, do qual adiante farei menção, a Treviso. Neste tempo adoeceo o P.<sup>e</sup> Ignacio em

<sup>8</sup> Fra Antonio, de quo vide Polancum (FN, I, 194 ; II, 581-582) ; Ribadeneyram, *Vita*, l. II, c. 9 ; BARTOLI, *Vita*, l. II, c. 35. Dicta eius inveniuntur in ASIR : *Epp. Extern.* 46, 71-72, unde ea partim transcribit Bartoli ; MICHELI, *Cenni storici della chiesa suburbana di S. Vito di Bassano e di Fra Antonio Eremita* (Bassano, 1893) ; F. RODRIGUES, I/1, 72-75 ; FX, 346<sup>a</sup>.

et cuidam Hosio, qui de novo ad socios se adiunxerat Venetiis sorte obvenit Taurisium. Per id tempus Vincentiae Pater Ignatius aegrotavit <sup>9</sup>; Simon vero Rodericus in sacra illa Bassani aedacula coepit laborare [22] adeo graviter, ut et morbus lethalis videretur, et medici de eius salute penitus desperarent. Ea de re certior factus Ignatius, licet feбри laboraret, surgit e paleis cum Petro Fabro, pedibus se itineri dat Bassanum versus; 60 decem et octo millia passuum, quae interiacent inter Vincentiam et Bassanum conficit, et in itinere convaluit ex febricula, sensitque in spiritu Dei Patrem illum eo morbo, quo afflictabatur, minime extinguendum; quod statim Fabro dixit. Deinde cum primum ad aegrotum venit, illum bono animo iussit esse, 70 significans ex illo morbo nequaquam ipsi moriendum. Praeterea quoniam aegrum, adhuc vestitum ac in tabulis iacentem vidit, operam dedit, ut industria senis illius solitarii lectus conquiretetur, in quo aegrotus Pater, depositis vestibus, iaceret <sup>10</sup>.

[63] Atqui in aedulis hisce solitariis, primo a Patribus 75 coepta est oboedientia coli, voluntaria quidem, in hunc modum. Vel bini essent, vel terni, cuilibet socio in alios per hebdomadam potestas erat, vicibusque repetitis parebat idem. Praecipienti ita submisce, ita diligenter sese reliqui subiiciebant, ut non sponte sed voti vinculo constricti, obtemperare viderentur. Deinde, 80 cum iam omnes Romae essent simul iudicarunt potestatem illam in mensem extendendam; quod sane duravit ad electionem Patris Ignatii in Generalm <sup>11</sup>; qui, etiamsi toto elapso tempore, ut alii omnes, pareret diligentissime, caeteri tamen eum semper peculiari quadam reverentia colendum atque observandum 85 iudicarunt.

[64] Nondum illud erat tempus exactum, quod solitudini dandum Patres destinarant, cum Vincentiam omnes ad Ignatium convenerunt, ut cum eo statuerent, quibus in rebus reliquum tempus, ante Hierosolymitanam navigationem, impendendum 90 foret <sup>12</sup>. Domicilium omnes simul collocarunt in diruto illo coenobio; ubi Patres in cubiculo, paleis fere toto constrato, somnum capere, de nocte fenestram fragmentis vetustorum laterum occludere, ea, ut luci pateret aditus, de die remove (nam ianua sine ullis omnino valvis perpetuo patebat), victu

<sup>9</sup> *Acta*, n. 95, I, 496; *Lain.*, FN, I, 120; Polanco, FN, II, 580-581.

<sup>10</sup> De hac visitatione Ignatii ad P. Simonem cf. *Acta*, n. 96, I, 496; EB, 664; *Lain.*, FN, I, 36-38; Polanco, FN, I, 193-194; II, 581; Ribadeneyra, FN, II, 333-334.

Vincença <sup>9</sup> e Simão Rodriguez em Basão, ermida, e ali esteve à morte e desconfiado do medico que ho curava. Ho que sabendo ho P.<sup>e</sup> Ignacio, ainda que com febre, se alevantou da palha em que jazia e se foi com o P.<sup>e</sup> Fabro, e andou aquellas dezoito 65 milhas que há de Vincencia a Basam. Em o caminho sarou da febre que levava e [178v] sintio in spiritu Dei que daquela enfermidade não morreria aquelle Padre, e logo disse ao companheiro e ao enfermo, quando a elle chegou. E depois de chegado ordenou com ho irmitão que busquasse huma cama para ho 70 enfermo e o tirou das taboas sobre que jazia vestido e o fez despir e lançar em a cama <sup>10</sup>.

[64] Acabando-sse o tempo que tinham determinado estar em os lugares solitarios arriba ditos, se ajuntarão todos em aquella cidade de Vincencia, onde estava o P.<sup>e</sup> Ignacio, para 75 detreminarem o que farião até se acabar ho anno que tinham votado esperar para irem a Jerusalem, assi como dito hé <sup>12</sup>. E ali pousarão todos naquele mosteiro desamparado em huma camara quasi toda chea de palha em que dormião, e de noite [179] cerravão a jenela com huns pedaços de ladrilhos velhos 80 e de dia os tiravão para ter lux ; a porta sempre estava aberta porque não tinham com que a poder serrar. Vivião de esmola

<sup>11</sup> De hac oboediendi ratione ante electionem praepositi cf. Polancum, FN, I, 270 ; II, 573.

<sup>12</sup> *Lain.*, FN, I, 120 ; Polanco, FN, I, 194 ; II, 310, 440-441, 580, 582 ; *Acta*, n. 95, I, 496 ; Nadal, FN, II, 82, 257, 259.

95 ostiatim, ut moris erat, emendicato tolerare vitam ; aliquando etiam in plateis solebant habere conciones [22v].

[65] Aliqui sociorum hic primum rem divinam fecerunt, sed Pater Ignatius postea primum Missae sacrum Romae peregit, Paterque alius similiter Ferrariae<sup>13</sup>. Duo in morbum in-  
 100 ciderunt<sup>14</sup>, admissique in xenodochium incurabilium<sup>15</sup> lectum unum sortiti sunt, angustum adeo, vix ut eos caperet ; unde patiendi non levem habebant occasionem. Saepe enim accidebat, ut alter, febris aestuans, sindones ac lodices cuperet remove-  
 5 re ; alter vero frigoris vi correptus, se iisdem fovere optaret. Verum quisque, ut alteri cederet eiusque commoditati potius consuleret quam suae, laborem perlibenter subibat. In vasta igitur huius xenodochii domo, paupere et ventis pervia, seiuncta tamen ab incurabilium domicilio, humanis rebus fere destituti, iacebant hi Patres, cum nocte quadam alteri ex illis<sup>16</sup>, qui se vigilare  
 10 credebat, divus Hieronymus, cui ille multum erat deditus, specie gravi, venerabili et multum colenda, apparuit, illumque verbis amicissimis consolans : — Tu, inquit, Bononiae hyemem perages, multisque laborum procellis iactabere — ; quod revera contigit. Ibi enim incidit in quartanam vehementissimam, et  
 15 ex frigore, paupertate, ac rerum omnium indigentia illum pallorem, illam contraxit maciem, ita mutatus est ab illo qui fuerat, ut non vivum hominem, sed cadaveris referre simulachrum videretur. Itaque ipsum ego postea Romae cum vidi, ita macrum, exilem, et pene exhaustum, existimavi fieri non posse, ut pri-  
 20 stinam recuperaret salutis integritatem, pristinasque vires ; imo ad nullam laboris exercitationem prorsus utilem fore mihi propemodum persuasi. — Ex aliis vero sociis, addit Hieronymus, quidam Romam, Patavium alii concedent, nonnullis Ferraria, aliquibus obvenient Senae —. His autem duobus Pa-  
 25 tribus in xenodochio laborantibus et absentibus, reliqui socii, quid ipsis contigisset, nescientes, decreverunt<sup>17</sup>, ut Pater Ignatius, Faber, et Laynes Romam ; Senas Pater Salmeron, et Paschasius Broetus ; Bononiam [23] Franciscus Xavier, qui

15 illum *sup. lin.* || 21 fore *sup. lin.*

<sup>13</sup> Vicetiae in Ecclesia Sancti Petri « in Vivarolo », mense septembri exeunte, primum litarunt Xaverius, Lafnez, Bobadilla, Coduri ; Rodrigues primam missam celebravit Ferrariae ; Salmerón nondum fuerat sacerdos ordinatus ; Ignatius distulit primae missae celebrationem usque ad noctem Nativitatis Domini sequentis anni 1538. P. Salmerón, qui die 8 septembris annum aetatis 23 inivit, sacros ordines recepisse videtur exeunte octobri, vel novembri ineunte. FX, 357<sup>5</sup>.

de porta em porta, assi como era seu costume, he pregavão por essas praças.

[65] Alguns delles disserão ali suas missas primeiras. Ho 85  
 P.<sup>e</sup> Ignacio ha disse depois em Roma. Outro Padre a disse em  
 Ferrara<sup>13</sup>. Dous delles<sup>14</sup> adoecerão ahi e forão ercebidos em hum  
 hospital dos incuraveis<sup>15</sup>, he para ambos derão huma cama tam  
 estreita, que quasi não cabião nella e padecião muito, porque  
 acontecia muitas vezes o hum com a febre querer-se descobrir 90  
 e o outro com frio querer-se cobrir, mas emfim cada hum pro-  
 curava por sua parte querer padecer por acomodar-se ao outro.  
 E estando desta maneira em huma [179v] cassa bem desabrigada  
 e pobre, não bem tratados, em huma noute a hum delles<sup>16</sup>  
 (parecendo-lhe que estava acordado) lhe appareceo São Jeronimo, 95  
 de quem elle era muito devoto, em veneranda e reverenda forma  
 he consolou-ho muito, e disse : — Vós ireis emvernar a Bolonha  
 e padecereis ahi grandes trabalhos (assi como padeceo, porque  
 esteve ahi com humas quartans mui bravas he crueis e com muita  
 pobreza e frio, e estava tam magro, amarelo e desfigurado que 100  
 parecia homem morto, de maneira que vendo-o depois em Roma  
 tão disforme e consumido, cuidei algumas vezes que nunca  
 elle tornasse ao que dantes era e que já nunca prestaria para  
 nada), e os outros companheiros os huns irão a Roma, outros  
 a Padua, outros a Ferrara, outros a Sena —. E porque estes dous 5  
 Padres estavam em ho hospi- [180]tal emfermos, em sua ausencia  
 detreminarão os outros Padres<sup>17</sup>, sem saber nada do arriba dito,  
 que o P.<sup>e</sup> Ignacio e Fabro e Laines fossem a Roma ; e a Sena  
 ho P.<sup>e</sup> Afonso de Salmeirón e o P.<sup>e</sup> Pascasius Broet ; a Bolonha  
 o P.<sup>e</sup> Francisco Xavier, que foi o que nella esteve quartenario, 10  
 e o P.<sup>e</sup> Nicolao de Bobadilha ; a Ferrara o P.<sup>e</sup> Claudio Jaio e  
 Simão Rodericus ; a Padua foi o P.<sup>e</sup> João Coduri e otro que de  
 novo se lhes ajuntou em Veneza. Chamava-sse Hozio, era natural  
 de Malaga e homem de grandes fervores ; e en ho melhor delles  
 com muita santidade morreo em hum hospital naquella cidade 15

<sup>13</sup> Xaverius et Rodrigues.

<sup>14</sup> Xenodochium dictum *Santa Maria della Misericordia* cuius curam gerebat sic dicta *Compagnia secreta di San Girolamo*. Ex quo tempore, auctore S. Caietano Thiene, morbo gallico affecti in eo excepti sunt, dici coepit etiam xenodochium « incurabilium ». Ab eo seiuncta erat domus alia quae tres habebat lectos pro pauperibus peregrinis. BARBARANO DE MIRONI, O. M. Cap., *Historia Ecclesiastica della Città, Territorio e Diocesi di Vicenza*, V, 99.

<sup>15</sup> S. Franciscus Xaverius. ORLANDINI, l. II, n. 22 ; FX, 353.

<sup>17</sup> Huiusmodi deliberationes locum habuerunt Vicetiae, in *S. Pietro in Vivarolo*, mensæ octobri a. 1537.

quartana ibi laboravit, et Nicolaus Bobadilla ; Pater Claudius  
30 Iayus et Simon Rodericus Ferrariam adirent ; Patavium obtigit  
Ioanni Codurio et Hosio, de quo iam ante <sup>18</sup>.

[66] Caeterum, priusquam in has urbes decessio fieret,  
nonnulli Patres in suas illas solitarias aediculas reverterunt ut  
impendendum solitudini tempus, in desertis illis locis totum  
35 exigerent. Quo demum peracto, in sua omnes oppida, quo dixi-  
mus ordine, sunt profecti. Et quidem fere cuncti in xenodochiis  
vel in locis ubi appositum magis et conveniens putabatur, suum  
ponentes domicilium, cibo in diem ostiatim emendicato, in sum-  
ma inopia (nec enim panis ipse sufficiens ad victitandum dabatur)  
40 vitam alebant ; iamque in templis, iamque in ipso foro, homines  
ad flagitia detestanda, ad mandata Dei et Ecclesiae observanda,  
ad frequentanda sacrosanctae Eucharistiae confessionisque sa-  
cramenta, quae iam pene consenuerant et quasi sempiterna  
oblivione obruta iacebant, vehementer adhortantes conciona-  
45 bantur. Horum autem sacramentorum instauratione et reno-  
vatione permulti in meliorem vitae frugem se receperunt, pravis

<sup>18</sup> De hac altera sociorum partitione v. Láinez (FN, I, 120) ; Po-  
lanco (errore deceptus) FN, I, 194-195 ; II, 582 ; Nadal, FN, II, 84-85 ;  
259-260.



de Padua<sup>18</sup>. O qual Padre entre outras pregações que muitas vezes fez em Padua, em huma que teve na praça sobre este tema : « Vigilate et orate, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit », pregou com grandissimo fervor e zelo de espirito, e logo vindo dela ou dahi [180v] a pouquo adoeceo e desta 20 doença faleceo. O P.<sup>e</sup> Ignacio, que então por certa causa estava em Monte Casino, como me contarão Padres da Companhia, vio subir sua alma ao ceo mui resplandecente. Tambem outra vez estando dizendo missa, chegando àquellas palavras da confissão « et omnibus sanctis » vio huma grande companhia de 25 santos e entre elle ao P.<sup>e</sup> Hozio.

E nas hermidas ou lugares solitarios arriba ditos foi a primeira vez que começaram hos Padres a querer viver em obediencia, inda que voluntaria, e emquanto andavão dous he dous ou tres he tres cada hum era superior do otro por huma 30 somana, e guardavão esta voluntaria obediencia con tanta reverencia como se della tiverão feito voto. Em Roma, quando estavam todos juntos, pareceo-lhes que esta obediencia durasse de mes em mes, he esta maneira de obediencia [181] durou até que elegerão ho P.<sup>e</sup> Ignacio por Geral, e inda que elle obedecia 35 antes de ser Geral como os otros, todavia sempre todos lhe tinham mui particular reverencia e respeito.

[66] Acabado o tempo que tinham determinado estar nas hermidas he lugares solitarios arriba ditos, se partirão os Padres para as cidades arriba nomeadas he da maneira que dito hé, 40 e nellas hos mais se recolherão em hospitaes e otros onde lhes pareceo por então mais conveniente, e vivião de esmola que pedião de porta em porta, e ho mais do tempo com grande falta no comer por nem ainda acharem pão que abastasse satisfazer a necessidade corporal. E neste tempo pregavão a palavra de 45 Deus em algumas igrejas e otras vezes por essas praças exhortando os povos à penitencia de seus peccados, [181v] e ha guardar hos mandamentos de Deos e da Igreja, he frequentar os sacramentos da confissão e comunhão, cujo uso naquele tempo estava mui desacostumado he esquecido. He com a renovação he fre- 50 quentação destes sacramentos da confissão he comunhão moveo Nosso Senhor muitas gentes a emmendar suas vidas he a darem graças a Deos, por lhes parecer que avião achado hum grande thesouro he remedio para sua salvação. He porque isto, como digo, era cousa nova e desacostumada em aquelles tempos, 55

21 doença *prius* maneira *quod non delevit* || 31 voluntaria *sup. lin.*

anteactae vitae moribus nuntium vere remittentes, Deoque  
 quam maximas agebant gratias, tum propter inventum abscon-  
 ditum thesaurum, tum etiam propter praestantem salutarem-  
 50 que animarum saluti repertam medicinam. Quoniam vero res  
 haec, illa tempestate, nova erat et inusitata, hominibus universis  
 magnam movebat admirationem, illisque maximopere proba-  
 batur; praecipue cum Patres omnium salutis procurandae  
 studiosissimos, nullisque vigiliis, nullis laboribus, sibi denique  
 55 non parcentes contemplantur. At socii, cum in uberes, quos  
 clementissimus vineae Dominus colligebat fructus, oculos con-  
 iicerent, famem, frigora caeterosque labores, quasi suavissima  
 oblectamenta animorum, et singularia divinae beneficentiae  
 argumenta, reputabant. Deo igitur pro his tot tantisque mune-  
 60 ribus gratiae et laudes tribuantur immortales. [23v]

[67] His occupationibus distenti socii, integram hyemem,  
 reliquamque temporis partem, qua perficiebatur annus propter  
 voti religionem integer omnino expectandus<sup>19</sup>, in supra comme-  
 moratis urbibus consumpserunt. In quibus omnibus existimo  
 65 quidem, imo exploratum fere habeo, sociis multa digna relatu  
 contigisse. Quae, quoniam disiunctis tunc locis eramus, scire  
 omnia non potui; quae autem cognovi, longinquitate temporis  
 ita e memoria exciderunt, ut ea mandare literis non ausim.  
 Quaedam nihilominus brevi narratiuncula concludam, quorum  
 70 firmior adhuc memoria viget.

[68] Patavii Codurius ac Hosius<sup>20</sup>, quibus id oppidum  
 obtigerat, cum magno civium emolumento, pietatis officia  
 diligenter obibant, cum exhaustos ab Hosio labores divina  
 providentia debitis praemiis munerandos voluit. Res autem  
 75 sic habuit. Cum iam multas ad Patavinum populum conciones  
 Hosius habuisset, ardentiori aliquando spiritu succensus, forum  
 ipsum concionaturus adit; atque hac proposita sententia: « Vi-  
 gilate, et orate, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus  
 sit »<sup>21</sup>, multa acri concitataque oratione et incredibili animi  
 80 flagrantia dicit. Verum enimvero confestim, aut certe propediem,  
 in eum incidit morbum, ex quo in pauperum hospitio supremum  
 vitae diem morte confecit. Iam vero eius animam, ut ex certis  
 nostrorum hominum sermonibus cognovi, Pater Ignatius, qui  
 tunc in monte Cassinate negotio, nescio quo, districtus mora-  
 85 batur<sup>22</sup>, in caelum, singulari illustratam splendore, luceque

<sup>19</sup> Vide supra, p. 82, annot. 5.

<sup>20</sup> De Didaco Hoces v. FN, I, 120-121; 138-139; 195, 500; II, 86, 583.

causava em a gente grande admiração e edificação, he tambem por verem os Padres com tanto trabalho ocupados em procurar a salvação de todos. Mas os Padres, com verem o fruto que Deos fazia, todas as fomes, frios e trabalhos que padeciam lhes parecia descanso he regalos e mercês de Deos, [182] a quem por tudo 60 sejam dadas infinitas graças he louvores.

[67] Nas cidades he occupações arriba ditas gastarão os Padres todo hum inverno e alguma parte do tempo que faltava para cumprir e acabar ho anno que tinham votado de esperar para ver se podião ir a Jerusalem<sup>19</sup>; e cuido e tenho por certo 65 que em cada huma das cidades arriba ditas acontecerão aos Padres que nellas estavam muitas he mui particulares cousas de edificação, as quaes todas eu não pude saber por estarmos então apartados en diversas partes e as que soube não me lembram inteiramente para as poder bem escrever, mas com tudo 70 isso huma só direi por remate e conclusão desta materia.

[Paragrafi 68-73 desunt in textu lusitano].

<sup>19</sup> Mt. 24, 42.

<sup>20</sup> Eo venerat Ignatius ad Exercitia tradenda Doctori Ortiz. *Acta*, n. 98, I, 500; vide supra, cap. V, annot. 29.

clarissima circumfusam, vidit euntem. Item sacrificium Missae peragens, cum ad illa verba generalis confessionis venisset : « et omnibus sanctis », perspicue magnum divorum coetum longe lateque coruscantem, atque inter ipsos felicissimum Hosium  
 90 est intuitus. Fuit hic Hosius Malaca oriundus, spiritu ferventissimus, ac in divino obsequio [24] proximorumque salute procuranda plane impiger. Cum autem praeclarum semper probitatis specimen prae se tulisset, longe tamen tunc ardentius in pietatis studia incumbibat, cum e vivis excessit.

95 [69] Solus iam Patavii Codurius manebat, desiderio charissimi socii non leviter commotus, pondere gravissimarum rerum vehementer oppressus. Sed agendum, quae tunc erat inter socios, quam inflammata charitas? ad solandum Codurium et in sustinendo onere sublevandum, accurrit quam primum alter <sup>23</sup>

100 de duobus illis sociis, qui Ferrariam, vicinius oppidum, tenebant. Mirum certe est, quantum huius Patris adventus Codurii animum permulserit, quam acres eidem stimulos, quas vires addiderit ad faecundam illam segetem demetendam quae viventis Hosii industria magna ex parte adoleverat, demortui

5 vero suavissima recordatione feliciter maturuerat. Is porro Pater, qui ad Codurium venerat, non amplius Ferrariam est reversus, sed Patavii deinceps fuit ; unde et Romam ad Ignatium cum ipso Codurio est profectus ; etsi intricatis quibusdam negotiis salutis civium detenti, serius aliquanto, quam reliqui,

10 Romam venerint, ut suo in loco dicemus <sup>24</sup>.

[70] Itaque Codurio Pater ille interim adiumento fuit, quamque operam gnaviter etiam impendit, ut patavinorum civium animi vera pietate ac religione formarentur. Quo sane factum est, ut omnes sibi huiusmodi meritis devinxerint, largosque ac beneficos re ipsa compererint. Etenim, ut caetera  
 15 praeteream, cum vehementi correptus morbo alter de sociis misere decumberet <sup>25</sup>, a quodam ecclesiastico viro, nobili quidem et bene opulento, in propriam domum est exceptus, liberaliterque ac benigne tractatus. Atqui vir ille pius Patris consuetudine ac sermonibus usque adeo profecerat, ut iusiurandum

[*Textus latinus sequitur in p. 95*]

100 illis *sup. lin.*

<sup>23</sup> Simon Rodrigues qui Patavium se contulit mense martio vel aprili (FN, II, 582<sup>231</sup>).

<sup>24</sup> N. 79.

<sup>25</sup> Coduri. Cf. TV, I/1, 114.

*[Paragraphi 68 - 73 desunt in textu lusitano]*

ille postea saepius dederit [24v] annum agi iam, quo abstinuisset ab amica, quam intra domesticos parietes familiarissimam iamdudum habebat, et ex qua prolem etiam susceperat. Sed neque id socii satis esse arbitrati, hominem impellunt, domo ut dimittat, ac honeste locet, quod ita plane factum est. 25

[71] Dum autem alter iactabatur aegritudine, alter et laborantis socii saluti et proximorum profectui sedulo invigilabat. Divertebat porro aliis in aedibus, et a generosa vidua et vere pia decenter alebatur ac plurimis benevolentiae muneribus officiosissime cumulabatur. Huius enim viduae filius, vir 30 sane gravis et doctoratus laurea insignis, ab ipsa summis votis poposcerat, cum in quandam religiosorum hominum familiam cooptandus discederet, ut suo deinceps loco patrem haberet. Alter tum etiam eiusdem viduae filius charissimus, qui non ita dudum e vita desciverat, dum extremum ederet spiritum matri 35 comendarat, ut probatissimae vitae patrem, cui ipse esset multo obstrictissimus, in filium quasi sufficeret.

[72] Quanquam huiusmodi beneficentia et largitate parce admodum Patres utebantur, nec accipere amplius volebant quam quae tenuissimo pauperum victui in dies singulos omnino 40 necessaria iudicavissent. Unde cum in eorum discessu nobilis illa matrona, cuius iam in socios permulta officia extiterant, magnas ipsi viae impensas atque itineris subsidia liberaliter offerret, nihil plane viatici se affirmant sumpturos; urget honesta faemina, orat obnixe, ut a se saltem sudariola nescio quae 45 velint accipere; annuunt tandem Patres, ne eius charitatis ac benevolentiae argumenta despiciere viderentur. Illa ergo sudariola parat, sed ecce clam et quasi furtim pecuniam iniicit, complicatisque ac obvolutis sudariolis, diligenter obtegit; munus tum postea defert sociis, quasi leve et exiguum; illi, etsi honestae 50 fraudis prorsus ignari, cum grata animi significatione donum accipiunt, et consalutatam faeminam [25] iam demum relin-

*[Sequitur in p. 96]*

quunt. Venetiis postea in pauperum hospitio, dum sudariola explicarent, fraus omnis detecta est. Subito enim ad pedes  
 55 pecunia decidit ac dispergi caepit. Et certe experimento socii compererunt divino prorsus consilio eum dolum accidisse, ut gravis ipsorum indigentia postea levaretur.

[73] Patavio igitur cum discessissent, non levis in plerisque desiderii sensus est consequutus; quin etiam deterreri quidam  
 60 urbis canonicus, vir clarus ac splendidus omnino non potuit, quin Patres etiam comitaretur. Nec ille sane mille forte passus ab urbe dumtaxat processit, sed Venetias usque pervenit, atque inde Anchonam, Lauretum denique (et quidem, an cum famulo, non ausim affirmare) semper in Patrum comitatu accessit. Mirabatur crebro is, quod totas socii noctes humi decumbentes transigerent vitamque durissime tolerarent, querebaturque quod ipsos de sua mollitudine, atque illam ipsam vitae asperitatem, veram esse felicitatem, quam ipse deposceret, saepius inculcabat. Atque haec quidem de Patavio succurrunt.

70 [74] Alia in urbe<sup>26</sup> non modicas in primis difficultates par aliud sociorum exorruit; nec leviter suae probitatis ac ardoris impressa vestigia reliquit. Nam ut ad susceptos labores veniam, certe gravissimas algoris et frigoris iniurias subierunt, caelique tunc nimium calamitosi vim miserabiliter tolerarunt.  
 75 Bruma enim erat intempestique dies, caelum pruinosum ac praegelidum, immoderati imbres, tempus perquam maxime nebulosum, cum in hac urbe nostri fuerunt. Illi porro non alio commodius, sed in pauperrimum urbis xenodochium excipiuntur, quod videlicet terrea quaedam erat vastaue domus, nimio  
 80 plus humida ventisque circumflantibus pervia. Erat huius hospitalis domus iniuncta cura acriori cuidam [25v] vetulae, quae neminem vestitum tradere se lecto patiebatur; imo, antequam ipsa cubitum iret, singulos pauperes in suo conspectu cogebat vestibus, etiam subucula, se exuere, ut si qui ulcerosi  
 85 forent, aut morbida ulla labe conspersi, alio transmigrarent; qui vero sani, depositis in remoto scamno vestibus, ne sindones pediculis lodicesque faedarentur, lecto sese committerent. Atque adeo nostri, quibus unus tantum fuerat in pauperum hospitio lectus attributus, vestes exuere cogebantur, nudique in  
 90 faeminae conspectu cubare. Quanquam, quoad fieri maxime poterat in arctissimis rerum angustiis, verenda honestissime te-

<sup>26</sup> Sermo fit de urbe Ferraria, quo destinati sunt Claudius Iaius et Simon Rodrigues.

[*Paragraphi 68 - 73 desunt in textu lusitano*]

[74] He foi que asertarão dous dos Padres ir ter a hum hospital de huma daquellas cidades arriba ditas <sup>26</sup>, em a qual não lhe davão mais que huma só cama [182v] para ambos, e ho hospital hera huma sella terrea e fortemente humida, e a terra ali mui fria e chea de nevoas, he o tempo era de inverno. <sup>75</sup> Ha hospitaleira tinha por ordem não deixar dormir ningem vestido he antes de ir a dormir fazia diante de si despir nus hos pobres que ali hião pousar, e os que achava com chagas levava a outra parte e a quem as não tinha fazia deixar os vestidos em <sup>80</sup> hum banco bem apartado da cama para que a nam emchessem de piolhos. E assi se hião os Padres nus à cama diante della cobrindo suas vergonhas com a mão, e depois que dormião ho primeiro sono alevantavam-se he com hum fuzil que trazião acendião huma candeinha de cera e tornavam a tomar seus <sup>85</sup> pobres vestidos e cubertos com elles rezavão suas matinas e faziam suas otras devações. A hospitaleira via isto [183] e, vendo ho pouquo que comião he como ensinavão àquelles pobres as orações he doutrina christã, pareceo-lhe que deveriam elles ser santos. E neste tempo huma certa marqueza, vendo-os <sup>90</sup> em huma igreja dizer missa, procurou de saber que gente erão e onde pousavam, e sabendo que se agazalhavão em aquelle hospital, perguntou à hospitaleira que gente era aquella. He res-

<sup>89</sup> pareceo - lhes *Ms.*

gebant. In xenodochio, illi primo excitati somno confestim surgebant, et excusso e silice igne lychnulum inflammabant, ac paupere cooperti vestitu matutinas preces recitabant, aliis-  
 95 que piis, per singulas noctes, vacabant orationibus. Vetula autem haec, quae clam et in occulto a sociis fiebant, diligenter observabat. Quin etiam, Patres tenui sustentari cibo animadver- tens, aliisque pauperibus christianam institutionem frequenter inculcare, persuasit sibi homines esse summa sanctitate cumu-  
 100 latos; quod et saepe postea cum eximia commendatione prae- dicavit. Nam clarissima et religiosissima Pescharae marchio <sup>27</sup>, quae tunc forte in hac urbe agebat, profectionemque Hieroso- lymam ad sacra lustranda loca iam pridem etiam parabat, cognoscere non ancipiti sermone, sed certa narratione cupiebat  
 5 de Patrum religione et integritate. Atque cum hos duos saepius in quodam urbis templo fuisset conspicata, ad alterum aliquando accessit, hominemque rogavit essetne de illa parisiensium theo- logorum societate, qui opportunitatem navigandi Hierosolymam opperiri ferebantur; cumque id rescisset, ulterius sciscitata  
 10 est apud quem diverterent; quod ut cognovit, xenodochium, nostris absentibus, simulate adic; faeminam hospitalis domus curam gerentem caute percontatur, qui qualesve sint socii? illa efficacibus amplissimisque verbis respondet: — Plane, inquit, sancti sunt, incorruptis moribus, inculcata vita, mira  
 15 doctrinae puritate commendandi. Non ipsi edunt, non bibunt, [26] tota nocte orant, ac preces fundunt; vidi ego, vidi ipsa saepe, dum accurate perscrutarer —. Quapropter a marchione cibum deinceps acceperunt, illiusque opera in aliud commodius pauperum hospitium sunt traducti, ubi et cubiculum habebant  
 20 et lectum, panemque in noctes singulas quo tenuiter quidem, sed paulo moderatius victitabant. Quanta enim inedia ac rerum pene omnium penuria primum laborarint, longum profecto esset oratione complecti; quamobrem ad alia gradum facio.

[75] Extirpandis in urbe vitiis instanter insudabant, suos-  
 25 que omnes conatus et cogitationes conferebant ad pietatis studium excitandum. Itaque frequenter ab his conciones fie- bant, salutaria privatim colloquia apud multos habebantur, Eucharistia saepe porrigebatur, nullamque sibi rei bene gerendae occasionem adimi sinebant.

---

22 primum *sup. lin.*

---

<sup>27</sup> Victoria Colonna.



pondeo com grandes emcarecimentos he eficacia dizendo :  
— Senhora, estes homens são huns santos, porque nem comem 95  
nem bebem e toda noite passam em oração, he eu os espreito,  
cada noite e sempre fazem da mesma maneira — . E enfim aquella  
senhora <sup>27</sup> lhes mandou de comer e procurou que os recebessem  
em outro hospital que não era tam pobre, onde lhes derão huma  
camara e cama e ás noites pão, [183v] com que, ainda que pobre- 100  
mente, mas com muita alegria, passavão sua vida.

*[Paraphrasi 75 - 77 desunt in textu lusitano]*

30 [76] Quare suffraganeus urbis episcopus<sup>28</sup>, a quo nulla  
benevolentia[e] aut favoris indicia nostri acceperant, cum iam  
tandem inviolatam sociorum vitam, nec sinistra ulla suspicione  
dignam comperisset, homines peramanter aggreditur; se suaque  
omnia benigne offert, qua in ipsos benevolentiae charitate sit  
35 affectus fuse commonstrat; ad mensam iam inde per singulas  
hebdomadas aliquoties invitat.

[77] At, cum omnes aliquando discumberent, optimus ille  
antistes, Patres in hunc fere modum humaniter alloquitur:  
— Veniam mihi, inquit, dederitis, quod, cum is sim, ad quem  
40 proborum quorumque patrociniū merito spectet, nunquam  
tamen operam vestris laboribus sublevandis impertiverim, nun-  
quam laudatissimos conatus vestros ulla favoris significatione  
promoverim. Sed nihil profecto, si sapitis, demirandum est,  
cum tot errorum fluctibus res humanae iactentur, tot fraudum  
45 involucris malitiose obtegantur, ut nihil tam augustum esse  
sanctumque videatur, de quo sapienti cuique ac bene sano suspi-  
cio esse non possit. Novi ipse non ita dudum concionatorem,  
specie quidem religionis eximium, sermonis efficacitate poten-  
tem, opinione sanctitatis singularem. Ecce ad populum conciones  
50 habet; accurrunt plurimi vel nomine et autoritate, vel pru-  
dentia et consilio, vel doctrina vitaeque integritate facile prin-  
cipes. Ille audientium animos quo libet impellit, et potissimum  
ad plangorem et fletum vehementissime permovet. At qualis  
hic reipsa erat, vir alias omni laude decoratus? Hoc videlicet  
55 ipso tempore, quo in omnium oculis ac ore [26v] ferebatur,  
iuvenculam habebat, virili habitu indutam, impurissimi facino-  
ris participem, qua semper comitatus incedebat. Accidit porro

### [CAPUT VI]

78. *Romae omnes conveniunt. Primae domus sociorum.* — 79. *Sociorum  
sacra ministeria.* — 80. *Famelicorum cura.* — 81. *In aliam domum  
transeunt quae a daemone occupata putabatur.* — 82. *Terrores in ea  
Patres sustinent.* — 83. *Novi socii ad primos accedunt.* — 84-86. *Per-*

[78] Decurso anno, quem ex voto ad navigandum Hiero-  
solymam expectare tenebantur<sup>1</sup>, in diesque magis ac magis

[*Textus latinus sequitur in p. 101*]

57 porro *sup. lin.*

<sup>28</sup> Octavianus del Castello, vicarius cardinalis Ioannis Salviati.  
TV, II/1, 119.

[*Paragraphi 75 - 77 desunt in textu lusitano*]

nonnunquam ut, dum ipse pro suggesto esset, multaque vehementi et inflammata oratione diceret, extraordinariam omnes in templo eiulationem sustulerint. Ille autem reversus domum, 60 ad adolescentulam : — Quid illud, inquit, tibi visum est ? an non audientium ego lacrymas abunde concivi ? — Illa vero : — Concivisti, ait, eorum lacrymas, qui te solum in cute cognoscunt ; eas tu mihi, inquit, excita, quae te intus iam pridem cognovi —. Concionator igitur sponsione facta, fidem obligat 65 effecturum se, ut sequenti proxime concione, eiulatum ipsa edat. Risit illa ; sed ad destinatam diem, tanta vi ac impetu apud populum concionator egit, ut in omnium comploratione vel repugnantem faeminam ad maiorem ploratum et lamentationem compulerit —. Haec fere episcopus. — Iam igitur vos, 70 inquit, videritis multo charissimi Patres, an adumbratis religionis ac virtutum simulachris facile fidendum sit —. Sed haec atque huiusmodi alia, quae Patribus variis in oppidis acciderunt praetereamus.

[*Textus lusitanus continuatur*]

# [CAPUT VI]

*secutio contra socios excitatur. — 87. Sententia absolutionis. — 88. Textus sententiae. — 89. Populus Patribus favet. — 90. Prophe-  
tia quaedam S. Vincentii Ferrer sociis applicatur.*

[78] Depois de acabado he comprido o ano que os Padres  
erão obrigados a esperar <sup>1</sup>, para ver se podião passar a Jerusalem,

64 eas tu mihi *sup. lin.* || *excito ms.*

<sup>1</sup> Vide supra, caput V, annot. 5.

bello inter christianos turcasque invalescente, Romam Patres ad Ignatium illic agentem conveniunt, Summo Pontifici omnes  
 5 simul suarum rerum, ut statuerant, rationem reddituri, deque aliis rebus suo proposito ac suis rationibus conducentibus inter sese tractaturi. Interim Pater Ignatius cum sociis Fabro et Layne in domo vineae Quirini Garzonii, summa virtute viri, domicilium collocarat <sup>2</sup>. Quoniam vero nonnulli in nostros bene affecti,  
 10 reliquos socios venturos Romam intellexerant, domum aliam ampliorem locoque commodiorem in menses aliquot conduxerunt, Ignatio persuadentes, ut relicta antiqua, ab hominum frequentia et concursu [27] semota (erat enim non procul a caenobio Sanctissimae Trinitatis sita) in hanc demigraret;  
 15 quae et ad interiorem erat urbis partem, et ad ministeria Societatis magis appositae videbatur <sup>3</sup>.

[79] His igitur acceptis aedibus, in eas tandem omnes pos[t] Pascha congregantur. Etsi enim iam ante plerique suis ex oppidis accesserant, qui tamen Patavium Patres tenuerant,  
 20 serius convenerunt <sup>4</sup>. Hinc ad concionandum, antequam sui Pontificem maximum facerent certiores, egrediebantur; modo in diversis templis, modo per publicas plateas, incitando populum ad agendam commissorum scelerum paenitentiam, ad beneficentissimum Deum summo amore amplectendum, ad confessionis atque Eucharistiae sacramenta frequentanda. Ad quae  
 25 romanus populus tanto desiderio ferebatur, ut tam multis ad ea venientibus vix possent omnes Patres satisfacere. Is tamen sociorum erat ardor, is fervor, ut cibi immemores, suique penitus obliti, non nisi e templis reversi hora prandii, recordarentur  
 30 sumendum aliquid esse, quo corpora reficerent. Sed cum nihil reperirent, ad id cogendum vicatim, satis sane defatigati, tempore importuno et ad stipem colligendam minime accommodato, exhibant domo, summaque animorum laetitia hos omnes perferabant labores. Duo item Patres Romae in Sapientiae gymnasio  
 35 theologiam profitebantur <sup>5</sup>. Nam secretos variosque Scripturae sacrae sensus enodabat alter, alter scholasticae, ut vocant, theologiae quaestiones cum summo omnium applausu discu-

<sup>2</sup> De Quirino Garzoni v. infra, MON. 7; FN, I, 124<sup>21</sup>; TACCHI VENTURI, *Le case abitate in Roma da S. Ignazio di Loyola* (Roma, 1899) 11-12; ID., *Storia*, II/1, 91-92; FX, 390-392, 405-506, 433-434.

<sup>3</sup> Situs secundae huius domus ex his tantum Natalis verbis aliquatenus cognoscitur: « Visto después, por ser incómoda esta primera casa,

e vendo que cada dia crecia mais a guerra do contra Turquo os christãos, detreminarão os Padres ajuntar-se em Roma, onde estava ho P.<sup>e</sup> Ignacio, para ahi todos juntos darem noticia de seu intento ao Papa (assi como tinham detreminado) e para tratarem outras cousas pertencentes a seus propositos. Entretanto ho Padre Ignacio e seus companheiros, ho P.<sup>e</sup> Fabro e o P.<sup>e</sup> Laines, recolhiam-se em hum casa e vinha de Miser Querino Garzoni, homem de muita virtude<sup>2</sup>. E sabendo certas pessoas devotas como todos os Padres se avião de ajuntar em Roma, [184] alugarão humas cassas por certos meses e fizeram com ho Padre Ignacio que deixasse as que tinha, por estarem fora da conversação da gente (estavam estas cassas e vinha abaixo do mosteiro da Trindade), e se recolhesse nas que lhe davão por estarem mais metidas no corpo da cidade e mais convenientes para seu ministerio<sup>3</sup>.

[79] E nesta cassa se ajuntarão todos os Padres e desta, antes de darem noticia de seus propositos ao Papa, começaram a pregar em diversas igrejas e pellas praças exortando a gente à penitencia e amor de Deos e à frequentação dos sacramentos da confissão e comunhão, e foi tanto ho movimento e concurso da gente aos ditos sacramentos, que não podião os Padres suprir com ho trabalho. E era tanto ho fervor e occupação que hos Padres tinham, [184v] que se não lembravão do que avião de comer, e quando tornavão das igrejas a cassa não achavão nada para comer e então, inda que bem cansados, hiam por essas ruas a pedir de porta em porta esmola, mas tudo se padecia com alegria. Tambem dous dos Padres lião em o Colegio da Sapiencia duas lições de theologia, a hum a da Escritura, a outra da theologia escolastica<sup>4</sup>; e o Papa lhes mandava muitas vezes que fossem com outros theologos disputar à sua mesa e lhes mostrava muito amor. Era neste tempo cousa tam nova e desacostumada ouvir pregar clérigos, que com grande espanto diziam alguns: — Nós cuidavamos que não podiam os clérigos pregar

9 e vinha *mag.*

se pasaron a otra, cerca de Ponte Sixto y del Doctor Ortiz » (FN, II, 169).

<sup>4</sup> Coduri et Rodrigues. Hic Pater Patavium missus fuerat post obitum baccalaurei Hoccs. Vide supra, n. 69.

<sup>5</sup> « Patres Faber et Laynez in academia, quam *Sapientiam* vocant, prior scripturam sacram, posterior scholasticam theologiam docuit ». POLANCO, *Vita*, FN, II, 584.

tiebat ; saepiusque a Pontifice maximo evocati, cum aliis eiusdem  
 Sapientiae doctoribus, de variis difficilibusque rebus theologiae,  
 40 ad mensam, cum Pontificis erga nos singulari amoris significa-  
 tione concertabant. Adeo autem per id tempus inauditum inu-  
 sitatumque erat clericos suggestum ascendere, ut multi vehemen-  
 ti admiratione stupefacti dicerent : — Nos proculdubio putaba-  
 mus a monachis solum haberi conciones posse —. Praeter so-  
 45 litas occupationes quibus socii implicabantur, aliae tam multae  
 peculiarium se offerebant, ut communes iam et assuetae ha-  
 berentur ; quae cum infinitae prope-[27v]modum acciderint,  
 scribi vix potuerunt. Quamobrem hoc labore supersedebo ;  
 praesertim cum ab alio iam hac de re aliquid literis traditum  
 50 sit <sup>6</sup>.

[80] Illud unum nihilominus epistolae nostrae inseram.  
 Hyeme quadam Romae adeo annona laboratum est, adeoque  
 aspera et intolerabilia fuerunt frigora, ut pauperes passim per  
 vicos plateasque frigoribus conglaarent, et fame enecti ani-  
 55 mam de nocte exhalarent, omni humano praesidio destituti.  
 Nemo enim illorum curam gerebat, nemo illos hospitio excipie-  
 bat, nemo denique inveniebatur, qui miserorum calamitatibus  
 commoveretur. Ergo Patres illorum misericordia permoti, ut  
 acerbissimo, quoad fieri posset, malo succurrerent, de nocte  
 60 afflictos homines in plateis iacentes conquirere, domum per-  
 ducere, eorum lavare pedes, panis (quantum esset opus ad eorum  
 vitam alendam) a piis viris corrogare, ligna ad excitandam ipsis  
 pyram, faenum, quo humi in strato iacerent, diligenter compor-  
 tare, demum rudes in christiana doctrina et aliquot aliis oratio-  
 65 nibus, quas cum scire tenerentur, prorsus ignorabant, sedulo  
 informare. Mane autem pauperes ad stipem cogendam egredie-  
 bantur, eorumque numerus ita aliquando crevit, ut ad trecentos  
 quadringentosve accederent, domusque eos vix posset capere.  
 Haec res magna populum admiratione affecit ; nonnullosque  
 70 praeclaros viros rerum omnium abundantia circumfluentes, imo  
 et cardinales ad simile studium pietatemque excitavit. Dice-  
 bant namque illi : — Ecquid nos non pudet a pauperibus ho-  
 minibus, quibus ne cibus quidem necessarius suppetit, illustrem  
 adeo, adeo praeclaram et sanctam rem geri ? a nobis autem,  
 75 qui bonorum copia redundamus, simile nihil agi ? Multa ergo  
 hanc ob rem coacta pecunia, alium in locum ampliorem translati  
 sunt Patrum diligentia inopes, ubi solito melius tractabantur.  
 Nec iis tantum qui per vicos et vias iacebant pia nostrorum ho-

e que somente os frades o podiam fazer —. [185] Alem das ordinarias occupações arriba ditas, se oferecia de novo cada dia muitas otras, e ainda que erão de cousas particulares, erão todavia tantas e tam continuas, que fiquavão como ordinarias, e por ellas serem quasi infinitas não se podem todas escrever, 40 mas emfim de todas ellas, inda que já outrem as tenha escrito <sup>6</sup>, somente direi a seguinte.

[80] Aconteceo em hum inverno ser tanta a falta de trigo em aquella cidade que os pobres, parte polla falta do mantimento, parte por aquella inverno ser de grandes frios, morrião de noite 45 em as praças e ruas em que dormião por não aver quem delles tivesse cuidado nem os recolhesse. Moveran-se os Padres à piedade e compaixão delles e começaram de noite a buscar [185v] os desagasalhados que dormião nas ruas e praças, he os trazião a cassa e procuravão aver de certas pessoas devotas 50 esmola com que lhes davão foguo e palha em que dormissem e algum pouquo de pão, he lhes ensinavão a doutrina christam e algumas outras orações que não sabiam e erão obrigados a saber, e pella menhã hiam-se os pobres a buscar sua vida. E creceo tanto o numero destes pobres, que serião algumas 55 vezes 300, outras vezes 400, e não podião já caber na casa que hos Padres tinham. Foi esta obra de tanta aedificação, que se moveram muitos cardeaes e outras pessoas riquas a socorrer a esta tam grande necessidade, dizendo: — Grande vergonha e confusão hé a nossa que huns homens pobres que não tem que 60 comer fação esta tão santa obra [186] e que nós otros podendo não olhemos por ella —. Enfim ajuntou-sse muitae smola e recolherão os pobres em outra parte e lugar mais amplo onde forão melhor providos, e não somente a estes, que dormião e jaziam na rua e praças, se deu remedio, mas tambem a todos os outros 65 pobres que se achavão pollas casas sem terem que comer, os

57 aedificação prius obrigação quod non delevit

<sup>6</sup> Indicare videtur Ribadeneyram, cuius Ignatii Vita anno 1572 fuerat edita. Vide supra, cap. V, annot. 1.

minum cura subvenit, sed illis etiam, qui numero circiter duo  
 80 mille, variis dispersi aedibus, in summas redacti erant angustias. Iam vero urbis gubernatores, [28] comportato frumento, sedulam operam navarunt civibus suis, ne annonae caritate premerentur, imo vero tanto periculo liberati, in affluentia et frumenti et aliarum rerum facile et iucunde viverent <sup>7</sup>.

85 [81] Antequam haec, quae supra retuli, contigissent, dimigrarunt socii e conducta illa domo, locationis tempore peracto <sup>8</sup>, in aliam, in qua qui habitare vellet, nemo erat; vulgo enim lemuribus nocturnisque larvis habebatur infamis <sup>9</sup>. Haec porro domus, ita Patribus fuit ad habitationem tradita, ut neque qui donaret, neque utrum esset a cacodaemone occupata,  
 90 ulla ratione cognoscerent <sup>10</sup>. In eam tamen cum iam essent propediem commigraturi, aliquot ante scamnis, sedibus et mensis eodem missis, datus est custos unus quidam Pater qui, clausis ianuis, dum somnum caperet, ingentem subito strepitum stridoremque horribilem accepit auribus; tunc sic secum: — Si fures, inquit, hi sunt, quod furentur parum aut nihil sane habent; si daemones, nonnisi quam Deus permiserit vim mihi inferent; imo, si Deus forte vult ut ego ab ipsis de vita tollar, fiat Domini voluntas. Quibus dictis furem deinde daemonem et ridicu-  
 100 lose cavillantem despiciens, somnum quiete repetivit. Deinde cum iam socii omnes domi habitarent, de nocte saepe ollas, scutellas, amphoras, vasa denique fictilia confringi prorsus arbitrabantur; quae tamen omnia, illucescente die, integra inveniebantur. Interdum tam diu, quam noctu, spiritus ille nequam  
 5 ad cubiculorum ostia pulsabat, illisque reseratis, nusquam aderat.

[82] Hac ipsa in aede quidam e sociis morbo graviter conflictatus, singulis noctibus, inambulans in aula, ante suum cubiculum larvam illam umbratilem percipiebat; eiusdemque  
 10 in vestigiis ponendis apertissima signa observabat. Aliquando etiam diabolus stoream appensam praeforibus elevabat, iniecto-que capite, [28v] quid intus ageretur intueri videbatur. At aegrotus, nihil videns, id fieri ita sentiebat, ac si oculis cerneret. Multa alia terricula, quibus sociorum animis frustra timorem

<sup>14</sup> timorem del. sociorum

<sup>7</sup> De pauperibus Romae a sociis, an. 1538-1539, sublevatis v. FN, I, 36\*, 126, 199-200, 267; II, 86, 263, 502-503, 587. Inter auctores: LETURIA, *Origine e senso sociale dell'apostolato di S. Ignazio di Loyola in Roma*, in EI, I, 257-283; TV, II/1, 164-169.

<sup>8</sup> Vide supra, n. 78.



quaes serão por todos mais de dous mil ; e os que tinham o governo da cidade procurarão com muita diligencia de trazer trigo com que a mesma cidade ficou farta <sup>7</sup>.

[81] Antes que acontecesse o que arriba digo, estando os <sup>70</sup>  
Padres em huma certa casa d'aluger e, acabado o tempo que nella  
aviam de estar <sup>8</sup>, deram-lhes, sem elles saberem quem, outra  
em a qual ningham queria pouzar nem estar, por se dizer que nella  
andavão demonios <sup>9</sup>, e os Padres não sabiam nada [186v]  
disso <sup>10</sup>. E mandando diante à dita casa certos banquos e mesas, <sup>75</sup>  
para guarda deles foi lá dormir hum Padre soo e de noite, tendo  
as portas fechadas, sentio mui grande rumor e estrondo e desa-  
sosego, e disse dentro de si : — Se são ladrões, pouquo tem que  
furtar, se são demonios não podem fazer mais mal do que Deos  
lhe permitir : se Deos quer que elles me matem, seja feita a sua <sup>80</sup>  
vontade — . E asi se quietou e continuou com seu sono deixando  
fazer os demonios o que quisessem. Depois, quando já todos os  
Padres estavam juntos naquella cassa, algumas vezes parece  
que se quebravão de noite quantas panelas e jarros tinham em  
cassa, e pella menção não se achava nada quebrado. Algumas <sup>85</sup>  
outras vezes assi de dia como de noite batia [187] aquelle spirito  
às portas das camaras, e quando se hia abrir a porta não se via  
ninguem.

[82] Hum dos Padres esteve ali muito emfermo, e todas  
as noites sentia andar aquelle spiritu passeando e dando mui <sup>90</sup>  
claras pisadas e passadas em huma salla que estava diante da  
camara em que elle jazia, e algumas vezes aquelle spiritu alçava  
huma esteira que estava à porta da camara e parece que metia  
a cabeça dentro a ver o que passava, mas o Padre não via nada,  
mas sentia aquillo como se o vira. Muitas otras cousas somelhan- <sup>95</sup>  
tes às sobreditas fazia aquelle spirito, as quais deixo de escrever

<sup>9</sup> Haec erat domus Frangipani, de qua v. FN, I, 200<sup>11</sup>; II, 587; FX, 414-415, 484. Vide infra, MON. 7.

<sup>10</sup> Domus pertinebat tunc temporis Antonino (vel Antonio) Frangipani, nobili viro, de quo v. T. AMAYDEN, *La storia delle famiglie romane*, I, 403-409. Mortuus est anno 1546 eiusque sepulchrum exstat in ecclesia S. Marcello sacra. Cf. V. FORCELLA, *Iscrizioni delle chiese di Roma*, II, p. 306, n. 945.

- 15 incutere nitebantur noxiae illae inferorum umbrae, possem hic recensere. Sed quoniam longa opus est explicatione, silentio illa involvenda existimavi. Quanvis non possim duo quaedam non mirari: alterum quod diaboli saepe lusus ac naenias Patres deriserint, levissimas hasce nugas flocci pendentes, alterum quod
- 20 ne illis quidem in mentem unquam venerit sacris ullis ceraemoniis lemures de more compellere, ut aedes relinquerent, nullosque amplius tumultus excitarent. Itaque iam ipsis larva illa terrifica ludibrio erat et despectui. In his aedibus accidit, ut nocte quadam unus de Patribus<sup>21</sup> e somno excitatus, magnis
- 25 clamoribus in religiosa ac pia verba prorumperet, simulque naribus vim magnam sanguinis emitteret. Rogatus ab aliis de re, tacuit; socii tamen diabolum illius faucibus manus iniecis-  
eumque suffocare nixum fuisse arbitrabantur; sed post dies aliquot, dum rem eandem ex ipso Pater quidam sciscitaretur,
- 30 respondit, somniasse tunc ad impuram se corporis voluptatem trahi; et propter vehementem, quem ad resistendum adhibuerat conatum, tandem expectatum, copiam illam ingentem sanguinis effudisse.

- [83] Cum per id tempus nonnulli sacerdotes, egregia sane
- 35 virtute praediti, pietatis studio incensi, nostris se coniungere vellent, rem prius socii ad Summum Pontificem deferendam censes, illum conveniunt, significantque vix se ipsos posse, tum a multis aliis rebus, tum etiam a frequentibus confessionum occupationibus [29] expedire. Petunt deinde ab eo sibi
- 40 facultatem faciat admittendi eos qui in suum numerum cooptari desiderarent. Pontifex, aequum id sibi et gratum videri respondit, atque idcirco suam omnibus benedictionem se benigne impertire, neque posse non multum huiusmodi re delectari. Nullum Patres diploma expediendum curarunt; et quia nondum Pon-
- 45 tifici maximo quid animis molirentur aperuerant, antequam sui propositi eum facerent certiore, nonnulla prius quae necessaria erant, et postea in diplomate primae confirmationis Societatis, ut paulo post dicetur, adiecta sunt, multo diligentius meditari voluerunt.

- 50 [84] Quaedam hisce diebus Romae excitata in nostros tempestas est, adeo gravis et vehemens, ut multi sibi persuaderent, imo asseverare non dubitarent, nostros homines igni comburendos, alii eos in ultimas terras exportandos, alii misere triremibus

---

28 arbitrabantur *add. sup. lin.*

por serem largas de contar ; o que mais agora me espanta são duas cousas : a huma ver a pouqua conta que os Padres faziam daquelle spirito, falando e rindo-se muitas vezes das invenções que elle fazia ; a 2.<sup>a</sup> hé que nunca [187v] lhes passou polla 100 memoria querê-llo esconjurar. Enfim os Padres, como não se curavão delle, deixavão-no andar por ali como cousa impertinente. Aconteceo neste tempo em huma noite acordar do sono hum dos Padres <sup>11</sup> dando grandes gritos e vozes, dizendo muitas palavras de devação e juntamente com isso lançava hum jorro 5 de sangue pollos narizes e nunca quis dizer o que passara, mas todos cuidaram que ho demonio o quiserá afogar. Dahi a certo tempo perguntou-lhe hum Padre que cousa fora aquella ? Disse que sonhara querer fazer hum pecado carnal e que, com a grande resistentia que sonhando fizera, acordando deu aquelles 10 gritos, e que a força e impeto que fizera para resistir àquele pecado fora tanta que lhe fez lançar [188] aquelle sangue que então lançou.

[83] Desejando neste tempo alguns saserdotes virtuosos 15 de se ajuntar com hos Padres e de seguir a sua mesma maneira de vida, não os quiserão os Padres receber sem primeiro darem conta disso ao Papa, e disserão a Sua Santidade como não podião suprir nem satisfazer com tantas occupaões, quantas se lhes ofereciam e principalmente em as confissões ; que se a Sua 20 Santidade parecesse bem, lhes desse licença para receberem em sua companhia todas aquellas pessoas que com elles quisessem estar. O Papa respondeo dizendo que lhe parecia muito bem e lhes dava a todos a sua benção, e que folgava muito com isso. E não se tirou então disso Bulla, porque ainda então não tinham 25 os Padres declarado ao Papa o que detreminavam [188v] fazer, e porque tambem queriam, antes de dar-lhe conta de seus propositos, considerar por algumas mais otras circumstantias que depois se detriminarão e poserão na Bulla da primeira confirmação da Companhia, as quais adiante se dirão. 30

[84] Neste tempo se alevantou hum trabalho e perseguiçam em Roma contra os Padres, de tal maneira que já muitos cuidavão e dezião que os avião de queimar, otros dezião que

<sup>11</sup> Franciscus Xaverius. De hoc facto plura tradit Franciscus Vázquez S. I. in epistula ad P. Christophorum de Castro datam Marchena, 10 dec. 1596. Eam infra edimus, MON. 21 ; FX, 416-417<sup>1</sup>.

- adiudicandos <sup>12</sup>. Quibus minis et terroribus infestissimus hu-  
 55 mani generis hostis sacerdotes duos, qui paulo ante ad socios  
 se adiunxerant, ex Urbe concitatos in fugam compulit <sup>13</sup>. Nec  
 dubito quin huiusmodi spectris et larvis tentarit ille ipse homi-  
 num communis hostis socios ab Urbe abigere. At illi, intrepidi,  
 nullam fugitivorum sacerdotum rationem habuerunt, sed inanes  
 60 deridebant vulgi rumores : — Si enim, dicebant, haereticos nos  
 esse constitit, incendio paenam luamus ; sin autem innocentes  
 iudicabimur, ea ipsa de re sententia feratur, ut nimirum, omni-  
 bus compertum sit nostram famam contra ius et aequum ele-  
 vari, falsoque ista nobis imponi —. Quin etiam Paulo 3<sup>o</sup> romano  
 65 Pontifici significarunt optare vehementer se atque adeo demisse  
 supplicare, ut constricti omnes vinculis [29v] in custodiam  
 darentur, interim dum illatarum criminationum veritas omnino  
 elucesceret, ne suspicari forte quispiam posset fugiendum ipsis  
 esse, aut pedem extra Urbem ferendum. — Neque enim fas est,  
 70 aiebant, ut oscitantia nostra aut incuria, labores ii, quos pro  
 Ecclesia suscipere decernimus, ad nihilum recidant, atque id  
 quod pietatis studium ac ardor coagmentavit, falsae quorundam  
 hominum delationes dissipent ac dissolvant —. Ad haec Summus  
 Pontifex : — Iam, inquit, abunde est in vestros mores inquisitum,  
 75 iam mihi dilucide obtrectatorum calumnia patescit. Nam occul-  
 te Pontifex, qui singulari omnia consilio et prudentia gerebat,  
 sociorum vitam ac institutum iam examinandum curarat. Sed  
 dum iis Patres fluctibus ac procellis iactabantur, ne quis moliri  
 eos fugam arbitraretur, Romae manere decreverunt, tum ut  
 80 Pontifici maximo rationes rerum suarum explicarent, tum ut  
 suis rebus consultius prospicerent ; nec toto illo tempore quis-  
 quam alio concionandi vel in vinea Domini laborandi gratia  
 egressus est, sed omnes simul Romae, nulla facta disiunctione,  
 perseverarunt.
- 85 [85] Atque ut a primis initiis et fundamentis huius ca-  
 lumniae capiamus exordium, res sic habet. His diebus Romae  
 concionabatur Augustinus quidam Pedemontanus, eloquens  
 sane vir, ex Augustinianorum hominum familia, sed qui earum  
 haeresum, quibus hodierna die complures desipiunt, romano  
 90 populo latenter pocula propinaret. Huic duo quidam hispani

<sup>12</sup> De hac persecutione, anno 1538 in socios concitata, v. praecipue  
 epistolam S. Ignatii ad Elisabetham Roser, FN, I, 6-14. Vide etiam  
 indices vol. I-II sub nominibus Mainardi, Barrera, Mudarra, Landivar.

<sup>13</sup> Ex his unus fuit Laurentius García (vel Gracia) cuius, inter alios  
 socios, fit mentio in diplomate a Vincentio Carafa cardinali signato die

osavião de desterrar, outros dezião que osavião de mandar às gallés<sup>12</sup>. E fez o demonio por meio destes meios e espantos e ameaças tanto, que enfim lhes tirou das mãos dous saserdotes 35 que avia pouquo que com elles se ajuntarão, os quaes com o medo que tinham se forão como espantados, fogindo fora de Roma e bem depressa<sup>13</sup>; e por altura que tambem o demonio com [189] aquelles espantalhos quisera emxotar os Padres de Roma, mas elles fazião pouqua conta delles e rian-se de tudo e 40 deziã: se somos hereges, queimen-nos, aqui estamos, não avemos de fugir; e se disse ahi areceo, metão-nos em prisão e saiba-se a verdade; e se somos inocentes, desse disso sentença e saiba todo ho mundo que falsamente somos difamados. E enquanto durou esta perseguição, por não parecer que fugião, 45 e até que asentassem bem suas cousas e dessem conta ao Papa de seus propositos, não quizerão os Padres ir fora de Roma a nenhuma missão, nem dividir-se e apartar-se huns dos otros.

[85] O principio e origen da perseguição assima dita co-  
meçou desta maneira. Em aquelle tempo pregava em Roma 50  
[189v] hum certo frade augustiniano piamontês, por nome Augustinho. Este ocultamente pregava as eregias que neste tempo correm, e tinha por seus devotos dous espanhoes ecclesias-

---

3 maii 1538 (*Scripta*, I, 548). Eius servatur epistula ad Ignatium data Parisiis 1 february 1539, qua docemur eum una cum sociis Romae versatum fuisse in domo Quirini Garzoni. EM, I, 15-16. Anno 1538, 11 maii, in favorem Ignatii sociorumque testimonium dedit. Ibidem, 16-17 in nota. Cf. TV, II/1, 135, 147<sup>1</sup>; FX, 405, 433-444.

sacerdotes<sup>14</sup> [30] magna autoritate magnisque opibus viri, atque in romana curia iamdiu versati, valde dediti erant, nostrosque homines similiter singulari amore complecti videbantur. Unde factum est, ut socii non dubitaverint eos admonere, ne  
 95 illius monachi doctrinae consiliisque nimiopere fiderent. Illi, qui iam forte illo tempore aliquid illius veneni obbibissent, admonitionem adeo acerbè tulerunt, ut repente ex amicis facti adversarii, de nostrorum fama coeperint maledice detrahere, illis invida aemulatione obtrectare, illos denique contumeliose in-  
 100 sectari. Hinc iam improbissimis rumoribus dissipatis, passim dictitabatur Patres, haereseos damnatos, ex Hispania, Parisiis ac Venetiis fugisse.

[86] Versabatur per id tempus in Urbe parisiensis scholasticus, genere navariensis, qui et famulus Patris magistri Francis-  
 5 cisci Xavieris Lutetiae fuerat, in artium facultate vel mediocriter excultus, theologiamque primoribus, ut aiunt, laboris dumtaxat degustarat; sed parum is in recto consilio retinendo constans erat<sup>15</sup>. Hic, ubi socios Parisiis profectos Italiam versus contendi-  
 disse cognovit, illos insequutus Venetiis offendit; ibi ab illis  
 10 obnixe petit, ut in suam ipsum Societatem numerumque adscribant; Patres, illius levitatis conscii, id fieri posse omnino negant. Scholasticus deinde Romae ab spe societatis Patrum omnino deiectus, dat se in amicitiam hispanorum sacerdotum; cum illis simul in nostros quasi insaniens, sexcenta iacit convicia,  
 15 eosque improbos esse homines asse-[30v]verare non veretur. Itaque, ut breviter concludam, aliquot diebus transactis, dolisque detectis, navariensis hic ab Urbis Gubernatore calumniatoris crimine damnatus, quod inique Patres notare ausus fuisset, ab Urbe demum relegatur<sup>16</sup>. Hispani vero ambo in vincula  
 20 haereseos convincuntur; et alterius, qui e custodia fugiens ab incendio se eripuerat, Romae est exusta statua<sup>17</sup>; alter vero carceri in perpetuum addictus, sub vitae finem resipiscens, se a vero fidei ac religionis tramite deflexisse cognoscens, acerbè quidem ac dolenter ante acta facinora detestatus est, tandem-  
 25 que a quodam nostro Patre in extremo vitae conflictu pie adiutus, diem obivit<sup>17</sup>. Augustinus autem ille Pedemontanus, quia manifeste deprehensum est eum se profiteri perniciosissimi dogmatis Lutherani magistrum et acerrimum defensorem, flammis combustus interiit<sup>18</sup>.

<sup>17</sup> calumniatoris *sup. lin.* corr. ex infamiae || <sup>18</sup> inique *sup. lin.*

<sup>14</sup> De Augustino Mainardi, v. FN, I, II, indices et hic infra annot.  
<sup>18</sup> Duo sacerdotes erant saltem Petrus de Castilla et Franciscus Mu-

tigos<sup>14</sup>, corteções antigos e ricos, os quaes, por tambem se darem por mui amigos dos Padres, forão delles avisados que 55  
 não se fiassem daquelle frade sobredito, o qual era grande pregador. Aquelles dous espanhoes tomarão isto tanto a mal, porventura já emtão toquados e imfeccionados daquella má pesonha, que começarão de amigos a fazer-se adversarios e a contradizer-los e persegui-los. Daqui se começou a espargir 60  
 rumor que os Padres erão hereges e fugidos por taes de Paris e de Espanha e de Veneza.

[86] Neste tempo andava em Roma hum estudante parisiense, navaro de nação, que fora [190] criado em Paris do P.<sup>e</sup> Mestre Francisco Xavier e sabia aresoadamente artes e 65  
 alguns principios de theologia, mas não tinha muito asento no juizo<sup>15</sup>. E este, depois de partidos os Padres de Paris, sabendo que hião a Italia, se foi atrás elles para que ho recebesem em sua companhia, e os achou em Veneza e pedio o que pretendia. Mas hos Padres, sabendo ho pouquo asento de seu juizo, nunca 70  
 ho quiserão receber, e elle, vendo-sse depois em Roma de todo desconfiado de ser admitido entre os Padres, tomou amizade com os dous espanhoes, de que falamos, e juntamente com elles começou a dizer mil desvarios contra os Padres. E para dizer brevemente, o fim foi que por descurso de algum tempo 75  
 este navarro foi desterrado fora de Roma por calumniador e infamador dos Padres<sup>16</sup>, [190v] e os dous espanhoes forão presos e condenados por hereges, e hum delles que escapou da fugeira, fugindo do carcere, foi queimado em estatua, e o otro foi condenado a carcere perpetuo, o qual, no cabo da vida, 80  
 conhecendo seus erros, se arrependeo e morreo com hum Padre da Companhia à cabeceira<sup>17</sup>, e o frade pedemontano foi queimado por heresiarca<sup>18</sup>.

darra. De his duobus patet Rodericium sermonem facere, ex iis quae postea subiungit de eorum exitu. Vide infra, annot. 16 et cf. TV, II/1, 144; FX, 403, 408-410.

<sup>15</sup> Michaël Landívar. De eo v. I, 8, 117, 202<sup>15</sup>, 500, 502, 709; II, 170, 290<sup>14</sup>, 332<sup>22</sup>, 373, 590.

<sup>16</sup> De persecutorum fine v. FN, II, 91 annot. 115-116; 373-374, annot. 96; 445; FX, 418<sup>2</sup>.

<sup>17</sup> Petrus de Castilla qui, resipiscens, a P. Didaco de Avellaneda adiutus, in carcere mortem obiit a. 1559. II, 445<sup>76</sup>; *Scripta*, I, 751; FX, 418<sup>2</sup>.

<sup>18</sup> Falso asseritur. Augustinus Mainardi fugit in Valtellinam sedemque stabilem fixit in oppido Chiavenna, ubi ecclesiam fundavit, cuius

- 30 [87] Interea dum Patres ex Hispania, Lutetia Parisiorum  
ac Venetiis, propter haeresim effugisse, et eadem de causa eorum  
in Hispania statuæ igni concrematae dicuntur, Romam (quod  
singulari Dei providentia cecidisse credimus) convenerunt uno  
eodemque tempore Inquisitor fidei Parisiensis, doctor Mathaeus  
35 Orius, ex dominicana familia, qui Lutetiae diligenter in vitam  
Patrum inquisierat<sup>19</sup>; Ioannes Figueroa, qui Compluti Vicarius  
generalis pro archiepiscopo Toletano, in cognoscenda vita Igna-  
tii, eiusque doctrina consideranda, severum se et integrum [31]  
iudicem exhibuerat; doctor item Gaspar de Dotis, Venetiis  
40 generalis Vicarius, a quo in eadem urbe pro Ignatio, cui leves  
quaedam, sed falsae criminationes fuerant malitiose illatae,  
sententia etiam lata est; singulique vocati testes et districte  
ad iuris normam coram romano Gubernatore (de doctrina, mo-  
ribus, vitaeque Patrum diligentissime quaerente) rogati, multa  
45 in eorum laudem dixerunt, amplis eorum virtutem et sancti-  
moniam verbis commendarunt; et tam qui ex Hispania, quam  
qui e Gallia ac Venetiis venerant, diligentiam a se positam in  
ipsorum vivendi ratione indaganda patefecerunt, miris laudibus  
eorum virtutem atque exemplum extollentes; quin etiam in  
50 omnibus semper eos catholicae Ecclesiae germanos filios invenisse  
testati sunt. Itaque interrogatis tribus his testibus, omni ex-  
ceptione maioribus, aliisque compluribus, Gubernator romanus,  
clare animadvertens huiusmodi calumniam nullo inniti fun-  
damento, imo a communi hoste ad nascentem societatem vel  
55 omnino extinguendam, vel certe aliqua labe aspergendam exco-  
gitatam esse, subsequentem sententiam pronunciavit<sup>20</sup>.

[88] Benedictus Conversinus, Electus Britonoriensis,  
Vicecamerarius Almae Urbis, eiusque districtus  
generalis Gubernator<sup>21</sup>.

- 60 Universis et singulis, ad quos praesentes nostrae litterae  
pervenerint, salutem in Domino.

[31v] Cum reipublicae christianae multum intersit eos,  
qui in agro dominico, vitae exemplo et doctrina plurimos aedi-

<sup>62</sup> *post* intersit *del.* ut

primus fuit pastor. Ibi octogenarius mortuus est die 31 iulii 1563. RO-  
SIUS DE PORTA, *Historia ecclesiarum Raeticarum*, II, 410 ss. adducit  
litteras haeretici Ulyxis Martinenghi, ubi describit magnis elogiis obitum  
Augustini et funera ei concessa, quibus ipse affuit. Allatus a TV, II/1,  
158<sup>1</sup>; De Augustino Mainardi vide FN, I, II, indices et FX, 401<sup>2</sup>.



[87] Neste mesmo tempo que se dizia serem os Padres  
 fugidos de Espanha, Paris e Veneza por hereges, e em Espanha 85  
 queimados em statuas, se ajuntarão em Roma (o que os Padres  
 tiveram como por milagre e particular providencia de Deos)  
 o Inquisidor de Paris, chamado Matheus Ori, frade de S. Domin-  
 gos, que na mesma cidade de Paris fez muita diligencia  
 sobre a vida dos Padres e doutrina [191] do P.<sup>e</sup> Ignacio <sup>19</sup>, 90  
 e João de Figueiroa, vigario geral de Alcalá, o qual em aquella  
 Universidade com grande rigor esquadrihou a vida e doutrina  
 do P.<sup>e</sup> Ignacio, e de Veneza se achou Gaspar de Dotis, vigario  
 geral de Veneza, o qual já também em aquella cidade tinha dado  
 sentença em favor do P.<sup>e</sup> Ignacio sobre certas leves calumnias 95  
 de que ali foi difamado. E cada hum dos ditos tres, sendo  
 juridicamente preguntado diante do governador de Roma, que  
 imqueria mui exactamente sobre a doutrina, costumes e vida  
 dos Padres, disseram muitos louvores e virtudes deles, dizendo  
 assim o de Espanha como ho de Paris e Veneza as diligencias 100  
 que contra elles fizeram e que em tudo os achara catolicos e  
 de grande exemplo e santidade. De maneira que examinadas  
 estas tres pessoas, omni excep-[191v]tione maiores, e muitos  
 otros, e vendo ho governador que toda esta perseguição era  
 sem fundamento e que parecia calumnia inventada pollo 5  
 demonio porventura para que in semine extingueret Societatis  
 partum, dá a sentença que abaixo se segue <sup>20</sup>.

[88] Benedictus Conversinus, Electus Britonoriensis,  
 Vicecamerarius Almae Urbis eiusque districtus  
 generalis Gubernator <sup>21</sup>. 10

Universis et singulis, ad quos presentes nostrae literae per-  
 venerint, salutem in Domino.

Cum reipublicae christianae multum intersit ut eos qui in  
 agro dominico, vitae exemplo et doctrina plurimos aedificant

<sup>19</sup> Mag. Matthaeus Ory de vita Ignatii inquisitionem fecit tantum  
 anno 1529. *Acta*, n. 81, p. 474. FN, I, 12.

<sup>20</sup> Huius sententiae complura servantur exemplaria. Ignatius ea  
 petivit ut mitti possent amicis et benefactoribus. Cf. ORLANDINI, I, II,  
 n. 52. Quinque exstant in ASIR, *Hist. Soc. Ib*, n. 19, ff. 35-44. Edita  
 fuit in vol. *Scripta*, I, 627-629.

<sup>21</sup> De Benedicto Conversini v. FN, I, 501<sup>7</sup>; FX, 404<sup>13</sup>.

65 ficant in salutem, et item illos, qui e converso potius superse-  
 minare videntur zizania, publice notos esse ; et nonnulli rumores  
 sparsi essent, et delationes ad nos factae de dogmatibus et con-  
 versatione vitae et spiritalibus exercitiis, quae aliis conferunt,  
 venerabilium virorum D. Ignatii de Loyola et sociorum, vi-  
 delicet Petri Fabri, Claudii Iayi, Paschasii Broet, Didaci Laynes,  
 70 Francisci Xavier, Alfonsi Salmeronis, Simonis Roderici, Ioannis  
 Codurii et Nicolai de Bobadilla, magistrorum parisiensium,  
 praesbyterorum secularium, pampilonensis, gebennensis, se-  
 guntinensis, toletanensis, viscensis, ebredunensis et palenti-  
 nensis respective dioecesis. Quae quidem eorum dogmata et  
 75 exercitia a quibusdam dicebantur erronea, superstitiosa et a  
 christiana doctrina nonnihil abhorrentia ; Nos pro officii nostri  
 debito, ac speciali etiam mandato Sanctissimi Domini nostri  
 Papae, circa haec diligenter animadvertentes, quae visa sunt  
 ad pleniorum causae cognitionem opportuna, inquisivimus, si  
 80 forte, de quibus praedicti culpabantur, vera esse deprehende-  
 remus. Quocirca examinatis primum quibusdam obloquutoribus  
 contra ipsos, et consideratis partim publicis testimoniis, partim  
 sententiis de Hispania, Parisiis, Venetiis, Vicetia, Bononia,  
 Ferraria et Senis, quae in praedictorum venerabilium virorum  
 85 D. Ignatii et sociorum favorem adversus eorum criminatores  
 prolatae fuerunt, et ad haec examinatis [32] iudicialiter nonnul-  
 lis testibus, et moribus et doctrina et dignitate omni exceptione  
 maioribus ; tandem omnem murmurationem et obloquutionem  
 et rumores contra eos sparsos nulla veritate subnixos fuisse  
 90 comperimus. Quamobrem nostrarum esse partium iudicavimus  
 pronunciare et declarare, sicut pronunciamus et declaramus,  
 praedictum D. Ignatium et socios, ex praedictis delationibus  
 et susurris, non solum nullam infamiae notam, sive de iure,  
 sive de facto incurrisse ; verum potius maiorem vitae atque  
 95 doctrinae sanae claritatem retulisse: cum certe videremus adver-  
 sarios vana et penitus a veritate aliena obiecis-  
 se ; et contra, optimos viros optimum pro illis exhibuisse testimonium. Hanc  
 igitur sententiam, pronunciationem nostram, ut publicum eis  
 testimonium sit contra omnes adversarios veritatis et in sere-  
 100 nationem omnium, quicumque sinistram illam de eis suspicio-  
 nem, praetextu talium delatorum et criminatorem conceperint,  
 faciendam duximus : monentes insuper et exhortantes in Do-  
 mino, ac rogantes universos et singulos fideles, ut dictos venera-  
 biles viros D. Ignatium et socios habeant et teneant pro talibus

in salutem ; et item illos, qui e converso potius superseminare 15  
 videntur zizania, publice notos esse ; et nonnulli rumores [192]  
 sparsi essent, e[t] delationes ad nos factae de dogmatibus, et  
 conversatione vitae et spiritualibus exercitiis, quae aliis con-  
 ferunt, venerabilium virorum dominorum Ignacii de Lo[y]ola  
 et sociorum, videlicet Petri Fabri, Claudii Iaii, Pascasii Broet, 20  
 Didaci Laines, Francisci Xavier, Alfonsi Salmeronis, Simonis  
 Roderici, Ioannis Codurii et Nicolai de Bobadilha, magistrorum  
 parisiensium, praesbiterorum secularium, pampilonensis, ge-  
 bennensis, seguntinensis, toletanensis, viscensis, ebredunensis  
 et palentinensis respective diaecesis ; quae quidem eorum dogma- 25  
 ta et exercitia a quibusdam dicebantur erronea, superstitiosa,  
 et a christiana doctrina nonnihil abhorrencia. Nos, pro officii  
 nostri debito, ac speciali etiam mandato Santissimi Domini no-  
 stri Papae, scire haec diligenter animadvertentes quae visa sunt  
 ad plenior[em] [192v] causae cognitionem opportuna inquisi- 30  
 vimus, si forte, de quibus praedicti culpabantur, vera esse de-  
 prehenderemus. Quocirca examinatis primum quibusdam oblo-  
 cutionibus contra ipsos, et consideratis partim publicis testimoniis,  
 partim sententiis de Hispania, Parisiis, et Venetiis, Vicentia,  
 Bononia, Ferraria et Senis, quae in praedictorum venerabilium 35  
 virorum D. Ignacii et sociorum favorem, adversus eorum cri-  
 minatores prolatae fue[runt], et ad haec examinatis iudicialiter  
 nonnullis testibus, et moribus et doctrina et dignitate omni  
 exceptione maioribus ; tandem omnem murmurationem et  
 oblocutionem et rumores contra eos sparsos nulla veritate 40  
 subnixos fuisse comperimus. Quamobrem nostrarum esse par-  
 tium iudicavimus pronunciare, [et declarare, sicut pronun-  
 ciamus] et declaramus, praedictum D. Ignatium et socios, ex  
 praedictis delationibus et susurris, non solum nullam infamiae  
 notam, sive de iure, [193] sive de facto incurrisse ; verum potius 45  
 maiorem vitae atque doctrinae sanae claritatem retulisse :  
 cum certe videremus adversarios vanae et penitus a veritate  
 aliena obiecisse ; et contra, optimos viros optimum pro illis  
 exhibuisse testimonium. Hanc igitur sententiam, pronuncia-  
 tionem nostram, ut publicum eis testimonium sit contra omnes 50  
 adversarios veritatis, et in serenationem omnium, quicumque  
 sinistram illam de eis suspensionem, praetextu talium delatorum  
 et criminorum conceperint, faciendam duximus ; monentes  
 insuper et exhortantes in Domino, ac rogantes universos et  
 singulos fideles, ut dictos venerabiles viros D. Ignatium et socios 55

- 5 quos nos esse comperimus, et catholicis, omni prorsus suspicione cessante; ita tamen, quatenus in eodem vitae et doctrinae tenore, Deo adiuvante (quod speramus) permanserint. Datum Romae in aedibus nostris, die decimo octavo novembris 1538.

Benedictus Gubernator

10

qui supra.

Rutilius Furius Secretarius

- [89] [32v] Sedatis igitur fluctibus, tempestateque illa in Patres concitata iam plane depulsa, ad nihilum caligo recidit, quae animis hominum erat offusa, caeperuntque lucem aspicere et quam de nostris conceperant aversam opinionem, falsis per  
15 Urbem susurris et rumoribus dispersis, omnino deponere. Populus vero in eorum iam benevolentiam reductus, concionibus intererat, eorumque doctrinae aures, ut antea, attentas praebebat.

- 20 [90] Hoc porro tempore, rogare permulti socios non cessabant, utrumne illi essent, de quibus D. Vincentius<sup>21</sup> divino afflatu praedixerat adventuram aliquando fore persanctam evangelicorum hominum, fideique zelo atque omni virtute praecellentium societatem. Nondum quisquam de Patribus, quod  
25 Vincentius scripserat, certe legerat. Ad rogata tamen solo risu respondentem, quasi somnium reputabant posse tale quid de ipsis intelligi; non enim alta sapiebant, sed humilibus consentiebant<sup>22</sup>. Aliquot annis post, mihi in Lusitania commoranti, episcopus Conimbricensis Vincentii locum ostendit, sibi prope-  
30 modum persuadens in eo Societatem adumbrari. Fecisset utinam Deus ille immortalis, ut ii nos essemus, de quibus eiusmodi locus interpretandus videretur; at quod testatum Vincentius reliquit, adeo mirabilem virtutum praestantiam in illo evangelicorum hominum coetu collocat, ut profecto nesciam, qui eam  
35 sibi cum religiosa submissione animi possit asciscere. Quod autem scribit Vincentius, sic habet: «Tria sunt a nobis singulariter et quasi assidue meditanda: primo Christus crucifixus, incarnatus etc; 2<sup>o</sup> status apostolorum et fratrum praeteritorum ordinis, cum desiderio ut illis conformemur; 3<sup>o</sup> status virorum  
40 evangelicorum futurus; et haec debes die noctuque meditari, scilicet, statum pauperrimorum, simplicissimorum et mansue-

<sup>21</sup> Vincentius] *in marg.*: In libello de vita et instructione spiritali cap. ult<sup>o</sup>

<sup>22</sup> S. Vincentius Ferrerius in capite ultimo *Tractatus de vita spiritali*.

habeant et teneant pro talibus, quos nos esse comperimus, et catholicis, omni prorsus suspicatione cessante; ita tamen, quatenus in eodem vitae et doctrinae tenore, Deo adiuvante (quod speramus) permanserint. Datum Romae, in aedibus nostris, die 18 novembris 1538.

60

Benedictus, Gubernator, qui supra.  
Rutilius Furius, secretarius.

[89] [193v] Depois de passada aquella tormenta e perseguição que os Padres em Roma tiverão, e depois de dada a sentença em favor de sua inocentia, desasombraram-se os 65  
corações dos homens e tirarão de si aquelas nevoas e sospeita que contra elles se avia lançado e espargido, e tornou-se o povo a reconciliar com elles e a seguir suas pregações e doutrina.

[*Paragrafus 90 deest in textu lusitano*]

---

<sup>22</sup> Cf. Rom. 12, 16.

torum, humilium, abiectorum, charitate ardentissima sibi con-  
iunctorum, nihil cogitantium aut loquentium, nec saporantium  
nisi solum Iesum Christum, et hunc cruxifixum <sup>24</sup>, nec de hoc  
45 mundo curantium suique oblitorum, supernam Dei et beatorum  
gloriam contemplantium, et ad eam medullitus suspirantium  
et [33] anhelantium, et ob ipsius amorem semper mortem spe-  
rantium sive desiderantium, et ad instar Pauli dicentium :  
« cupio dissolvi et esse cum Christo » <sup>25</sup>. Et caetera quae deinceps  
50 promiscue disserit ad finem usque capitis.

## [CAPUT VII]

91. *Deliberationes de novo condendo ordine religioso.* — 92. *Per Gasparem Contarini, suum propositum Paulo III aperiunt. Approbatio Pontificis vivae vocis oraculo.* — 93-98. *Pontifex sociorum opera utitur. Labor Paschasii Broet et Simonis Rodericii Senis.* — 99. *In eadem*

[91] Iam tempus opportunum et tranquillum nacti socii  
decreverunt Pontifici declarare quam vitam cuperent in Dei  
honorem Sedisque Apostolicae obsequium instituere. Atque, ut  
res, faustis inchoata principiis, felicem et optatum haberet exi-  
tum, quibus id modis aptius et congruentius perfici posset,  
5 inter sese deliberarunt. Re itaque, si recte memini, per menses  
tres <sup>1</sup> Deo diligentissime commendata, id quod ante Parisiis  
statuerant, iterum confirmarunt, ut videlicet, quandoquidem  
praestituto tempore navigare Hierosolymam haudquaquam li-  
cuisset, vires omnes, vitamque suam in proximorum, tam fi-  
delium, quam infidelium salute procuranda defigerent <sup>2</sup>. De novo  
tamen adiiciunt deligendum unum esse in Praepositum Genera-  
lem, qui reliquis, ut nunc fit, praeesset <sup>3</sup>; solemnina deinde vota  
obedientiae paupertatis, castitatis, peculiaris demum obedientiae  
15 Summo Pontifici eiusque successoribus esse nuncupanda <sup>4</sup>. Multa  
tum praeterea ad propositum suum finemque conducentia de-  
creta sunt quae, quoniam percensere singulatim longissimum  
foret, non repeto ; praesertim cum in primo Societatis diplo-  
mate legi possint. Alia etiam consequentium annorum experien-  
tia iam edocti Patres statuerunt, imo in dies sanciunt, quae ad  
20

<sup>24</sup> Cf. 1 Cor. 2, 2.

<sup>25</sup> Phil. 1, 23.

<sup>1</sup> Deliberationes protractae sunt re vera per tres menses (anno 1539) a medio Quadragesimae [quae initium habuit eo anno die 19

## [CAPUT VII]

*urbe daemonum praestigias solvere curant Patres. — 100. Patrum missiones post confirmatam Societatem. — 101. Labor pro obtinenda Societatis confirmatione. — 102. Haec obtinetur. — 105-104. Quae in oratione viderit Rodericius. — 105. Conclusio.*

[91] E vendo os Padres que tudo estava pacifico, detremi-  
 narão dar conta ao Papa da vida que detreminavam fazer  
 e seguir em serviço de Deos e daquela Santa Sede Apostolica ;  
 e para que isto procedesse com ordem, quizerão primeiro tratar  
 dos meos que para este fim serão mais convenientes. E asi 5  
 encomendando primeiro este negocio mui particularmente a  
 Deos por espaço de tres meses<sup>1</sup>, se bem me lembro, tornaram  
 a determinar (visto como ho negocio de Jerusalem não tivera  
 efeito), asi como em Paris tinham detreminado, de empregar  
 suas vidas em ajudar a salvar o proximo, asi fiel como infiel<sup>2</sup>, 10  
 e de novo acrescentarão que se elegeisse [194] hum Geral da ma-  
 neira que agora se tem<sup>3</sup> e que se fizesse voto solene de obediencia,  
 pobreza e castidade e de particular obediencia ao Papa e a seus  
 soccessores em serviço da Santa Sede Apostolica<sup>4</sup>. Detremi-  
 naran-se algumas mais particularidades convenientes ao fim 15  
 que pretendiam, as quaes eu aqui não repetirei por ser cousa  
 comprida, e por estarem escritas na primeira Bulla da confir-  
 mação da Companhia ; e depois, pollo tempo adiante, com a  
 experiencia se foram e cada dia vam detreminando algumas

<sup>1</sup> se bem me lembro *sup. lin.*

februarii] usque ad festum Ioannis Baptistae inclusive \*. MI, *Const.*, I, 7.

<sup>2</sup> Textum harum deliberationum v. in MI, *Const.*, I, 1-7.

<sup>3</sup> Ib., p. 4. *De oboedientiae voto faciendo*, ib., p. 8.

<sup>4</sup> *Conclusiones sex sociorum*, ib., 9 ss.

conservationem perfectionemque instituti Societatis necessaria iudicantur.

- [92] His ita constitutis, de suo proposito ad Summum Pontificem referendum censuerunt; quod commode factum iri  
 25 putarunt per Gasparem Contarenum <sup>4a</sup> patritium venetum et cardinalem, ex nobili Contarena familia prognatum, qui et erga socios bene erat affectus, et vir egregia doctrina eximiaque probitate habebatur. Ille igitur anno 1539 mense septembri, Tybure Summo Pontifici, quam Patres cuperent vitam instituere,  
 30 ac caetera, de quibus paulo superius dixi, explicavit; addens insuper desiderare socios vehementerque expetere, ne comprobata ab eo haec vitae ratio una cum ipsis extingueretur, sed iis etiam qui ad eiusmodi vitae institutum divino beneficio animum aliquando adicerent, pateret aditus; [33v] demisse  
 35 etiam ac suppliciter obtestari, ut haec ipsorum religio clericorum regularium Societatis Iesu nuncuparetur. Quae omnia cum Pontifex attentissimis auribus accepisset, magna cum benevolentia crucem signans, manuque benedictionem impertiens, respondit: — Benedicimus, laudamus et approbamus —. Aliis  
 40 praeterea verbis ostendit, quam sibi grati Patres essent, quamque acceptum illud vitae institutum, cui se totos addiscere et consecrari decrevissent <sup>5</sup>.

- [93] Coepit autem iam inde Pontifex in gravibus quibusque pietatis causis Patrum opera frequenter uti; misitque post  
 45 modum sex quosdam ex ipsis in varias Italiae urbes ac loca; Fabrum videlicet ac Laynem cum cardinali S. Angeli <sup>6a</sup> Parmam et Placentiam; Brixiam Iayum; in Calabriam Nicolaum Bobadillam; Paschasium ac Simonem Senas <sup>6</sup>. Qui, etsi gnaviter et fructuose sua omnes munia praestiterint, ut ex aliorum iam  
 50 scriptis constat, scio tamen perdifficilem sane rem et longe arduam Patres illos divina ope confecisse, qui Senas obtinuerunt. Cum enim in hanc urbem suasionem archiepiscopi <sup>7</sup> et Ambrosii Chatarini <sup>8</sup> apud Pontificem precibus aliorumque virorum principum interpellatione <sup>9</sup>, idcirco venissent, ut quoddam sacrarum

<sup>4a</sup> De Gasparo Contarini v. FN, I, II (indices), praecipue, I, 196<sup>40</sup>; FRANZ DITTRICH, *Gasparo Contarini* (Braunsberg, 1885); TV, II/1, 108-109; PASTOR, *Geschichte der Päpste*, V, 104-106; FX, 395<sup>2</sup>. Mortuus est a. 1542, cum multum favisset Societatis Iesu confirmationi. Vide MI, *Epp.*, I, 168.

<sup>5</sup> Cf. FN, I, 206, 307, 312, 610<sup>44</sup>; II, 145, 267, 291, 302, 305, 399, 407, 505, 594.



outras cousas necessarias para a conservaçam e perfeição do 20  
Instituto da Companhia.

[92] Tomada e asentada a resolução arriba dita, pareceo  
aos Padres declarar sua intenção ao Papa, e assim detreminarão  
tentar o vao por meio de hum cardeal, patricio veneziano, por  
nome Gaspar Contareno, da nobre familia Contarena <sup>4a</sup>, o qual 25  
era mui afeiçoado aos Padres e era pessoa docta e de muita  
virtude. Este [194v] cardeal em o anno de 1539, em o mes  
de Setembro, estando o Papa em Tibuli, lhe propôs e declarou  
o Instetuto e modo de vida arriba dito, e disse como os Padres  
desejavão que Sua Santidade o comfirmasse e lhe desse por 30  
nome : saserdotes regulares da Companhia de Jesu, e que es-  
ta confirmaçam se estendesse a todos aquelles que pello tempo  
adiante Deos chamasse para quererem seguir o mesmo instituto  
de vida. Ouvindo Sua Santidade tudo com grande atenção  
(asi como disse o dito cardeal), respondeo com grande eficacia, 35  
fazendo com a mão o sinal da crus he lançando sua benção  
e com a boqua dizendo : « Benedicimus, laudamus et aproba-  
mus ». E depois disse outras palavras de muita satisfação e con-  
tentamento asi dos Padres como do santo Instituto que detre-  
minarão seguir <sup>5</sup>. [195] 40

[Paragraphi 93 - 100 desunt in textu lusitano]

<sup>4a</sup> Ennius Filonardi, de quo v. FN, I, 42<sup>4a</sup>.

<sup>6</sup> De his sociorum ministeriis v. praecipue *Summarium* Polanci, FN, I, 211 ss.

<sup>7</sup> Franciscus Bandini, archiepiscopus Senensis (1529-1588). EUBEL, III, 316. Eius laudes in favorem Broëti v. in EB, 201-204.

<sup>8</sup> Lancillotus de' Politi, O. P., dictus Ambrosius Catharinus *Politus* (1484-1553).

<sup>9</sup> Inter alios rem petivit Lactantius Tolomei, Ignatii amicus, Vicarius archiepiscopi Senensis.

- 55 monialium coenobium <sup>10</sup>, laxiori morum licentia paulo liberum, ad severiorem vitae disciplinam traducerent, mirum profecto fuit, quantum ipsis difficultatis hoc negotium exhibuerit ab urbis Archiepiscopo et Catharino, Praefectae monialium fratre, virisque gravissimis saepius susceptum ac agitatum. Nihilominus  
 60 divino tandem auxilio, cum magno virginum illarum emolumento, tranquillitate et gaudio, res ita peracta est, ut felicius sperari exitus certe non posset. Concionabantur apud moniales Patres, earum confessiones excipiebant; labantes ipsarum animos ac solutos in suscepto vitae consilio confirmabant, rerum-  
 65 que divinarum institutione excolebant.

- [94] Neque vero Senis Patrum opera huius caenobii finibus circumscripta tenebatur, sed in omne genus hominum fructus permanavit. [34] Nobiles autem quosque ac magnae spei adolescentes, qui in academia illa versabantur, ad pietatem  
 70 et virtutem maiori quodam studio conabantur impellere; quam etiam ob causam quandam D. Pauli epistolam alter interpretandam suscepit <sup>11</sup>, ut ea quasi esca adolescentum optimorum animos novitatis avidos capere facilius posset. Quod quidem consilium ita feliciter cecidit, ut brevissimo sane tempore clari  
 75 quique et spectatae indolis iuvenes miro quodam ardore ferverescent. Iam enim admissa crimina frequentibus confessionibus eluebant, iam sanctissimae Eucharistiae ferculo multo saepius pascebantur, iam xenodochia certatim invisebant, mendiculis die noctuque praesto erant, lectos componebant, valedudinarii everrebant sordes et vilissima quaeque munia perlibenter obibant; iam aegrotantes solabantur, relevabant miseros, morientium oppressos animos ad fiduciam ac spem erigebant, et in sacrosancta Christi fide confirmabant. Necnon accidit aliquando, ut in extrema cuiusdam pauperis vitae dimicatione,  
 80 incredibili quodam eius spiritalis salutis zelo exarserint. Nam cum eidem agenti animam in supremo illo conflictu adessent, et moribundo homini sempiternae felicitatis praemia revocarent in mentem, ille deficienti iam vocula et quasi intercisa oratione hoc unum protulit: — Probate vero animam esse immortalem —.

[*Textus latinus sequitur in p. 125*]

58 praefectae monialium corr. ex Archimandritae || 85 spiritalis sup. lin.

<sup>10</sup> Monasterium Sanctorum Prosperi et Agnetis, ordinis Sancti Benedicti. Eius reformatio Paschasio Broët commissa fuit. EB, 201-203. Cf. FN, I, 130, 208, 211-212, 273; II, 94, 264, 505. De tota hac missione in urbem Senas v. F. RODRIGUES, I/1, 99-102; TV, II/1, 196-202.

<sup>11</sup> Simon Rodrigues. ORLANDINI, II, n. 69; TV, II/1, 199.

[*Paragraphi 93 - 100 desunt in textu lusitano*]

Qua profecto audita re, iacentem hominis animum, seu potius 90  
desperantem, ad supernae felicitatis spem vehementer sustu-  
lerunt. Quanquam autem hic eorum erat fervor, maioribus ta-  
men excolendi privatim enimos studiis nonnulli incitati, con-  
scientias generali confessione perpurgare voluerunt, et spirita-  
libus exercitationibus separatim vacare. 95

[95] Quo igitur res quietius et ab hominum tumultu ac  
societate remotius ageretur, domum quandam extra muros  
conduxerat, situ [34v] ipso loci satis aptam, et plerisque aliis  
utilitatibus peropportunam, in qua piis meditationibus accom-  
modatius exercerentur<sup>12</sup>. Huc Pater ex urbe per dies singulos 100  
ventitabat ac homines saluberrima rerum spiritalium insti-  
tutione imbuebat. Sed iam per urbem excitatus rumor dispergi-  
tur detineri extra maenia iuvenes quosdam ab hominum com-  
muni usu et consuetudine separatos. Fit multorum subito in eum  
locum concursatio, ut rem explorent. Interim Patri, cum nil 5  
suspicaretur omnino, in mentem repente venit, ut quamprimum  
adolescentes adeat, atque eos ex illa domo dimittat ; nec sedari  
sane ipse animo potuit, donec eos convenit, et in suam quenque  
domum remisit. Quo vixdum peracto, non exigua senensis po-  
puli multitudo adest, a iuvenum parentibus ac notis turbulente 10  
concitata, ut detentos illos iuvenes extrahat, domumque ipsam,  
si opus sit, demoliatur. Sed cum aedem multi diligenter exqui-  
rerent, nec intus aliquem prorsus invenirent, in urbem delusi  
reventuntur.

[96] Ex iis, quos in superiori illa domo spiritalibus exer- 15  
citationibus Pater instituerat, sacerdos fuit ob lepidos mores  
et facetias ac extra modum festivam dicacitatem tota urbe no-  
tissimus. Comoedias hic iocosasque fabulas ingeniose compo-

<sup>12</sup> Haec dicenda videtur prima domus Exercitiorum, etiamsi stabilis non fuit. I. IPARRAGUIRRE, *Historia de los Ejercicios*, I, 143-144.

nebat, et vulgo iactabat; quin etiam se ipsum saepius dabat  
 20 in theatrum, et iocularium personarum (quas, eadem etiam in  
 scena, multas [35] agebat) dicta, facta gestusque scurrili nimis  
 et theatri licentia vere mimus imitabatur. Hic cum solutos  
 ante actae vitae mores acerbè tandem doleret, mutare vitae ra-  
 tionem plane decrevit, modumque excogitavit quo populo, de  
 25 quo (si exemplum spectes profligatae vitae) pessime fuerat  
 promeritus, satisfaceret. Ad unum igitur de Patribus accedit,  
 eidem exponit habere se in animo in celebriori urbis templo  
 animum vere paenitentis ostendere; videri autem sibi id com-  
 modissime futurum, si iniecto in collum fune, quando maior  
 30 esset in templo frequentia, veniam ab omnibus seria iam ora-  
 tione postularet. Pater homini inprimis consulit, ut Vicarium  
 adeat<sup>13</sup>; tunc vero, si is permittat, rem peraget. Sacerdotis vo-  
 luntatem Vicarius complexus est, consilium collaudavit, et ut  
 rem faceret, libenter concessit. Laetus atque hilaris ad Patrem  
 35 sacerdos redit, Vicariiue voluntatem significat; sed hominem  
 adhuc Pater monet, ut religiosum quendam virum, ex familia  
 Franciscana, urbis concionatorem consulat; cui si, inquit, res  
 probetur, is post concionem poterit, populum, priusquam de-  
 cedat, admonere, ut paulo amplius expectet; tunc ascendas  
 40 ipse suggestum, atque inde quanto maximo dolore possis, ve-  
 niam implora. Vix certe possim hoc loco explicare, quantus fuerit  
 in tota multitudine luctus consequutus, cum iocularem alias  
 hominem, adeo nova forma ac habitu mutatum conspexit, cum-  
 que in petenda venia plena doloris, plena lacrymarum verba  
 45 percepit. Res itaque fuit maximo omnibus exemplo, ac toti  
 civitati mirabilis. [35v] Summis hic postea votis et multum in-  
 flammata voluntate contendit, ut in Societatem ascisceretur;  
 sed cum rem nunquam obtinuisset, in Franciscanorum Patrum  
 societatem (quos vulgo Capuccinos vocant) est admissus, ubi  
 50 vitam deinde totam in summa religione traduxit. Et mihi  
 quidem aliquot annis post Senas venienti relatum est eum cum  
 singulari omnium exemplo et constanti virtutis significatione  
 diem iam supremum obiisse<sup>14</sup>.

[97] Nec honesti illi adolescentes, qui animum ad pietatis  
 55 studium adiunxerant, minora postea sui ardoris indicia prae-  
 buerunt. Nam Senis nonnulli, inconsultis ignarisque parentibus

[*Textus latinus sequitur in p. 127*]

36 Pater sup. lin.

<sup>13</sup> Franciscus Cosci. EB, 200; TV, II/1, 201; FX, 384.

<sup>14</sup> Quisnam ille fuerit, ignoratur. Cf. TV, II/1, 201, n. 3.

[*Paragraphi 93 - 100 desunt in textu lusitano*]

Romam profecti sunt, ut in Patrum societatem cooptarentur ; sed a medio fere iam itinere parentum interceptione revocati sunt. Eandem iterum illi fugam cautius tentarunt, Romamque tandem pervenerunt, ubi fuerunt aliqui in Societatem asciti<sup>15</sup>. 60

[98] Iis forte laboribus, quos Senis duo illi Patres immoderatos pertulerunt, fractus alter<sup>16</sup>, adeo gravi conflictari morbo coepit, ut summum vitae discrimen adierit, fueritque, relicto socio, Romam reverti compulsus, ubi quatuor alios, qui in Urbe remanserant, nihilo sane minus otiosos invenit<sup>17</sup>; complura 65 enim charitatis officia passim exercebant, nec multo post beneficium illud charitatis opus in maxima annonae caritate erga pauperes obierunt, de quo supra meminimus<sup>18</sup>.

[99] Hactenus quae Senis acciderunt. Nec eadem in re iam ultra progredere, nisi unum quiddam prorsus [36] incredibile ac inauditum subiret animum, quod paulo ante Patrum adventum in hac urbe contigerat. Non multa passuum millia Senis aberat sacra quaedam aedicula, iuris, sive ditionis melitensis, in qua permulta eaque clarissima divinitus edi miracula, frequentibus hominum sermonibus subito increbruit. Rumorem 75 primo faciendi quaestus gratia a vicino caupone, atque aliis nescio quot cupidioribus hominibus excitatum ferunt. Fit ergo in aediculam undique celebris et quotidiana concursio ; nec modo rudis atque imperita plebs confluit, sed omne genus hominum, omnis status sexus atque aetas concurrat ; redundant 80 advenientium multitudine circumiacentes agri ; miracula identidem omnes pleno ore proclamant, et quasi a mentis sede extur-

<sup>15</sup> Eorum nomina ignoramus, dum de aliis qui in his Societatis primordiis ingressi sunt, ea scimus. Fieri potest ut hi iuvenes senenses parum temporis in Societate permanserint. Cf. TV, II/1, 202<sup>1</sup>.

<sup>16</sup> Ipse Rodrigues, quem Ignatius Romam advocavit. EM, I, 41 ; *Chron.*, I, 86.

<sup>17</sup> Hi erant Ignatius, Xaverius, Coduri et Salmerón.

<sup>18</sup> Supra, n. 80.

bati miracula iterum ac saepius excitatis clamoribus inaniter ingeminant; pernoctant hinc inde promiscue viri ac faeminae.

85 Sed age porro, qualem haec hominum tanta religio exitum habuit? Sacellum plerique ingressi, ubi tantisper a vociferationibus quiescebant, subito, quasi fanatici, templo exhibant, miracula rursus iteratis clamoribus praedicantes, et ad unum quendam lapidem certatim ac furenter cursitabant, in quem

90 sponte resupini incidebant, subitoque a diabolo corripiebantur, atque energumeni fiebant. Aliae etiam piae sed ignarae Senis mulierculae, quibus in hanc aediculam venire non dabatur, studiose rogitabant, quantum esset ex urbe in hunc locum itineris intervallum; quod ubi cognoverant, intra ipsos privatos

95 parietes locum animo designabant, quem toties in gyrum obirent, usque dum spatium illud omnino conficerent; quo tandem peracto, tunc etiam repente, quasi delirantes, iisdem illis [36v] proclamationibus, miracula videlicet iterum atque iterum inclamantes, curriculo destinatum lapidem petebant, et se in

100 eundem supinas etiam devolvebant, similiterque a cacodaemone quamprimum occupabantur. Quarum quidem faeminarum complures ipsi Patres viderunt, imo non paucas, sacris Ecclesiae ceraemoniis adhibitis, tanto malo liberarunt. Has ergo ludificantium daemonum praestigias frequenter Patres execrabantur; et quidem, quoad fieri potuit, tantam errorum caliginem

5 a diabolo nequiter offusam, bona ex parte dispulerunt, multasque oppressas mulierculas divino praesidio relevarunt.

[100] Diximus quas in urbes Italiae, post approbatam vivae vocis oraculo Societatem, primi illi Patres a Pontifice maximo

10 destinati fuerint, antequam litteras de confirmatione obtinerent; qui consequentium annorum decursu, Pontificis etiam imperio, extra Italiam missi sunt in diversa orbis regna et provincias, Germaniam dico, Poloniam, Hyberniam, Galliam, Hispaniam, atque orientis solis Indiam. Sed ad confirmationem

15 Societatis, unde paulo liberius digressi sumus, redeamus.

[101] Multum profecto laboris facessitum est Patribus, dum eiusmodi confirmationis diploma expediendum curarunt. Repugnabant enim ii cardinales, a quibus Pontifex voluit ut negotium hoc prudenter et attente prius examinaretur. Inter

20 reliquos autem praecipue renitebatur unus, Bartholomaeus Guidiccionius Cardinalis, vir sane pius, et iuris canonici apprime peritus; qui forte considerans aliquot religiosorum hominum

90 sponte *sup. lin.*

[*Paragraphi 93 - 100 desunt in textu lusitano*]

[101] Depois para o tirar das Bullas da aprovação que Sua Santidade tinha feito, socederão grandes trabalhos e dificuldades por parte de huns certos cardeaes, aos quaes Sua Santidade remeteo este negocio e quis que fose primeiro bem examinado, e principalmente foi contrario a esta confirmação hum da-  
quelles cardeaes a quem o negocio era cometido, o qual cardeal<sup>45</sup> se chamava Bartolomeo Gudichon, homem virtuoso e douto em iure canoniquo, o qual vendo que algumas religiões não

familias multum a primo instituti sui fervore, disciplina et perfectione lapsas refrixisse, opinabatur quotquot in ecclesia Dei  
 25 sunt ad 4<sup>or</sup> esse reducendas ; qua de re scripsisse librum dicebatur<sup>19</sup>. Hic igitur adeo a [37] confirmanda Societate abhorrebat, ut nullo modo, nullis rationibus, nullo denique humano consilio posset adduci, ut vel saltem formulam instituti Societatis scriptam legeret<sup>20</sup>. Ad Deum ergo Patres confugiunt, assiduis  
 30 precibus ab eo contendunt, ut Cardinalis animum inflectat ; triaque missarum millia Deo hanc ipsam ob rem offerri curant. Ille repente mutatus, velle se Societatis institutum videre atque intelligere significat ; ubi vero intellexit, usque adeo probavit, ut in extremam aliam opinionem discedens, iam reliquis religiosis hominibus hoc unum institutum amplectendum asseverarit. Rem tamen ad exitum perducere non posse existimans, dicebat non oportere Societatem confirmari, ne tanta religionum multitudo in Ecclesia cerneretur. Deinde etiam Summo Pontifici Societatis institutum mirum in modum commendavit,  
 40 adiiciens nihilominus a se tam multiplicem religionum varietatem minime probari.

[102] Dum haec geruntur et Societatis obsistitur confirmationi, annus conficitur<sup>21</sup>: ac simul etiam confecto cardinalis Guidiccionius vitae suae curriculo, cessit e vita<sup>22</sup>. A Pontifice  
 45 vero aliquot post diebus, scripta Societatis confirmatio benigne fuit concessa anno 1540, 5<sup>o</sup> Kalen. octob., ut plane constat ex primo eius confirmationis diplomate. Quoniam vero res haec tandiu fuerat agitata, tamque multae in hoc extricando nodo controversiae et disceptationes extiterant, caute provisum est  
 50 a Pontifice in hac confirmatione, ut numerus professorum Patrum sexaginta non excederet. At paulo post felici Societatis progressu considerato, ampla a Pontifice potestas facta est recipiendi omnes qui huic instituto, vocante Domino, nomina dare vellent<sup>23</sup>. Summus hic Pontifex ita in nostros propensus,  
 55 [37v] ita beneficus fuit, ut cum iam propemodum animam

56 demum *sup. lin.*

<sup>19</sup> De eo v. V. SCHWEITZER, *Kardinal Bartolomeo Guidiccioni*, in *Römische Quartalschrift*, 20 (1906) 27-53, 142-161 ; 189-204. Vide in FN, I-II, indicem sub nomine Guidiccioni. TV, II/1, 181-286 ; FX, 451-452. In suis operibus *De concilio universali* et *De Ecclesia et reformatione ministrorum* propugnavit acerrime observationem prohibitionis circa introductionem novorum Ordinum in conciliis Lateranensi IV et



andavam no fervor he perfeição de seu primeiro instituto, tinha por openião que todas as religioens se reduzissem a quatro, e 50  
 disto se dezia que tinha feito hum livro<sup>19</sup>. E foi tam contrairo a que se confirmasse a Companhia, que não avia rezão humana que o pudesse abrandar, de maneira que nem ver in scriptis o Instituto da Companhia queria<sup>20</sup>. Emcomendou-se este negocio [195v] muito a Deos e disserão-se por este cardeal tres 55  
 mil missas, e elle começou a querer ver e entender ho Instituto da Companhia, e depois de visto quadrou-lhe tanto e afeiçoô-sse tanto a elle, que saltou em otro extremo dizendo que todas as otras religiões avião de seguir este Instituto; mas porque lhe parecia que isto não se podia efectuar, que todavia era de parecer 60  
 que não se confirmasse a Companhia, por não aver na Igreja de Deos tanta variedade de religiões; e sobretudo isso louvou diante do Papa muito o Instituto da Companhia, mas que todavia não era de parecer que ouvesse otra variedade de religiões.

[102] E nestas contradições se passou hum ano<sup>21</sup> e elle 65  
 tambem passou desta vida a outra<sup>22</sup>, e depois ho Papa confirmou a Companhia, dando a confirmação della em escrito em o ano de 1540, aos 20 [196] e sete do mes de Setembro, assi como consta polla primeira Bulla de sua confirmação. E porque, todavia, este negocio foi tam disputado e examinado e contra- 70  
 riado, o Papa o confirmou contanto que não se podessem nela receber mais de 60 pessoas. Depois, dahi a pouquo tempo, vendo ho bom sucesso da Companhia, deu licença para receberem todos os que Deos a ella chamasse<sup>23</sup>; e estando este Papa, de boa memoria, para morrer, a ultima cousa ou das mais ultimas 75  
 que fez antes de espirar foi dar grandes privilegios, graças e indulgencias à Companhia, como consta pellos praevilegios e

47 Bartolomeo marg.

Lugdunensi sancitae. Textus eius de hac re edidit TV, I/2, 207-214. Cf. FN, II, 279.

<sup>20</sup> Cf. FN, II, 145, 445.

<sup>21</sup> Paulus III formulam Instituti Soc. Iesu oretenus approbavit die 3 septembris 1539. Cf. MI, *Const.*, I, p. 22; Bulla « Regimini militantis ecclesiae » data est 27 septembris 1540.

<sup>22</sup> Error manifestus, nam Guidiccioni mortuus est 28 augusti 1549 in Curia Romana. EUBEL, p. 29; TV, II/1, 293<sup>2</sup>; FX, 451<sup>5</sup>.

<sup>23</sup> Anno 1544, 18 martii, per bullam « Iniunctum nobis ».

esset efflaturus, singularia demum privilegia et indulgentias Societati erogarit, ut ex iisdem videre est <sup>24</sup>. Hoc igitur illius factum, multaque alia, quae praeclare ab ipso edita scimus. Deus optimus Maximus sempiterno felicitatis munere, pro sua  
 60 liberalitate, compenset.

[103] Interea dum illa Romae gerebantur, que ad promovendum nascentis Societatis institutum attinebant, ut iam supra memoravi, Pater quidam, qui Deo rem in oratione commendabat, videre sibi clarissima luce videbatur desertam vineam, herbarumque ac stirpium asperitate sylvescentem; emarcescentibus, nec putatis vitibus squalidam, foliisque ipsis vitigineis parum adultam. In altera deinde vineae parte expresse ipsius animo ac dilucide obiecta est, inter incultas illas et arescentes vites, species unius cuiusdam vitis multis ac viridantibus foliis,  
 65 iisque latissimis atque amaenissimis convestitae; e qua longissimi surculi seu palmites pulcherrimis quibusdam ac faecundissimis racemis, nondum tamen maturitatem assecutis, emergebant. Aspiciebat praeterea propagines illas una cum frondibus ac racemis, per herbam illam seu faenum, quod iam multum  
 70 adoleverat, extendi et propagari, mediasque alias vites pene exesas pervadere. Atqui prima illa derelictae vineae herbescentis nec amputatae oblata specie, repraesentari sibi statum intelligebat, quem id temporis haberet Ecclesia; per vitem autem ac palmites nondum maturis onustos racemis in inculta illa et  
 75 senescente vinea, significari sibi credebatur recentis adhuc Societatis conditionem; ac demum per longissimos illius vitis surculos, qui per herbas vineamque situ squalentem sese iniiciebant, occurrebat ipsi Societatem per terrarum [38] orbem sic fore fundendam.

[104] Idem ipse Pater, cum similiter esset orationi intentus, visus sibi est clare et perspicue animo contueri speciosissimam arborem mediocriter proceram, cuius truncus aequa portione formatus et quasi tornatilis columnae rotundissimae similitudinem ducebat; summa vero pars, virentibus diffusa ramis,  
 80 atque apta partium collocatione in orbem eleganter compositis, circuli formam referebat. Iam vero, quaenam illa foret arbor, cogitatione versanti occurrit animo pyrum esse; e pyro deinde mentis acie liberius discurrens, repetebat isthaec apud se, pyrus,

<sup>24</sup> Anno 1549, 18 octobris, Paulus III dedit bullam « Licet debitum », qua multa Societati privilegia concessit. Paulus III, 10 novembris eiusdem anni supremum diem obiit.

graças que elle concedeo à Companhia <sup>24</sup>; e asi por esta obra como por outras muitas que elle fez Deos lhe dê muita gloria en seu reino caelestial.

80

[103] Em o tempo que se tratavão as cousas arri-[196v]ba ditas acerca do Instituto da Companhia, estando hum Padre em oração emcomendando este negocio a Deos, se lhe representou em seu entendimento ver huma vinha como já em mortorio, chea de erva e com as vides já emvelhecidas e por podar, e com as folhas das vides pouquo crecidas. E em huma parte desta vinha entre as otras videiras mal medradas, se lhe representou com grande viveza e claridade ver huma videira com muitas folhas grandes e mui fresquas e verdes, e com humas varas mui compridas e com alguns cachos de uvas mui fermosas e bem criadas, mas nam inda maduros. E via que aquellas varas com suas folhas e cachos se hiam metendo e estendendo mui fortemente pelo meio daquella erva ou feno que era bem crecido, e pello meio daquellas otras videiras. E atrás isto, por aquella vinha em mortorio e chea de erva e por podar pare-[197]ceo-lhe entender que aquelle era ho estado em que então estava a Igreja, e polla videira e varas com cachos verdes entre aquela vinha mal medrada, lhe parecia entender o estado em que a Companhia então estava no mundo; e pollas varas compridas daquella videira, que se metiam fortemente e estendião por meio daquellas ervas e vinha emvelhecida, lhe parecia que asi se avia de estender pollo mundo a Companhia.

85

90

95

100

[104] Da mesma maneira, estando outra vez em oraçam, se lhe representou ver no entendimento huma arvore mui fermosa e de mediocre statura, e o tronquo ou pé da arvore a modo de huma coluna mui redonda e mui bem proporcionada, e em cima com seus ramos verdes fazia huma copa e roda mui graciosa e bem ordenada. E estando cuidando que arvore seria aquella, veo-lhe ao entendimento que era pireira, e de pireira descorreo dizendo: pereira, Petrus, petra. E atrás [197v] isto fez huma conclusão, dizendo: enfim, por esta arvore se representa a Igreja; e atrás isto vio ao pé desta arvore huma videira inda nova e delguada, mas bem comprida, a qual se abraçava e cingia com o tronquo e pé daquella arvore, e começava a dar volta

5

10

Petrus, petra. Unde ita Pater intulit : — Hac certe, hac, inquit,  
 95 arbore Ecclesia designatur —. Vitem tum deinde ad huiusce  
 arboris stipitem repentino conspexit, novellam illam quidem et  
 gracilem, sed longiusculam, quae truncum complexa arboris,  
 illum undique circumdabat, ac sursum irrepens ascendere inci-  
 piebat ; sensitque statim nova illa vite Societatem significari,  
 100 quae tunc primum in Ecclesiae agro erumpebat, illique adhaerens  
 coniungebatur ; quam coniunctionem Pater ille apud se miram et  
 inexplicabilem rem esse quadam mentis amplitudine concipiebat.

[105] Dictum est igitur hactenus a me summam de prin-  
 cipio et origine Societatis, de peregrinationibus, diversisque lo-  
 5 corum stationibus, per quae omnia, divina ipsos sapientia de-  
 duxit, iam inde Lutetia Parisiorum profectos, usque ad con-  
 firmatam Romae Societatem. De reliquo autem Societatis pro-  
 gressu, deque iis, quae deinceps in ea evenerunt, cum notiora  
 sint, melius scribent alii. Illud ego solum in calce adiiciam,  
 10 non fuisse mihi in animo de [38v] quoquam separatim ex pro-  
 fesso dicere, sed ea tantum generatim referre, quae ad originem  
 et primum Societatis progressum spectarent, nisi forte res ullae  
 privatae, quae in id tempus inciderunt, obiter intexendae vi-  
 derentur. Quibus in rebus, tum vel etiam in aliis, si minus pru-  
 15 dentem me forte et consideratum gessi, tuae singularis prudentiae  
 erit, Pater admodum colende, errata mea sapienter operire ac  
 corrigere, et Illis meque dignam paenitentiam iniungere. Cae-  
 terum in omnibus exaltetur Ille, a quo bona cuncta procedunt,  
 et qui omnia operatur in omnibus.

20 Datum Ulyssipone, 25 die mensis iulii anno 1577.  
 Subditus et servus R. P. tue

SIMON <sup>25</sup>.

<sup>25</sup> A verbis « Datum Ulyssipone » ad verbum « Simon » manu propria  
 Simon Rodrigues scripsit, qui nomini Simon signum suum adiecit.

ao rededor della e a sobir e a trepar por ella arriba. E logo atrás 15  
isto se lhe representou que aquella nova videira era a Companhia  
que de novo crecia na Igreja e com ella se ajuntava; e este ajun-  
tamento sentia aquele Padre dentro de si ser huma grande  
cousa.

[105] Já tenho sumariamente dito do principio e origen 20  
da Companhia e das perigrações e lugares pello quaes Deos  
trouxe os primeiros Padres da Companhia des que sairão de  
Paris até à confirmação della. Do mais progresso da Companhia  
e das cousas que dahi en diante nella socederam, por serem cousas  
mais sabidas poderão otros [198] melhor escrever. E digo que 25  
minha tenção não foi escrever de ningem em particular, senão  
em geral do progresso e origem da Companhia ; e se en isto ou  
em alguma outra cousa procedi endiscretamente e com pouqua  
consideração, V. P. com sua prudencia emcubra minhas faltas  
e as emmende e mande a penitencia que ellas e eu merecemos 30  
et in omnibus exaltet ille a quo bona cuncta procedunt et qui  
omnia operatur in omnibus.

Finis. Laus Deo.

## 4

GUNDISALVI DE ILLESCAS  
HISTORIA PONTIFICAL Y CATOLICA

Editionis 3<sup>ae</sup> (Burgis, 1578) fragmentum  
(l. VI, c. XXVII, pp. 426-427)

I. - Gundisalvus de Illescas, qui primus in Hispania historiam Pontificum Romanorum vulgari lingua conscribendam suscepit, agens de Pontifice Paulo III, brevem narrationem intexuit de Societatis initiis, quam, consilium nostrum persequentes, nostro huic volumini inserendam censuimus. Eam desumimus e tertia editione facta Burgis anno 1578, typis Martini de Vitoria. Haec tertia editio ultima fuit ex his quas auctor paravit typisque mandavit; ideo ex hac editione textum nostrum desumimus. De opere de eiusque auctore pauca quaedam.

*Historia Pontifical y católica* sex voluminibus in lucem editis inter annos 1565 et 1678, continet historiam Pontificum Romanorum, inde ab initio usque ad annum 1676, id est, usque ad pontificatum Clementis X. Opus incepit Gundisalvus de Illescas, qui duobus voluminibus in folio saepius impressis pervenit usque ad annum 1573, seu initium pontificatus Gregorii XIII. Postea tres alii scriptores successive opus continuarunt: Ludovicus de Bavia conscripsit partes tertiam et quartam; Marcus de Guadalajara et Javier, partem quintam; Ioannes Baños de Velasco, partem sextam.

En tibi titulum secundae partis:

*SEGUNDA PARTE / DE LA HISTORIA PONTIFI- / cal y Catholica : en la qual se prosiguen las / vidas y hechos de Clemente Quinto y de los demás Pontífices sus successores, hasta Pío Quinto ... COMPUESTA Y ORDENADA POR EL DOCTOR / Gonçalo de Illescas, Abbad de S. Frontes, y beneficiado de Dueñas / En Burgos por Martín de Vitoria / M. D. LXXVIII / Con Privilegio.*

Elenchum omnium editionum huius operis, tum earum partium quas G. de Illescas composuit, tum earum quae eius continuatoribus debentur videre potes apud Ludwig PFANDL, *Gonzalo de Illescas ...* (cf. paulo inferius BIBLIOGRAPHIAM), pp. 26-27.

II. - De Gundisalvo de Illescas pauca omnino nota sunt. Natus est in oppido Dueñas, dioecesis Palentinae in Hispania, incerto anno. Sacerdos factus, in natali oppido beneficium obtinuit, cui additum est munus Abbatis eremitorii de «San Frontes», prope Zamoram. Historiam Pontificum scribere aggressus est anno circiter 1553. Diem supremum obiit circa annum 1583. Ita NICOLAUS

ANTONIO, *Bibliotheca Hispana nova* (Matriti, 1783), p. 557 ; PFANDL, 30.

Fragmentum quod iterum edimus composuit sine dubio G. de Illescas anno 1572. Ibi enim narratur pius obitus Patris Petri de Balvas, qui die 2 ianuarii 1572 evenit, ex altera vero parte inter viventes numeratur S. Franciscus Borgia († 30 septembris 1572). Praeterea alio in loco dicit ipse: « en poco más de treinta y dos años que se confirmó su Regla ... », significans primam Societatis confirmationem a Paulo III per bullam *Regimini militantis Ecclesiae* concessam die 27 septembris 1540.

 interpretamur*: ----- le mostrò ----- de S.<sup>o</sup> [An]drea una ---- ga de Barcelona

<sup>19</sup> Idem repetivit in processu vidua Ioannis Pasqual, quae asserit  
 se vidisse epistolam S. Ignatii, haec aut similia verba continentem :  
 « Antequam in manu pennam acciperes, ego intellexi quod mater  
 Pasquale esset in caelo ; ex quibus omnes colligebant quod dictus Pater  
 Ignatius haberet spiritum prophetiae ». *Scripta*, II, 310. Nec litteras  
 Araozii nec Ignatii responsionem invenimus.



num quoddam collegium, cuius nomen consulto reticeo, soluta admodum disciplina, corruptisque moribus, ad veterem sanctimoniam ac sobrietatem omni studio revocare nitebatur: suadebatque illis praecipue frequentem usum sacrae Confessionis, et Eucharistiae. Quam ad rem, temporibus illis insolitam, quo facilius eas adduceret, praeire ipsemet illis palam decrevit, adhibito ad id Moyse Puialto sacerdote, quo ipse ad confessiones utebatur, spectatae virtutis ac sanctitatis viro. Igitur ex eius manu corpus Domini cum subinde sumpsisset, feminis ex odæo spectantibus; tam praeclaro exemplo et assiduis hortationibus incitatae, pleraeque ad salutarem paenitentiam officiumque traductae sunt. Quod nefarii quidam amatores ubi sensere, aditumque sibi ad optata flagitia magis in dies obseptum videre; in extremam efferati rabiem, Ignatium et Puialtum ex insidiis adoriri constituunt: ac die quodam a templo redeuntem utrumque fustibus ita male acceperunt, ut Puialtus paulo post e vulnere dolore sit mortuus: Ignatius vero dies aliquot in lecto iacuerit. Sed vixdum receptis viribus, nec alterius nece, nec suo malo perterritus, ad instituta caritatis officia rediit alacer. Cumque eum vulgo monerent, ac per Deum obtestarentur amici, ne denuo in capitis discrimen daret sese: Quid mihi optatius, inquit ille, quam pro Christo Domino, meisque proximis emori?

#### Cap. XIV - p. 192

Post reversionem vero, dum Barcinone, ut initio dictum est, Grammaticae rudimentis operam dat, res accidit ad viri sanctitatem illustrandam haud levis momenti. In paroecia beatae Mariae, cui a Mari cognomen est, ad plateam Lullianam, Lyssani duo fratres de patrimonio diutius litigaverunt. Ac denique a iudicibus lata sententia, is qui causa ceciderat, prae nimio dolore ad ultimam desperationem redactus, impulsu daemonis e cubiculi trabe laqueo se suspendit: ea re cognita vicini ad taetrum illud spectaculum confluunt, mirantes hominis facinus, miserantes insaniam. Id simul atque Ignatius audivit, confestim advolat, pendentem ex infelici tigillo restem praecidit, hominem vel cadaver potius collocari iubet in lectulo. Deinde seorsum nixus genibus pro salute ipsius Deum orare non sine lacrymis institit. Res mira. Deprecante Ignatio, cunctis qui aderant in lectulum obversis, et exspectatione suspensis: miser ille repente sustulit oculos, vocisque usum eatenus dumtaxat recepit, quoad vocato celeriter in id sacerdoti peccata rite confessus est, ac demum expiatus, animam e Tartari faucibus ereptam Domino reddidit. Cuius rei fama totam urbem, finesque illos magna cum omnium admiratione pervasit; et supersunt hodie, qui meminerint: a quibus ego id ipsum Barcinone diligenter quaesivi.

## 6

P. BENEDICTI PALMIO  
AUTOBIOGRAPHIA

1580-1598 ?

Capita XI-XXI, XXXI-XXXIII

*Praefatio*

I. - EDITIO : TACCHI VENTURI, *Storia della Compagnia di Gesù in Italia*, II/1, pp. 362-369 (capita I-X) ; Id. I/2, pp. 242-256 (capita XI-XVIII). Nota bene in dicta editione exhiberi capitum numerationem antiquam, priusquam a Palmio correctam fuerit. Capita XIX, XX, XXI, XXXI, XXXII, XXXIII, nunc primum in lucem damus.

II. - AUCTORES : TACCHI VENTURI, *Storia*, I/2, 16-18.

III. - TEXTUS : *Vitae* 164, ff. 118-163v (prius ff. 2-47v). Est textus originalis, a librario scriptus, sed in multis locis ab auctore emendatus. Opus caret titulo generali, incipit autem hoc modo : † *Ex quibus parentibus ortus sit*. Quem titulum Palmius propria manu ita mutavit : *E qua stirpe profectus sit Benedictus Palmius*. Cap. 1. Sed postea integrum hoc cap. I delevit. Hoc loco incipit antiqua numeratio foliorum, a f. 2 (quod correspondet hodierno f. 118), posita, ut videtur, ab eo ipso qui opus transcripsit. Notandum est, capita I-X postea, ut videtur, fuisse addita. Nam caput XI, ex quo nos incipimus editionem, fuerat antea caput I, folia autem ex illo loco distinguuntur ope litterarum, a littera A ad litteram Z, ad calcem foliorum positarum. Palmius, praeter alias a se inductas correctiones, capitum divisiones mutavit, prout a nobis in apparatu critico indicabitur. In fol. 163 (ad finem fol. Z) explicit narratio *Vitae* Palmii. Sequuntur alia folia, antiqua numeratione carentia, Palmii manu omnino scripta, quae filum narrationis praecedentis minime sequuntur. Inde a f. 171 usque ad fol. 183, quod est ultimum totius codicis, adsunt scripta varia. In f. 175 copia epistolae cardinalis Contarini de orali approbatione Societatis, 3 sept. 1539. In f. 180 : *Historia del collegio di Padova*. Ulteriore notitiam vide initio voluminis, ubi codices describuntur.

In cod. *Hist. Soc.* 5b, f. 66 fragmentum huius Autobiographiae transcriptum est. Vide FN, I, 70.

IV. - DE OPERIS SCRIPTORE : Benedictus Palmio (vel potius Palmia, quod erat re vera cognomen suae gentis<sup>1</sup>), natus Parmae 11 iulii a. 1523<sup>2</sup>, Patres Fabrum et Lainium in ea urbe a. 1540 contionantes magna animi benevolentia prosecutus est, eorumque vitae genus sequi decrevit<sup>3</sup>. Non tamen statim Societatem ingressus est, sed antea Bononiae studiis vacavit, quo tempore a. 1546 sub Hieronymo Doménech exercitia spiritualia peregit<sup>4</sup>. Eodem anno Romam venit, ubi ab Ignatio in Societatem admissus, sub eodem tyrocinium per menses 20 fecit<sup>5</sup>. Anno 1548 Messanam missus est, inter eos qui Societatis collegium in ea urbe condituri erant. Inde anno 1553 Romam revocatus sacrisque initiatus, contionatoris munus magna cum laude suscepit. Sollemnem professionem emisit Patavii, 15 augusti 1559, in manibus episcopi Trevisani<sup>6</sup>. Fuit Provincialis Lombardiae (1559-1566), Assistens Generalis sub Borgia (1565-1572) et Mercuriano (1573-1580). Fuit contionator Apostolicus<sup>7</sup>. In Congregationi generali 4<sup>a</sup> qua Claudius Aquaviva electus fuit Generalis, munere Assistantis relicto, Ferrariam se contulit, ubi postremis vitae suae annis commoratus, pie obdormivit in Domino, 14 novembris 1598<sup>8</sup>.

Opus Benedicti Palmii, prout in codice *Vitae* 164 servatur, in duas partes clare dividitur, quarum utraque titulo caret. Prior pars, a f. 1 ad f. 117, potius quam autobiographia dici potest tractatus de malis quae, secundum Palmii opinionem, unionem animorum in Societate perturbant. Altera pars est autobiographia proprie dicta. In priore tractatu clare manifestatur Palmii animus male affectus erga quosdam de Societate: dum enim multum extollit

<sup>1</sup> TV, II/1, 231<sup>4</sup>.

<sup>2</sup> Ibid., II/1, 363<sup>1</sup>. Unde corrigendus est Patrignani (*Menologio*) qui annum natalem Palmii dicit fuisse 1525.

<sup>3</sup> De horum Patrum praedicatione Parmae v. inter alia, FN, I, 212 ss.

<sup>4</sup> Vide infra, textum n. [1], annot. 1. Cf. IPARRAGUIRRE, *Historia de los ejercicios*, I, 288, n. 979.

<sup>5</sup> TV, II/2, 41-45.

<sup>6</sup> Rom. 53, f. 2; Cong. 20b, f. 2.

<sup>7</sup> Coram Summo Pontifice contionatus dicitur iam anno 1556, MI, Epp., X, 450. Pius V ei munus contionatoris Apostolici contulit, primusque fuit qui hoc munere ordinario functus est: « Benedictus Palmius coram Pontifice nostrorum hominum primus conciones ordinarias habuit ». SACCHINI, p. III, l. IV, n. 135. Cf. MAURO DA LEONESSA, O. F. Min. Cap., *Il predicatore apostolico* (Isola del Liri, 1929), pp. 48-51. Cf. ibid., pp. 18, 29.

<sup>8</sup> De Benedicti Palmii vita, vide FN, I, II (in indice generali). Summarium vitae suae ipse Palmius scriptum reliquit in cod. *Vitae* 164, ff. 85-88. Vide etiam: PATRIGNANI, *Menologio*, t. IV, pp. 97-100; DE GUILHERMY, *Ménologe, Italie*, II, 505-507; IUVENCIUS, *Historia Soc. Iesu*, p. V, l. 24, § 33, pp. 820-821; BARTOLI, *Degli uomini e dei fatti*, t. III, c. 25-26; SOTUELLUS, *Bibliotheca*, p. 111; SOMMERVOGEL, VI, 156-157; TV, II/1, 231-234; II/2, 41-45.

mutuam caritatem et unionem quae Sancti Ignatii tempore floruit, in inquirendis causis amissae huius unionis diu immoratur. Huiusmodi causae sunt: motus in Lusitania excitati occasione Simonis Rodericii; spiritus Borgiae, quem a spiritu S. Ignatii Palmius diversum reputat; divisio animorum in Hispania ratione vexatae quaestionis de «novis christianis»<sup>9</sup>.

Altera pars, seu autobiographia proprie dicta, factis ipsis enarrandis inhaeret et in eorum obiectiva aestimatione immoratur. Ex ea nos ea capita edenda suscipimus quae de S. Ignatio verba faciunt, usque ad caput XXXIV, ubi Ignatius iam mortuus supponitur. Haec fragmenta illustrant vitae partem S. Ignatii minus notam, modum scilicet ab eo servatum in noviciorum formatione, nobisque ante oculos ponunt vitam internam primae Societatis communitatis ad Sanctae Mariae della Strada.

Dum de Ignatio agit, Palmius est testis magnam habens auctoritatem, nam ea refert quae ipse vidit, quorumque ipse testis fuit. Sancto Conditori sese addictissimum semper ostendit. En eius verba:

«Finchè visse Ignatio, fu [ipse Palmius] da lui molto singolarmente amato, et dell'opera di Benedetto, avanti che lo mandasse in Sicilia, si servì sempre nel governo della casa, quantunque fosse novitio; et dipoi che lo richiamò di là a Roma, oltre che predicava in chiesa nostra, volse che intravenesse (ancora che fusse assai giovane) nelle consulte con Polanco, Madrid et Olavio, che servivano come quattro Assistenti eletti et designati da Ignatio, il quale ancora ordinò che facesse professione; ma essendo prevenuto Ignatio dalla morte, non potè Benedetto fare la professione in man sua, lasciò però Ignatio in scritto di sua propria mano, che Benedetto facesse professione...»<sup>10</sup>.

Quam bene senserit de Ignatio Palmius ostendunt haec eius verba:

«... purchè quello che governa habbia il dono della prudenza et discretione che induce all'osservanza di dette regole, con quella soavità che conviene, come s'è veduto nella prudente pratica che sempre tenne nel suo governo la santa memoria del benedetto nostro Padre Ignatio; et come da lui havemo havuto le constitutioni e regole, così haveremo ancora havuto il modo di praticarle...»<sup>11</sup>.

V. - TEMPUS: Opus constat 67 capitibus, quorum ultimum verba facit de fundatione collegii Mediolanensis, anno 1572, unde annos 49 vitae auctoris comprehendit. Non tamen eo tempore scriptum dici debet, sed post Mercuriani mortem, nam de eo vita iam functo saepe fit mentio (v. gr. f. 39). Ex eo eventu nobis ele-

<sup>9</sup> *Vitae 164*, praecipue in ff. 13-18. De eodem argumento agit in codice *Instit. 106*, ff. 92-132: *Descrittione d'alcune cause dalle quali sono procedute le discordie con molti mali et inconvenienti che tuttavia affliggono nella Compagnia, acciò essendo intese, si preghi Iddio che ci illumini per rimediare come conviene et è necessario per servitio e gloria sua.*

<sup>10</sup> *Vitae 164*, f. 86v. Similia dicuntur ibid., f. 171.

<sup>11</sup> *Instit. 106*, f. 5.

menta desunt ad strictius definiendum tempus quo scriptum est, videtur tamen ad finem vitae, intra annos 1580-1598.

VI. - RATIO EDITIONIS : Edimus ex autobiographia capita XI, XI bis, XII-XXI; XXXIX-XXXIII. Textum exhibemus prout a Palmio correctum est, sed ponimus in apparatu lectiones priores. Verba Palmii autographa typis italicis distinguimus. In apparatu littera P indicat Palmium.

### Textus

1. *Benedicti vocatio. Romae ab Ignatio excipitur.* — 2. *Benedicti animi sensus dum Societatem ingreditur.* — 3. *Munditiam consecratur Benedictus. Eius hac in re victoria.* — 4. *Quid de munditie sentiret Ignatius.* — 5. *Quantum solatium e praecedenti victoria reportaverit Benedictus.* — 6. *Eleemosynam petit.* — 7. *Amicum suum qui eum hac de causa reprehenderat arguit.* — 8. *Domus professorum promineretur.* Curam gerit senum et infirmorum. — 9. *Quam multis opera Benedicti sit usus Ignatius.* — 10. *Curat ne hi qui Societatem ingrediuntur aliquid offensionis accipiant.* — 11-12. *De Elisabetha Roser. In lite ab ea Societati illata Benedicto utitur Ignatius.* — 13-15. *Virtutem Palmii periclitatur Ignatius.* — 16. *Palmii virtutem iterum probat Ignatius.* — 17. *In Montem Cassinatem mittitur Palmius.* — 18. *In periculis viarum Deus Benedicto consulit.* — 19. *Messanam mittitur.* — 20. *Revocatus e Sicilia Romae contionatur.* — 21. *Consiliorum suorum socium Ignatius Palmium deligit.* — 22. *In Urbis parte quae Banchi dicitur, contionatur Palmius.*

[f. 122]

### CAPUT 11

#### BENIGNE ET PERAMANTER IGNATIUS BENEDICTUM AD SE VENIENTEM AMPLECTITUR

[1] Cum in iis meditando rationibus, quas, doctus divinitus, sodalitati nostrae scriptas reliquit Ignatius, Bononiae se exercuis-  
set Benedictus<sup>1</sup> votaue Societatis nostrae anno a Christi ortu  
[1546] in eadem urbe nuncupasset, Romam in sinum Ignatii venit,  
a quo is est in sodalitium Iesu magna animi sui voluptate adscrip-  
tus<sup>2</sup>. Ubi vero Benedictus quattuor quinque dies, ut eorum

1-3 *Titulus manu amanuensis erat hic* : Qua ratione Palmius Patris Ignatii auctoritate in Societatem Iesu venerit. Cap. 1. || 4 *lis corr. ex ea* || 5 *ante nomen Ignatius Palmius delevit P* || 6 *post Societatis nostrae del.* In eadem urbe

<sup>1</sup> Exercitia spiritualia fecit Bononiae, anno 1546, duce Hieronymo Doménech. TV, II/1, 233, 368-369.

<sup>2</sup> In Societatem admissus est Palmius eodem anno 1546. *Chron.*, I, 169. Ut videtur, eo fine Romam venit ante diem 2 iunii. TV, I/2, 242<sup>2</sup>; II/2, 42<sup>3</sup>. De votis ab eo nuncupatis vide eius *Autobiographiam*, cap. X. Agens de exercitiis a se peractis scribit : « ... fecitque ut quinque et viginti dies in meditando Benedictus consumeret, nostraeque sodalitatibus vota, priusquam ex aede illa egrederetur, religiose susciperet, sacra

- 10 temporum ratio ferebat, a ceterorum consuetudine et familiari col-  
locatione seiunctus traduxisset, ab Ignatio evocatur, atque eum  
sermone *hoc* praeclaro ad constantiam pietatemque cohortatur :  
— Litteris, *Ignatius inquit*, ad nos perfertur<sup>3</sup> tibi deliberatum cer-  
tumque esse apud nos vivere et mori, cupere etiam cunctos animi  
15 tui motus Dei nostrisque legibus gubernari, nihilque eorum praeter-  
mittere, quod sive ad mentis tuae perfectionem virtutisque absolu-  
tionem, sive ad Dei Opt. Max. obsequium quoquo modo pertinere  
possit. Id quod et mihi accidit periucundum, atque de eo ipso Deo  
immortali, bonorum omnium auctori, gratias egi. Equidem sic ipse  
20 ratiocinatus sum : Isthac quae de te mihi perscripta sunt, aut  
vera sunt, aut falsa ; si vera, sane eae viae, quae ad pravarum  
affectionum extinctionem ducunt, minime tibi odiosae erunt, quas  
sis iam tua sponte ingressus ; si secus, quandoquidem eo consilio  
religiosum hoc vitae nostrae genus complexus es, ut servitutem  
25 servias Deo dignam, erit tecum ipsi pugnandum egregie, et omnes  
a christiana perfectione paullulum dissidentes motus comprimendi.  
Namque religiosam vitam eiusmodi fundamento constitutam esse  
debet, regendique alios disciplina, cui tu fortasse praeesse poteris  
aliquando, [122v] necessario hoc praesidio carere non potest ; nec  
30 magni laboris fuerit eas ceteris perfectae virtutis leges tradere, ad  
quas ipse vitam tuam expresseris —. His verbis cum locutus esset  
Ignatius, exercitationis genus, quod Benedicto *tum* tyroni suscipien-  
dum erat, exposuit<sup>4</sup>.

- [2] *At ille, optare se dixit divinam* beneficentiam promereri,  
35 cuius illud esse opus intelligebat, quod se in Ignatii disciplinam  
suique regendi habenas eidem tradidisset. Ita se plane in ipsius  
velle esse potestate, numquam se ab eius imperio discessurum ;  
molestiam autem ex eo capere, quod quae de se ipso scripta erant,

12 post cohortatur desinebat cap. 1 et incipiebat cap. 2, cui amanuensis hunc  
titulum praeposuerat : Quo genere orationis apud Palmium sit usus Ignatius. Cap. 2.  
Quem titulum sic Palmius mutaverat : Qua ratione ad humilitatis officia amplectenda  
Benedictum hortatus est. Hunc titulum oblitteravit. || 16 post mentis tuae del. virtu-  
tem || 32 tum deleverat sed iterum scripsit P. || 34 Hic incipiebat cap. 3 titulo : Quod  
responsum a Palmio abstulerit Ignatius. Cap. 3. Cui titulo hunc substituit, sed delevit  
etiam : Qua humilitate Benedictus responderit Ignatio, optime et religiose illum mo-  
nentem. Cap. 3 || 34 At ille - divinam in marg., corr. ex Respondit Palmius || 38 post  
scripta erant del. a vero abessent

confessione omnibus praeteriti temporis culpis expiatis \*. TV, II/1, 369.  
Vota post exercitia peracta nuncupavit pariter Bononiae eodem anno  
1546, mense octobri, P. Hannibal du Coudret. EN, I, 741<sup>1</sup>.

<sup>3</sup> Litteras has non novimus. Servantur tamen litterae Ignatii, 18  
octobris 1546 datae, in quibus de Benedicto Palmio, Romae novicio,  
fit sermo : « Parece mancebo que, durando, será para mucho ». MI,  
Epp., I, 446.

<sup>4</sup> De noviciatu sub Ignatii magisterio peracto vide TV, II/2, cap.  
II : *Il tirocinio della Compagnia nel generalato di S. Ignazio (1541-1556)*,  
praecipue pp. 41-45 ; DE GUIBERT, *La spiritualité*, cap. II, pp. 59-95.

haud ex omni parte vera essent. Licet enim vere illud diceretur, se  
sui animi victoriam expetere atque de omni nimio animi motu 40  
cohibendo cogitare, tamen eius rei, cuius esset animo et voto com-  
pos, nondum se possessionem adeptum esse, illo tamen optimo  
duce et magistro, et divini spiritus ope praeunte, sperare fore ut  
optatis eventa respondeant. Quare, et ut sibi bene precaretur, et 45  
ut pro se Deo preces adhiberet, ab eo Benedictus contendit. Post-  
quam autem, nonnullis scholis explicatis, quid in philosophicis quid  
in graecis latinisque litteris valeret coram delectis arbitris decla-  
ravit, in eo enim toto doctrinae genere Bononiae versatus erat,  
se totum ad solidarum virtutum studium atque ad humanos affectus 50  
subigendos frangendosque convertit; et quoniam iam Bononiae  
nostras meditandi rationes experiundo perdidicerat sacraque con-  
fessione omnes anteactae vitae culpas expiarat, nec non Societatis  
se votis obstrinxerat, haec ipsa tunc Romae iterare opus non fuit<sup>5</sup>;  
ita post earum, quas dixi, scholarum explicationem, culinae addi-  
citur atque Antonii Rionis<sup>6</sup>, hominis ad iuvenum impetus conatus- 55  
que coercendos perappositi, committitur diligentiae.

## CAPUT 11 [bis]

DE GRAVI QUADAM MOLESTIA, QUAM, DUM COQUO OPERAM  
NAVABAT, PERPESSUS EST, IPSAMQUE TANDEM DEI OPTIMI MAXIMI  
BENEFICIO ADMIRABILITER DEPULIT 60

[3] Munditiam et elegantiam Benedictus non vulgarem, sed  
exquisitam, naturae suae quadam inductione, consecratur; ita  
e culinae cenationisque sordibus molestiam trahebat maximam. Duae  
autem res erant quae domui eo tempore magnas sordes allinebant :  
summa inopia et genus quoddam sociorum, qui domestica munera 65  
conficiebant, qui cultus nitorisque corporis aut parum aut admo-  
dum nihil erant studiosi. Quapropter horridam illam et sordidam  
locorum, in quibus is versabatur, faciem aspicere absque nausea  
minime poterat, licet identidem se ipse ea de re acriter obiurgaret.  
Huius tandem molestiae atque offensionis deponendae ratio huius- 70  
modi est Benedicto inita, qua is, divino spiritu doctus et concita-  
tus, statim est usus. Cella erat culinae subiecta oppleta sordibus ;

52 omnis ms. || 53 iterare] *supra secundum e adest punctum, quasi esset i* ||  
57 Hoc caput ab amanuensi signatum erat n° 4, dein a P. n° 2, tandem ab eodem  
P. n° XI minime vero XII, ut habet Tacchi Venturi || 61 elegantiam corr. ex lautitiam ||  
62 ita prius eaque re || 67 horridam corr. ex verbo penitus deleta || 69 minime corr.  
ex non | licet corr. ex tametsi | acriter sup. lin.

<sup>5</sup> Vide supra, annot. 2.

<sup>6</sup> De Antonio Ri6n v. FN, I, 591, 611, 712 ; Chron., II, 163 ; TV, II/2, 42, 45-49.

in hanc Benedictus descendit, estque in eius sordibus volutatus, atque illis totus aspersus, laetus et ovans domum obibat. Ad hunc  
75 modum omnem illam tristitiam et aegritudinem profligavit.

[4] In illis ipsis sordibus cum eum Ignatius aspexisset, his verbis est allocutus: — Nunc demum mihi places, Benedicte. — Quamvis enim lautitiam nitoremque Ignatius magnopere adamaret, tamen eius rei nimium studium in tyronibus nequaquam ferebat,  
80 quod diceret in hominibus provectoribus aetate, in quibus iam vitiosae appetitiones deferbuissent, nitidum cultum laudem et virtutis decus habere; in iuvenibus, ex humanarum rerum nuper colluvione emersis, vituperationem ac vitii speciem, quibus ipsis inanis ostentationis segetem praeberet, eosque a perfectae philoso-  
85 phiae studio abduceret. Quod si eosdem inculto corpore et obsole- tiore vestitu cerneret, his divinum numen, ad superbiam fastumque animi obterendum, praesto esse aiebat<sup>1</sup>. [123v]

## CAPUT 12

DE DIVINO SOLATIO QUOD BENEDICTUS E SUPERIORI  
90 VICTORIA REPORTAVIT

[5] Ea, de qua dictum est, deleta molestia gestiens, Benedictus ad sua se culinae munera revocavit, atque in iis fungendis trium rerum suscepta cogitatione se ipse solabatur. Primum verborum, quibus divinus Apostolus, cui ille semper mente religiose studuerat,  
95 a Deo vocatus est: « Surge et ingredere civitatem, et ibi dicetur tibi quid te oportet facere »<sup>1</sup>, pondera examinabat; cumque *certum* haberet singulari se divinae providentiae munere ad nostram soda- litatem esse deductum, quoties is rem quampiam iuebatur, totius iussi auctorem Deum esse existimabat, eoque monente, ad faciun-  
100 dum opus impelli se arbitrabatur; quae cogitatio magna eius ani- mum voluptate perfundebat. Deinde illa Christi Iesu verba mente pertractabat: « Quod uni ex minimis meis fecistis mihi fecistis »<sup>2</sup>, putabatque se, cum aliquid laboris vel operae nostrorum caussa sumeret, illud omne Christo abs se deberi atque praestari oportere.  
5 Tanta vero ex huius rei notitia ad eius animum laetitia manabat,

74 *post obibat del.* atque || 82 *post iuvenibus del.* qui || 86 *post his del.* praesto | numen *del.* esse | ad *del.* animi fastum | fastumque] *ex Hist. Soc. 5 b, fastidiumque ms.* || 88 *Hc caput ab aman. signatum erat n<sup>o</sup>. 5, postea a P. n<sup>o</sup> 3, tandem ab eodem n<sup>o</sup>. 12* || 91 *Ante initium paragraphi scripsit sed delevit*: In contemptis culinae mune- ribus explendis || 92 *se sup. lin.* || 98 *is sup. lin.* || 4 *abs se sup. lin.*

<sup>1</sup> De munditiei cura in noviciis v. FN, II, 357; v. infra, MON. 23, n. 19.

<sup>2</sup> Act. 9, 6.

<sup>3</sup> Mt. 25, 40.



ut lacrymas etiam eliceret. Postremo ad Marthae amorem et erga Christum Dominum acre studium animum referebat, quantoque obsequio religiosissima femina tum Christum, tum Beatam Virginem, tum sacros Apostolos tueretur, nec non quanta sedulitate et alacritate iisdem ministraret secum ipse reputabat; quae cogitatio non parum Benedicti mentem ad omnia, Christi caussa, suscipienda et administranda inflammabat. 10

## CAPUT 13

## E CULINA EDUCITUR BENEDICTUS ET ROGITANDAE STIPIS ONUS SUBIT VOLUNTARIUM [124]

15

[6] Iam intestinum bellum naturae suae indixerat Benedictus atque ad eam expugnandam universas machinas adhibebat. Ab infamia autem et dedecore, quae res sunt ingenuis hominibus infestae et odiosae, abhorrebat vehementer. Quare ea magna animi contentione aggredienda sibi esse ducebat, unde sibi apud huius saeculi viros eximios et nobiles non honos ullus, sed ignominia dumtaxat ac probrum quaereretur. Mendiculi igitur sordida veste et sumpta persona, ostiatim ea, quae ad sustinendam domesticorum sociorum vitam necessaria erant, sedulo quaerere cepit. Id etiam panis et vini, quod statis diebus a nonnullis cardinalibus et opulentis hominibus romanae domui suppeditabatur, petebat recipiebatque Benedictus et domum ipse adferebat. Aliquot is menses hoc munus incredibili laetitiae voluptate est executus; nam quotidiana convicia et maledicta quae iaciebantur *in eum* (erat enim eo tempore nostra Societas cunctae romanae civitati despectui atque ludibrio), maioribus cum divini spiritus muneribus decorabant. Ab aulis principum virum nonnumquam, ut amens, extrudebatur contumeliosisque verbis explodebatur. Interdum, cum per plateas iter faceret, puerorum irrisione et ferramentorum strepitu, qui ab insolentia fabrum excitabatur, excipiebatur. Verum levia atque iucunda isthaec omnia illi videbantur, ad indignissimas Christi Iesu contumelias et probra cogitatione traducta. Quamquam huius apostolicae exercitationis initia sensit sibi paullo amariora cecidisse. Etenim, cum in quosdam homines aulicos incidisset, cum quibus in Italiae academiis veterem habebat et magnam necessitudinem [ac] familiaritatem constitutam, eos cogendae stipis gratia tamen, victus pudore, adoriri haudquaquam est ausus, quamvis id saepius conaretur. Denique ad 20 25 30 35 40

11 Benedicti prius etus illius || 13 Hoc caput signatum est ab aman. n°. 6 postea a P. n°. 4 tandem ab eodem n°. 13 || 14 post Benedictus et del. suo rogatu || 29 in eum corr. a P. ex in Palmium || 35 post excitabatur del. noster Palmius et del. etiam Benedictus || 36 illi sup. lin. || 39 incidisset in marg. || 41 tamen, victus pudore in marg. 42 saepiv rrius scripserat semel iterum || 42-43 ad extremum sup. lin.

extremum sibi ipse graviter succensus, quod plus apud eum mundanus, quam divinus Christi Iesu honor valuisset, vitiosa illa omni  
 45 abiecta verecundia, eodem utens amictu, die quadam, ex illis familiaribus suis uni cuidam, cum quo arctiora Palmio vincula [124v] fuerant amicitiae, occurrit, illumque ipsum, quod antea non potuerat, audacter rogavit. Ubi Benedictum agnovit amicus, personae et vestitus deformitatem non ferens, obiurgatoriis vocibus eum accepit,  
 50 et quod ad tantum genus insaniae deduci se passus esset accusavit. Subrisit Benedictus, atque ab amico domum, ut ad se adiret, contendit.

[7] Paruit roganti Benedicto amicus, eumque domum convenit. Amicus a Benedicto in hortum seducitur atque huiusmodi oratio  
 55 *ab eo* instituitur: — Quod tandem, Galeazze, est tuum de mea stultitia iudicium? — Tum Galeazzus: — Nimirum mihi videris, Palmi, gravis tum tibi, tum existimationi tuae adversarius extitisse. Quis hoc, cum Bononiae ageremus, vel leviter suspicari potuisset, adeo stulta aliquando tua futura esse consilia? Scilicet aliae  
 60 Deo devotae et sacrae deerant sodalitates, honestae in primis et illustres, in quibus multo rectius, quam in ista ipsa, in qua nunc vivis, tibi domicilium delegisses? Quid tu censes hoc hominum genus, in quorum ipse numerum adscis[c]i voluisti? Faex isti sunt Urbis et quisquiliae. Quod si tibi sermones, qui de isto tuo ordine  
 65 in aulis habentur, haud essent ignoti, ne horam quidem in isto sodalitie commorareris —. — Quam opinione falleris, inquit Benedictus. Quid mirum huius saeculi homines in hos viros odium habere, qui in Christum Optimum Maximum atque in eius omnes alumnos et imitatores acre semper habuerint? Immo vero ex isto ipso facile  
 70 perspicui potest genus hoc hominum Deo in primis probari. An non illud apertis verbis est suis Christus testatus discipulis: «Si de mundo essetis, mundus quod suum esset diligeret; sed quia elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus»<sup>3</sup>. Dic mihi, nisi molestum est, quid tibi negotii est Romae? Nempe ista mihi tua servitus stultitia iudicatur. Etenim in ampla et generosa familia [125]  
 75 natus, condicionem serviendi hominibus minime recusasti. Quae autem et cuiusmodi sunt tuae spes? quo tui conatus et consilia spectant? Fauces hic tuas premet ambitio, idemque tuus qui ceterorum ambitiosorum fuerit exitus. Mihi speciosa quaedam et honesta obtigit servitus, quam Deo, non hominibus servio; nec stultitiae  
 80

45 ex illis prius ex his || 52 post contendit addit P. paruit roganti ut 4 et in marg. : Hoc caput [del. 4] 5 iungatur superiori ut fiat ex duobus unum et sit cap. [del. ex duobus] 13. - Titulus sequentibus praefixus erat: Ad Palmium domum amicus venit et longe dispar inter eos oritur sermo. Cap. 7. Quae del. P. et etiam numeros 4, 5 quibus hoc caput ipse numeraverat || 55 ab eo sup. lin. || 56 post nimirum del. gravis tum ipse || 61 in quibus corr. ex quas | ista ipsa corr. ex istam ipsam || 73 mihi sup. lin. || 75 post etenim del. cum

<sup>3</sup> Io. 15, 19.

alicuius seu imprudentiae factum hoc meum vere a quoquam accusari potest, quando ego me meaque omnia ei detuli, a quo me ipsum et universa recepi, et e quo spes meae aptae sunt universae. Quid vero egentis et mendici persona mihi imposita admirationis habere debet, cum Christum sciamus, qui dives erat, pro nobis factum esse egenum, ut nos eius inopia divites essemus? <sup>4</sup> Haud vile et servile est, mi Galeazze, quod a me factitari vides. Peccare et apud Deum offendere hoc vero vilissimum est, contemptissimum, indignissimum; nam, quae Dei caussa suscipitur servitus, eam, quae per se sordida et abiecta condicio, eximiam et splendidam reddit. Notae sunt illae Davidis voces: «Elegi abiectus esse in domo Dei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum» <sup>5</sup> —. Postremo de felici religiosorum hominum statu, deque aerumnosa et periculosa aulicorum vita Palmium disputantem totum hylarem et constantem cum cerneret Galeazzus, his verbis affatus est: — Te beatum, Benedicte; magnam videlicet tibi Deus gratiam tribuit —. Ac licet cum Benedicto amicus ille suus eiusdem vitae et gratiae consors minime fuerit, nihilominus hunc ex illius sermone fructum tulit, quod et melioribus opinionibus imbutus, et christiana oratione victus, et de Benedicto bene sentiens, et suae vitae pertaesus discessit.

## CAPUT 14

DOMUS PROFESSAE PROMINISTER CREATUR  
AB IGNATIO BENEDICTUS

[8] Domus minister erat Emmanuel Mionus<sup>1</sup> excellenti virtute, officio et religione praeditus, precandi studio adeo deditus, ut cum diebus noctes coniungeret. Is, quod et iam affecta esset aetate (plus enim 70 annos natus erat) et [125v] quod a rebus negociisque gerendis abhorreret, auxiliario socio egebat omnino. Quare posteaquam ab Ignatio perspectum est esse Benedictum ad rationes domesticas gubernandas accomodatum, nam et peracre in illo iudicium et animi sollertia quaedam et celeritas, et in consuetudine familiaritas suavitasque elucebat, nihil sibi cunctandum

81 hoc meum *sup. lin.* || 83-84 *post* Quid vero *del.* admirationis || 88 vero *corr.* *ex verbo penitus deleto* || 85 cum *sup. lin.* || 95 Galeazzus *in marg.* || 99 et melioribus opinionibus imbutus *in marg.* || 100 discessit *corr.* *ex discesserit* || 1 Hoc caput designatum fuerat n<sup>o</sup>. 8, postea a P., hoc deleto, n<sup>o</sup>. 5, tandem ab eodem P., n<sup>o</sup>. 14. Post hunc numerum alia manus scripsit Ave ma || 4 *In marg.*, alia manu, nec amanuensis nec P.: Emanuel Mionus Domus professae minister | *post* erat *del.* Pater || 9 ab Ignatio *corr.* a P. ex a P. Ignatio || 11 *post* consuetudine P. *del.* et

<sup>4</sup> Cf. 2 Cor. 8, 9.

<sup>5</sup> Ps. 83, 11.

<sup>1</sup> De Miona, v. FN, I, 585<sup>49</sup>; II, 210, 388, 418.

putavit, quin *illum* Miono laboris et muneris socium attribueret. Magnam ex ea re Mionus cepit animo voluptatem, sic namque suis  
 15 illis, quibus alebatur spiritus, suavitatibus praeclare consuli intelligebat. Itaque crebro his vocibus Benedicti diligentiam acuebat: — Fili mi, attende bene domui, et ego rogabo pro me et pro te —. Erat Palmius in rerum domesticarum procuratione egregius, magnam *etiam* suae curae partem eo derivabat, ut tum composita  
 20 domus esset, tum perpurgata; nitore enim atque munditia mirum in modum Ignatium delectari non erat nescius<sup>3</sup>; nullumque erat publicum munus, in quo rerum externarum administri acciperentur, quod abs se alienum Palmius existimaret; in quo is tum Ignatio, tum reliquis domesticis omnibus oppido satisfaciebat. Quorum-  
 25 dam senum et nonnullorum, qui corpore erant imbecillo, magnae illi curae erat valetudo, curabatque diligenter Mionum, Didacum Ghiam, Stephanum, Ghiae fratrem<sup>3</sup>, Petrum Codatium, in quibus virtutis et sanctitatis effigies eminebat; Palmium vero cuncti ferebant in oculis. Sed nimirum in Codatii valetudinem acri is diligentia  
 30 et cura incumberebat. Petrus enim hic Codatius homo erat tum in romana curia, tum domi suae clarus, e Laude Pompeii<sup>4</sup> divitiis et sacerdotiis abundabat. Is, divini spiritus stimulis concitatus, universa curia admirante, in nostrorum numerum venit; cuius opera atque pecunia romanam domum sumus consecuti, ut Codatius eius  
 35 domus vere fundator haberi debeat<sup>5</sup>. Nec suis tantum opibus, quas Societati Codatius largitus erat, sed laboribus etiam nostrorum inopiam sustentavit. Lectus enim procurator, multos annos tam bene et naviter procuratoris munere perfunctus est, ut illius opera atque industria, non solum domesticis utilis, sed cara etiam et  
 40 religiosa externis fuerit hominibus. Annum agebat quinquagesimum, [126] cuius superiorem victum et cultum non paucae erant comitatae deliciae. Urinae etiam et podagrae morbis laborabat, nec unquam in illo suo actuosus et operoso victus parandi studio cessabat. Huius frugi sodalis labores et animi corporisque contractiones  
 45 noverat Palmius; quare in illius tuenda valetudine sibi praecipue laborandum putavit; et quoniam, necessaria occupatione distentus, serius fere domum sese Codatius recipiebat, cibaria, quae accumbenti apponenda erant, Palmius asservabat; cenatum autem, prae-

13 *illum* corr. ex Palmium || 19 *magnam etiam* corr. ex *magnamque* || 20 atque munditia *marg.* || 26 Didacum corr. ex Diegum || 27 *post quibus del. cunctis* || 28-29 Palmium - in oculis *in marg. ab amanuensi* || 29 *In marg. alia manu*: Petrus Codatius || 32-33 universa curia admirante *in marg. ab aman.* || 35 domus *sup. lin*

<sup>3</sup> Vide cap. XI bis, annot. 1.

<sup>3</sup> Hi erant Didacus et Stephanus de Eguía, de quibus v. FN, I, indices; praecipue vero I, 110<sup>ss</sup>.

<sup>4</sup> Lodi.

<sup>5</sup> De Petro Codacio, v. infra, Mon. 7 et FN, I, 66, 13, 124, 201<sup>ss</sup>, 291, 749; II, 95, 108, 109-110, 349, 510, 588-589.

sertim hieme, in lecto collocabat, nec eum nisi somno consopitum deserebat. Quod religiosae charitatis officium tantos, tum pietatis, 50 tum christiani amoris in Benedictum motus in Petri Codatii animo ciebat, ut voces huiusmodi saepe exprimeret: — Est nonnumquam homo unus pro mille; interdum non sunt mille pro uno —. Quibus verbis Palmii virtutem et diligentiam Codatius commendabat. Cumque illum languentem saepenumero et legitimi muneris labori- 55 bus fractum Palmius animadverteret, oneris ad se parte translata, chirographa ab eo sumebat, atque ad illos, qui Codatio ad sociorum victum suppeditare soliti erant, deferebat.

## CAPUT 15

QUAM MULTIS IN REBUS OPERA BENEDICTI  
SIT USUS IGNATIUS

60

[9] Praeter ea quae Benedictus ut Mioni celaerarius domi gerebat, erant non pauca ad quae Ignatius eum adhibebat; namque illius imperio de rebus magnis et gravibus litteras conficiebat, et mandata nomine Ignatii viris primariis et cardinalibus exponebat. 65 Quoniam autem ipsis illis temporibus nostro ordini Ignatius has, quibus vivimus, leges condebat atque in opere matutinas horas ponebat, eas ut vacuas ab interventoribus haberet, pro foribus cubiculi Benedictum collocavit, quo is hominibus gravi auctoritate, si forte intervenissent, salvo religiosae modestiae officio, satisfacere- 70 ceret. [126v]

## [CAPUT 16]

[10] In Ignatium et res Ignatii mira Benedicti erat observantia; eaque re factum est ut, cum nostrorum domum Palmius inisset, unis illis, quas summa gignebat inopia, sordibus exceptis, nihil eum offendit. *Primo vero* curabat sedulo ut qui initia vitae nostrae degu- 75 stabant, e nostrorum dictis vel factis nullam molestiam pravamque opinionem haurirent. Itaque eiusmodi illorum animos oratione praemuniebat, ut et de singulis domesticorum virtutibus praedicaret, et si quispiam secus a quoquam vel dici vel agi videret, statim religiosa interpretatione expurgaret. Ex quo fiebat, ut recentium sodalium 80 conscientia et virtus nulla re violaretur, cum illi omnia in bonam partem acciperent, id quod plane faciundum est, hortante Apostolo, esse alteri alterius onera portanda ut adimpleatur lex Christi<sup>1</sup>.

55 *post illum del. saepe* || 59 *Numerus capitis fuerat IX, postea a P. 6, tandem ab eodem 15* || 66 *post autem del. in* || 72 *Anle titulum capituli scripsit P. littera C* || 75 *Primo vero add. sup. lin. manu P. loco Curabatque ergo*

<sup>1</sup> Gal. 6, 2.

[11] *Rosella, femina* nobilis et in civitate Barcinonensi, idest  
 85 in sua patria, notissima, iam usque a primis temporibus Ignatio  
 tum nota, tum dedita, eique suis erat facultatibus opitulata<sup>2</sup>. Haec  
 cum auditione accepisset in romana civitate versari Ignatium,  
 huiusque suae et Christi sodalitatis iacere fundamenta, Romam ad  
 optimum ducem parentemque properavit, seque illi, e cuius viveret  
 90 legibus, voti etiam interposita religione, una cum tribus aliis femi-  
 nis addixit. Porro haec nonnunquam ad [127] Ignatium, domum offi-  
 cii caussa adibat; eidem, morbo praesertim laboranti, interdum  
 ministrabat, nec tamen ea res Benedicti religiosam existimationem  
 labefactavit. Immo vero haec omnia, ut rationem etiam mensae  
 95 Ignatii, ad virtutis decus et speciem referebat. Nempe parsimonia  
 et frugalitate Ignatii mensa splendescibat, nescio quid aulicum  
 tamen redolebat; duo enim tresve aderant qui ministrarent, prae-  
 sertim cum externi homines adhiberentur convivae. Pocula vero  
 adeo eleganter ministrabantur, ut ne in aulis quidem id fieri possit  
 100 elegantius atque concinnius. Fecisset Deus optimus maximus, ut  
 ea morum animorumque simplicitas, quae in illis nostris primis  
 sodalibus erat insignis, ad huius nostrae memoriae socios perma-  
 nasset.

<sup>84</sup> Hic incipiebat caput XI a P. mutatum in 8 et postea in 17 sed postea quae  
 sequuntur cum antioribus coniunctis, hac praemonitione in marg. posita: Haec iun-  
 gantur cap. 16 ut sit unum caput. Titulus vero ab aman. positus et a P. deletus hic  
 erat: Quae Rosella, hispana mulier, facit non solum improbat Palmius, verum etiam  
 sensu pietatis suscepto vehementer. || 84 Rosella femina haec verba deleverat sed ile-  
 rum scripsit P.; in marg. alia manu Rosella Barcinonensis. || 86 post dedita del. fuit ||  
 89 illi corr. ex nostrae Societati || 90 post religione del. addixit || 91 Porro haec corr.  
 ex illa || 93 post ea res del. aut || 99 post ut del. nec.

<sup>2</sup> Elisabeth Roser (Rosés, Rosell). Vide dicta de ea in duobus prae-  
 cedentibus voluminibus et documenta edita in vol. *Scripta*, I, 645-658.  
 Vide etiam epistulas eius ad Ignatium datas: MI, *Epp.*, I, 109-114,  
 116-117, 449-450. Hanc nacti occasionem, lectoribus exhibemus textum  
 votorum Elisabeth Roser, ex autographo catalaunica lingua scripto,  
 quod servatur in ASIR, *Ital.* 59, f. 11: «Yo ysabel roser viuda sota  
 escrita, promet y fas vot sol[em]ne a nre. S. déu omnipotent, en pre-  
 sencia dela sacratís[ima] verge maria senyora mia y del gloriós sant  
 jeronim y [a] tota la cort celestial de paradís y davant tots los que  
 ací presents y a vos reverend pare m. innacio preposit [de la] compa-  
 nía de Jesús S. nostre en lo loc de déu tenint, per[pètua] pobresa segons  
 que per v. r. me serà manada y castedat y ob[ediencia], segons la forma del  
 viure que per v. r. me serà [ma]nada. Fet en Roma en la iglesia de  
 sant maria dela est[rada] el dia de la nativitat de iesu crist senyor  
 nostre lany [mil] cinc cents y quarante cinc.

Yo ysabel roser viuda.

Intra [ ] includimus litteras illas quae in absciso margine non  
 amplius exstant. In eodem codice, f. 11a servatur formula autographa  
 Franciscæ Cruillas, in f. 12 formula pariter autographa Lucretiae Bra-  
 dine. Formula votorum Elisabeth Roser edita est lingua germanica a  
 RAHNER, *Briefwechsel*, p. 330.

[12] *Cum ita Rosella, quae omnes Ignatii nutus tueri velle se dixerat, sua sponte ex Hispania Romam ad uxorem ducendam 5 duos suos nepotes accersisset, rem hanc Ignatius tulit permoleste, facinus ratus indignum eius mulieris, quae se suaque omnia iam Deo devoverat, curas et cogitationes in carne esse defixas. Porro, cum Rosella hoc moliri sentiret Ignatium, ut Pontificis Maximi aucto- 10 ritate ab illius cura discedere sibi plane liceret (ut enim nostrae Societatis consiliis regeretur, a Romano Pontifice Rosella precibus impetrarat), in nostram sodalitatem gravem et multorum mensium litem infert. Qua in re Benedicto est usus Ignatius; is autem, quamvis ab iis, qui Rosellae patrocinium tuebantur, multa in nostrum ordinem licenter nimis iactari videret, ut de cuncti ordinis sancti- 15 tate quidquam secus existimaret adduci numquam potuit. Vehementer ea lis nostros sodales conflictavit, idque commodi isthaec femina nobis peperit, ut, Ignatio petente Romanoque Pontifice largiente, femina[127v]rum cura et gubernatione simus plane liberati; quam rem Societati nostrae universae maxime utilem et salutarem fuisse 20 sumus adhuc experti.*

## CAPUT 17

HOC INTERIM SPATIO QUEMADMODUM PALMII VIRTUTEM  
PERICLITATUS SIT VARIE IGNATIUS

[13] Accidit ut die quadam Catherina, mulier hispana, sane 25 vetula et pietatis studio flagrans, domus ianuam patefactam videret, eaque in culinam et caenationem ingressa, Mionum, qui *tum prandebat*, offenderet, atque assidens cum Miono sermonem satis familiariter conferret. Ianitor illo die, Benedicti concessu, septem Urbis templa<sup>1</sup> religionis ergo obibat; quidam alius, qui in ianitoris 30 locum a Benedicto suffectus erat, nescio quo digressus, serius opinionione sua, se ad portam recepit; ita eius culpa illi mulieri domus patuit. Negocia quaedam alia Benedictum in superiore aede implicatum tenebant.

[14] Interim Ignatius cum Ioanne Paulo<sup>2</sup> in impluvium, quod 35

4 Cum ita Rosella corr. ex Sed ad Rosellam revertendum post. || 6 duos corr. ex tres; accersisset rem hanc corr. ex accersivit quam rem || 8 Porro cum corr. ex Cumque || 12 post impetrarat del. sed tum cum hispana femina quod facturus esset Ignatius certa notione animi praesentiret || 13 is corr. ex Palmius || 15 licenter nimis corr. ex parum honeste || 16 numquam potuit corr. ex non poterat || 20 post fuisse del. reipsa || 22 Caput signatum fuerat n°. XII, postea a P. n° 8, tandem ab ipso n°. 17 || 27-28 tum prandebat corr. ex se cibo reficiebat || 28 post sermonem del. confer || 31 post quo del. alio || 32 post culpa del. pate

<sup>1</sup> Septem haec templa nominantur in FN, I, 665<sup>4</sup>; de usu ea visitandi v. ibid., 651, 654-655, 665.

<sup>2</sup> Ioannes Paulus Borrell, S. Ignatii cubicularius, de quo v. FN, II, 122<sup>4</sup>.

contra ianuam erat, forte descenderat, illicque inambulabat. Descendit quoque in cenationem Benedictus, feminamque conspicatus, rem quidem miratus est, sed vocem tamen nullam misit, quod eam cum Miono, qui domi Minister erat, colloquentem videret. Illinc  
 40 abiens deambulanti Ignatio obviam procedit; Ignatii enim permissu domum illam intromissam esse mulierem Benedictus suspicabatur. Os paullo iratus a veniente Benedicto Ignatius avertit suumque cubiculum petiit. Benedictus, cum ne verbo quidem se apud Ignatium defendisset, in inferiore domus parte restitit. Non  
 45 ita multo post Mionum ad se vocat Ignatius eique edicit ut Benedictus, Ioannes Paulus, ianitor, qui se ad Urbis templa contulerat, et is qui in legitimi ianitoris munere eo die constitutus erat, [128] et Antonius Rionus, qui coquus erat, flagris se cederent. Advocat Mionus Benedictum, et quid ipse ab Ignatio habeat in mandatis demonstrat, *eumque* solatur his verbis: — Fili mi, habe patientiam. Tu non peccasti, sed Pater ita praecipit ut probet te —. Nihil cunctatus Benedictus socios convocat; ab Ignatio iis irrogatam poenam denuntiat; in locum verberationis convenitur. Tempus verberationis quo psalmus *Miserere* pronuntiandus erat exaequare debebat;  
 55 sed, Ioannis Pauli religiosissimi sodalis cachinnantis culpa factum est, ut paene ad horae spatium verberatio duceretur. Commoverat enim Antonius Rionus Ioanni Paulo risum, quod in se verberando pro loris clavibus uteretur.

[15] Reprehendebatur a Benedicto Ioannes Paulus, quod magna  
 60 mentis demissione illam persolvendam poenam esse suaderet; ita, dum sine risu cuiusquam psalmum recitare nituntur, hora ferme consumitur. Eo paenarum genere, quod culpa caret, delectabatur Ignatius, libenterque ceteris imponebat, quod in iis ad humanae naturae contumaciam coërcendam magnam vim inesse intelligebat.  
 65 Cum igitur de verberatione renunciatum Ignatio esset, in horto dum ambularet, videns Benedictum vocat, et cum sua scabie, *qua tunc versabatur Benedictus*, quemadmodum ageretur sciscitatur, illique paternis et suavissimis verbis consolationem adhibuit, quod ipsum in aliorum aegritudinibus et molestiis facere solitus erat Ignatius.

42 *post* avertit *del.* seque in || 44 *post* defendisset in *del.* eodem loco || 48 Antonius Rionus *corr.* ex Mionus || 50 *eumque* *corr.* ex Palmiumque || 52 ab Ignatio *corr.* a P. ex a P. Ignatio || 65 *post* renunciatum *del.* Palmio || 66-67 *qua tunc* - Benedictus *add. sup. kn. a P.*



## CAPUT 18

70

## ITERUM DE PALMII VIRTUTE PERICULUM FACIT IGNATIUS

[16] Pontius<sup>1</sup> sacras domesticorum confessiones excipiebat et tyronum erat magister. Is ad unam ex iis quatuor mulieribus litteras dedit, quae votis se sodalitatis nostrae obligarant<sup>2</sup>. Litterae manu Benedicti erant, Pontio dictante, et sermo litterarum nimium acerbus. [128v] Genus scribendi cum inusitatum Palmio videretur : — Quid, inquit, Ponti, hanc ipse mittes epistolam? Videlicet esset Ignatio ostendenda —. Respondit Pontius nil eorum clam esse Ignatio; illas Ignatius litteras inspecturum. Mittuntur ad mulierculam litterae, imprudente Ignatio, tantasque in mulieris animo tempestates concitarunt, ut illa excandescens ac paene furens ad Ignatium confestim accurrerit, apud quem et quæstæ est graviter et vehementer litterarum genus accusavit, atque illas toti romanae curiae promulgaturam esse se dixit. Litteras sumit in manus Ignatius nec mulieri reddit, necnon illam aestuantem ac minantem placida oratione sedavit. Ignatius, cum in epistola manum Palmii agnovisset, eum ad se protinus vocat, de litteris gravissimis verbis obiurgat, eumque et Pontium abs se atque a cubiculo suo ablegat. De cubiculo exiens Pontius, ubi Palmium maerentem lugentemque vidit, hac ratione consolatur: — Ne time, nec te angas; mortificationis enim ergo sic nos allocutus est Ignatius —. — Laudabilis, Palmius respondit, est mortificatio, sed haud laudabilis culpa; nam ex sermone ego Ignatii perrexi quantum ex nostro facto molestiae traxerit, mirorque te in re ridere eiusmodi, maxime quod te, cum epistolam dictabas, aperte te monui, non eam videri, quæ tuto in cuiusquam manus deveniret —. Verum, idem Ignatius, Benedicti postea innocentia perspecta, eum ad se vocat, atque etiam mirifica consolatione permulcet. Etenim in dando et abstergendo dolore Ignatius valebat plurimum. Illi quoque sacerdotis, apud quem de suis peccatis confiteretur, deligendi potestatem fecit.

70 Numerum 18 pro XIII præfixit huic capiti P. || 71 virtute corr. ex virtutem || 72 In marg. alia manu Pontius Gallus confessorius domi et Novitiorum Magister || 78 post Respondit del. Palmio || 82 est quæstæ graviter in marg. || 83 toti corr. ex in tota || 84 dixit corr. ex diceret || 93 Ignatii corr. ex Patris || 94 te sup. lin. || 100 post potestatem del. Palmio

<sup>1</sup> Pontius Cogordan, de quo v. I, 47\*, 65\*, 278, 354<sup>1</sup>, 642, 643, 672<sup>1</sup>; MI, *Regulae*, 195<sup>2</sup>.

<sup>2</sup> Praeter Elisabetham Roser numerabantur Elisabeth de Josa, Francisca Cruillas et Lucretia Bradine. Vide supra, p. 164<sup>2</sup>.

## CAPUT 19

## IN MONTEM CASINATEM DIMITTITUR PALMIUS

[17] [f. 129] Isidorus, cui nomen Sbranda<sup>1</sup> antea fuerat, e Lusitania revocatus est Romam, quod de eo Patrum Lusitanorum  
 5 litterae quae minime Ignatius vellet Romam nunciarent. Ignatius,

1 Caput 19 corr. a P. ex XV || 3 fuerat corr. ex fult || 5 post vellet del. de | in marg. alia manu : Isidorus e Lusitania revocatus.

<sup>1</sup> Isidorus Bellini (Sbrando), qui saepe solo Isidori nomine in documentis vocatur. Scholasticus missus est Parisios et inde anno 1542 in Lusitaniam (*Chron.*, I, 95) ubi inter primos fundatores collegii Conimbricensis numeratus est (RODRIGUES, *História*, I/1, 380, 322). Inde Romam revocatus, anno 1547 tentationem passus est, de qua hoc loco a Benedicto Palmio sermo fit. De Isidori discessu Perusiam versus, haec scripsit Polancus in *Memorial de los que se han examinado en la casa de Roma, desde 22 de setiembre 1547 pare entrar en la Compañía*. - ... « Isidoro. Hechas las primeras probationes del hospital, se fue con unos frayles de Monte Casino antes que entrase en casa, y haziendo consultar nuestro P. M. Ignatio entre M<sup>o</sup> Miona, Nadal, Santa Cruz, Polanco, si se ymbiaría tras él, y pareziendo a todos (y al mesmo M<sup>o</sup> Ignatio, con tanta approbación interior que no podía dudar en ello), se ymbió M<sup>o</sup> Benedicto Palmio a Monte Casino y a M<sup>o</sup> Santa Cruz a Perosa por la posta, y tráxole de allá, y fue rescivido in spiritu lenitatis, y presentándole ante el cardenal de Inglaterra (que avía escrito sobre él), libremente él vino a casa, y leyó sus lectiones, y después en refectorio haziendo una prédica en su accusación, y besando los pies de todos, entró en la cocina, y pasados algunos días, fue imbiado a los incurables, como lo estaba cuando se fue de Roma, y ubiendo estado allí 15 días, tornó libremente a casa en fin de enero de 1548 ». ASIR, *Epp. NN. 50 (Regest. Litter. S. Ignatii I)*, f. non numerato, ante 219, cf. EN, I, 115, not. 4. Accusatio in refectorio ab Isidoro facta, de qua hoc loco fit sermo, narratur in documento coaevo cui titulus: *Copia della satisfacione fece Isidoro a tutti li scolari insieme congregati, fuori delle due classe de figliolini*. Manus alia antiqua addidit: *Circa l'anno 1549 o 1550*. Haec narratio confirmat omnino praecedentem ipsamque Palmii autobiographiam. En nonnulla eius verba: « ... et gli disse come mandorno uno [Santa Cruz] in posta a Peruggia, et Beneditto, quale nominò, essendo presente, a Monte Casino, pensando che in uno delli due luochi fuse ito a farsi monacho. Come ritrovato a Peruggia, chiamato avanti il legato, di sua volontà conoscendo l'error suo volse ritornare a Roma ... Come fu mandato in Sicilia ... ». ASIR, *Rom. 127*, I, ff. 5-6v. Narrat postea eundem monachum, qui eum Romae tentaverat, venisse in Siciliam cum eodem scopo, seque denuo fuisse tentatum, qua de causa P. Nadal eum Romam ad Ignatium venire iussit. Hac occasione poenitentiam fecit de qua in hac et praecedenti relatione sermo fit, anno 1549. Unde bis tentatus est: anno 1547 et anno 1549. Anno 1548 cum primis sociis qui collegium fundarunt, venit Messanam, ubi dialecticam docuit. *Chron.*, I, 282; TV, II/2, 335. Ibi tentatus, a S. Ignatio accepit epistulas (MI, *Epp.*, II, 333, 629-630). Tandem, anno 1550, socius Natalis, in urbem Aphricam venit, ibique ad insulam Lampedusam naufragio periit anno

ut sodalis christianis rationibus consuleret, illum iubet xenodochio, in quo qui perdita sunt valetudine, curari solent<sup>2</sup>, deservire. Erat Isidorus iuvenis liberali forma, doctrinarum atque optimarum artium studiis eruditus, philosophia, cui tres annos in Lusitania studuit, excultus, puer ab Ignatio in Societatem receptus. Fratrem habebat Isidorus e Divi Benedicti religiosa familia, in Casinati Monte commorantem, qui, cum de reversione Isidori in Urbem audisset, faciundum sibi omnia putavit ut eius nomine monachi nonnulli illum Romae inviserent, qui cum ad Isidorum in xenodochium itarent, sodalem, cuius animus tunc fluitabat, consuetudine et familiaribus collocutionibus delinitum, Perusiam abduxerunt. Id ubi nuntiatum est Ignatio, nec ubinam sodalis esset certum scire posset, illum tunc diligentissime conquirendum putavit. Itaque, cum suspicaretur ad Montem Casinatem, ubi Sbrandae frater domicilium habebat, contendisse, illo Palmium primo quoque tempore mittit, quod de eius fide, constantia, ac vi persuadendi nequidquam dubitaret. A cunctis eius loci religiosis fratribus perbenigne et peramanter fuit Benedictus acceptus, nam et multi eum Parmae antea noverant, et in illo ipso ordine propinquos non paucos habebat; quamquam nostri Benedicti adventus caussa cognita, graviter Patres illos omnes percussit, vel quod cuncti erant nostri ordinis perstudiosi, vel quod Ignatii virtutem mirifice colebant, aliquot enim dies cum iis Ignatius vixerat, et Orthizium ad nostras meditando rationes *in eo loco* instituerat. Fuit vero fratris Sbrandae dolor praecipuus, nam et is ab Ignatio nostras meditandi vias didicerat [129v] et quo tempore familiae Sancti Benedicti nomen daturus erat, ab nostro Ignatio mutuatus est<sup>3</sup>, et [cum ipse nostrorum numerum minime obtinisset] ut Isidorus frater [obtineret] pugnavit egregie; illiusque virtute et litteris perfectum est ut ad nos Isidorus remigraret<sup>4</sup>.

<sup>2</sup> post iubet del. in || 14 post eum del. crebrius || 25 post paucos del. Palmius || 29 post cum iis del. vixit || 30 in eo loco add. a P. sup. lin. || 32 quo tempore corr. ex cum || 35 post perfectum est ut del. Perusia noster socius Romam reduceretur

1551. Cf. *Litterae Quadrim.*, I, 428-430; *Chron.*, II, 237-238; *Epp. Naddal.*, I, 115, not. 4.

<sup>3</sup> Xenodochium Sancti Iacobi, dictum Incurabilem, quo probationis causa mittebantur socii. TV, II/2, 33.

<sup>4</sup> In documento supra allato, annot. 1, haec dicuntur de Isidori fratre: «... con lettere d'un suo fratello che per mezzo della Compagnia disse essersi fatto monaco di quell'Ordine». *Rom. 127, I, f. 5.*

<sup>4</sup> Verba intra [ ] in ms. deleta sunt; ea nos retinemus, quia sine his sententia subobscura apparet.

## CAPUT 20

QUA BENIGNITATE DEUS BENEDICTO AD CASINATEM MONTEM  
PROFICISCENTI CONSULUERIT

[18] Diu ad Montem Casinatem iter Palmius expetierat, ut  
 40 Sancti Benedicti et Sanctae Scholasticae, erga quos iam a prima  
 pueritia religiosa mente Palmius erat, corpora inviseret, nec minore  
 eius speluncae visendae in qua diu latuit D. Benedictus cupiditate  
 tenebatur; cui e Casino rediens cupiditati satisfecit. Specum enim  
 nudatis pedibus subiens, quamdiu voluit illic mansit, seque saepius  
 45 voluntariis flagris caecidit suamque salutem Sancto Benedicto stu-  
 diosissime commendavit. Sed Casinum Benedictus videlicet anxie  
 cogitabat, cumque Ignatius de homine illuc mittendo rationes agi-  
 taret, Deum orabat ut se suggereret Ignatio. Annuit supplicanti  
 Palmio Deus, namque re deliberata, Ignatius ad eum conversus :  
 50 — Tua, inquit, haec futura est peregrinatio —. Tunc Benedictus et  
 quid in eius animo versatum esset et quid in optatis haberet indica-  
 vit Ignatio, illudque addit se parendi et religionis causa dumtaxat  
 libenter iter illud suscipere<sup>1</sup>. Eunti admirabiliter adfuit Deus. Nam  
 primo die ad vesperam errore viae Tibur pervenit; cum autem qua  
 55 iter ad Casinum esset percontaretur, in hominem incidit, a quo ad  
 Labicum, Valmontone appellant Itali, deductus est. Cauponam  
 quae extra locum sita erat iccirco vitavit, quia flagitiosis erat homi-  
 nibus referta; quare sibi intra oppidum honestius tutiusque diver-  
 sorium [130] sibi quaerendum putavit. In eo diversorio monachum  
 60 quemdam Casinatis sodalitii D. Benedicti, qui Promus Condus erat,  
 reperit. Hic Benedictum adolescentem Parmae noverat, eumque  
 tunc etiam est complexus arctissime, quem, cum causam itineris  
 et viam qua venerat rogasset, miratus monachus, vehementer  
 exclamans, ait: — Nempe est tua vita, Benedicte, e latronum  
 65 manibus erepta divinitus, quandoquidem, si directam viam tenuis-  
 ses, in sylvam tibi ingrediendum erat, quae a latronibus atque  
 excursoribus obsidetur, qui te sine dubio trucidassent —. Narrabatque  
 ille homo Dei se per eam sylvam sclopettariorum manu, quam  
 Labici Dominus ei attribuerat, stipatum iter habuisse, in ea pro-  
 70 iecta cadavera et personatos homines sibi esse conspectos, vitae

36 Cap. 20 corr. a P. ex 16

<sup>1</sup> Vide RIB. *De Actis*, n. 110, FN, II, 393 : « el abril de 1554 me dixo el P. Benedito Palmio, que agora es Provincial de Lombardía, que una vez Nuestro Padre le havía dicho lo que tenía en el corazón, sin haver dado muestras ni señales dello; y creo que hablava sobre la ida de Monte Casino, quando fue tras Isidoro ».

suae et monasterii pecuniae praesidiariae cohortis quae illum comitata erat virtute esse prospectum. Et quoniam monacho illi necessario ad alia loca divertendum erat, famulum quemdam suum Palmio adiunxit, quo duce Cassinum pervenit, ubi Iesu natalitia magna animi laetitia egit.

75

## CAPUT 21

AB IGNATIO MESSANAM MITTITUR BENEDICTUS  
CUIUS FUIT ADVENTUS ILLI CIVITATI SALUTARIS

[19] Hi omnes Ignatii iussu Mezzanum navigarunt: *Hieronymus* Natalis, *Andreas Frusius*, *Petrus Canisius*, *Hannibal Codretus*, *Benedictus Palmius* et alii quinque socii<sup>1</sup>, ut Mamertini collegii iacerent fundamenta<sup>2</sup>. Magnis, multis et necessariis laboribus est Benedictus in ea urbe perfunctus. Rhetoricam litterasque humaniores, quibus non erat is leviter *instructus*, quattuor annos docuit, et cum non sua sed Dei et Societatis causa laboraret, diu in quattuor tantum erudiendis discipulis operam sumpsit; sex ipsos menses unum tantum auditorem quem institueret habuit. Verum, cum satis animadversum esset eos qui docebantur facultatem ingenii gymnasio parem adferre non posse, necnon divini verbi praedicandi munus Benedictum [130v] occupationem haberet, docendi munus in eo gymnasio intermissum est. Quinque autem annos, numquam intermissa opera, ad populum mamertinum concionatus est, cui et concionatoris labor atque contentio fructum salutemque attulit, nostrique Benedicti ad hanc diem memoriam praestant mammertini iucundissimam atque gratissimam. Porro autem concionandi genus, quo is est usus, eiusmodi fuit, ut et cum evangelii dignitate atque praestantia congrueret, et vi verborum affectuumque incitatum audientium mentes flecteret variosque in eorum animis motus citaret. Nec locus vidit ullus Palmium qui non eum mirifice adamarit et religiose coluerit.

100

79 Hieronymus *corr. ex Pater* || 80 Petrus *corr. ex P[ater]* || 84 *instructus corr. ex tinctus* || 85 *post cum non del. sibi* || 89 *post non posse del. esseque* || 94 nostrique *corr. a P. ex nostroque* || 95 *post gratissimam del.*: Conclonum suarum initium Palmius Mezzanae fecit, in quibus habendis quamplurimos seae annos exercuit, plures etiam se ipse exercuisset, nisi dentes ei excidissent

<sup>1</sup> Cornelius Wishaven, Isidorus Bellini (de quo supra, cap. 19, annot. 1), Raphaël Riera, Martinus Mare, Ioannes Baptista Passarini (Bressano). MI, *Epp.*, II, 25-27; *Chron.*, I, 282; II, 35.

<sup>2</sup> De origine collegii Mezzanensis v. FN, I, II, indices; vide etiam M SCADUTO, *Le origini dell'Università di Messina*, in *AHSI*, 17 (1948) 10-2-159.

## CAPUT 22 .....

## CAPUT 31

IGNATHI ACCERSITU REVISIT URBEM BENEDICTUS  
ILLICQUE SEX ANNOS CONCIONATUR

- 5 [20] Decedens de Sicilia Ignatii iussu Benedictus Romam venit <sup>1</sup>  
eiusdemque iussu Ignatii in nostro templo Christi Evangelium populo  
romano enuntiat. Illud item Ignatio placuit de Palmio ut se ad inter-  
missa philosophiae studia revocaret, quae in Italiae dumtaxat aca-  
demiis coluerat, atque in ea theologia quae tota in disputando ver-  
10 satur, legitimam operam poneret. In qua quidem perdiscenda magi-  
stro est usus Olavio <sup>2</sup>; eodemque tempore et in gymnasio discendi  
et in nostro templo palam concionandi munus explebat. In romana  
Urbe semper frequenti concione in magno honestorum hominum  
consessu cunctorum auditorum secunda voluntate concionatus est.  
15 Quamvis autem concertantium philosophorum quaestiones ante illud  
tempus nemo Palmio explicavisset, in eas tamen tam alte cogitando  
pervasit, ut Olavius obstupefactus negaret magistri opera egere  
Benedictum, namque is et ab ingenii opibus satis paratus, et libro-  
rum quos D. Thomas, Bonaventura, Augustinus et Chrysostomus  
20 ediderunt lectione instructus, et rerum divinarum meditatione con-  
firmatus in disputatricis theologiae gymnasium venerat. Concio-  
nantem discipulum suum Palmium assidue et avide audiebat Ola-  
vius et quidem [135] ita avide ut audiendi sitim explere non pos-  
set. Nam et genus doctrinae et pios qui in concionatore misti erant  
25 affectus et admirabiles quosdam et inusitados motus quos audien-  
tium mentibus adferebat, vehementer Olavius admirabatur.

## CAPUT 32

## CONSILIORUM SUORUM SOCIUM IGNATIUS DELIGIT PALMIUM

- [21] Optabat Ignatius id quod de Patrum Generalium consi-  
30 liariis scriptis abs se legibus caverat, in vita manens exequi. Quat-  
tuor ergo quosdam delegit Ignatius, de quorum sententia in rebus

2 Caput 31 *corr. a P. ex 27* || 3 *accersitu del. Romam* || 6 *post Ignatii del. Ro-  
mae* || 13 *hominum sup. lin.* || 21 *post disputatricis del. Phil.* || 22 *Olavius sup.  
lin.; in marg. superiore fol. 135 legitur: juvari consilio* || 23 *non corr. ex nun-  
quam* | *post pios del. concionatoris* || 25 *post quos del. in* || 27 *Caput 33 corr. ex  
28* || 28 *In marg ine: + Pro Assistantibus: Polaneus, Olavius, Madridius Palmius*

<sup>1</sup> Anno 1553. FN, I, 583<sup>46</sup>.

<sup>2</sup> Martinus de Olave vel Olabe, de quo v. FN, I, II, indices.

agendis consilium caperet: Polancum, Olavium, Madridium<sup>1</sup>, Palmium, neque vero hi tunc Assistentes nominabantur<sup>2</sup>. In rebus italicis et Romani collegii negotiis Palmium adhibebat, ab eo vero et ab Olavio in cunctis rebus iuvare consilio volebat Ignatius, ipse vero Olavio discipulum suum Palmium magni faciebat, atque adeo in honore habebat quem iam muneris consortem haberet, nec cuiusquam convictum magis quam Palmii adamabat. Tamque honorifice et religiose de Palmio sentiebat et loquebatur Olavio, ut cum is, postulante Cardinali Sanctae Crucis qui deinde, Pontifex Maximus creatus, Marcellus est appellatus, ad nonnulla Cardinalis explicanda negotia digredi ab Urbe in animo haberet, non prius discesserit quam Palmium convenerit et ad Palmii pedes acciderit, utque sibi bene proficiscenti praecaretur contenderit. Id non tulit Palmii modestia, is enim continuo humi atque ad pedes Olavii stratus: — Quid est hoc? inquit Palmio, tuae sunt partes videlicet mihi bene praecandi —; cumque sanctitate complexuum, lacrymarum pietate et christianae demissionis inter se certant officiis, ambo victi, ambo victores discedunt. Nam et summissione animi erat incredibili Olavio et tam spectatae virtutis atque innocentiae Palmio, ut cunctis esset amabilis, carus omnibus.

## CAPUT 33

IN CELEBERRIMA URBIS PARTE, QUAE BANCHI  
A ROMANIS DICITUR, CONCIONATUR

[22] Tam multis concionibus quas in nostro templo Palmio in maximo et honestissimo virorum ac mulierum conventu habuerat tantam iam opinionem famamque confecerat, ut ad illum audiendum nonnulli etiam cardinales ventitarent. Interea Palmio, quo romanorum civium saluti magis prospiceret, rogat Ignatium ut in hebdomade interdum concionandi causa in eum locum proficisci sibi liceat qui a mercatoribus et patriciis romanis et cuiusvis generis hominibus maxime celebratur: Banchi<sup>1</sup> loco est nomen. Hic duos ipsos menses concionatus est Palmio, aulicorum et nobiliorum tanta corona cinctus, ut praetereuntibus omnis aditus praeccluderetur. Pro argumento concionum illa verba Palmio fuerunt: «Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret»<sup>2</sup>. Ser-

<sup>34</sup> negotiis *sup. lin.* || <sup>39</sup> *post* ut cum is *del.* ab Urbe digredi || <sup>42</sup> digredi ab Urbe *in marg.* || <sup>52</sup> caput 33 *corr. a P. ex 29*

<sup>1</sup> Christophorus de Madrid.

<sup>2</sup> De Assistentibus sub Ignatio v. FN, I, 59\*; MI, *Epp.*, X, 79.

<sup>3</sup> *Banchi*. Vide FN, I, 559<sup>18</sup>; *ibid.*, 124-125, 197, 241, 559. De concionibus Benedicti Palmii in eo loco, v. FN, I, 681.

<sup>4</sup> Io. 3, 16.

monibus illis Palmii magnopere capiebantur universi. Sed illud accidit perincommodi, quod satellitum dux Palmio ne amplius in ea loca concionandi caussa veniret serio edixit. Vetitum hoc graviter omnium auditorum animos commovit acriusque instabant ut, ducis illius contemptis vocibus, quam erat orsus orationem pertexeret, neve eos desereret. Obstreptentium ac paene furentium auditorum vocibus iam omnia personabant, ad quos Palmius statim opportunam orationem admovit, cum diceret non tam ad iussi verba quam ad viri auctoritatem qui iubere posset esse animum adhibendum; ita quae princeps satellitum dixisset negligenda non esse, constat enim vere illud affirmatum esse: «melior est obedientia quam victimae»<sup>2</sup>. Quam sententiam efferens Palmius, illud indicabat ab Urbis praefecto seu a Pontificis Maximi Vicario illud manasse imperium. Sed tamen his verbis nil Palmius profecit, illi enim in satellitum [136] praefectum vehementius incitati, domos ingressi arma arripuerunt, hastisque in illum irruerunt. Quod nisi ille saluti fuga consulisset, factum illud suum haud bene ipsi vertisset. Satellitum ducem sui facti paenituit. Itaque cum altera iam noctis hora esset, ad Ignatium misit qui ab eo eius rei quae ab satellitum praeposito imprudenter ac temere gesta erat veniam peteret. Petenti Ignatius libens tribuit, maxime quod satellitum praefectus dicebat quod is fecisset non ideo fecisse quo vel in concionatorem vel in Societatem invidiosus esset, sed ut ne ob eam multitudinem quae colligebatur quidquam in Urbe turbaretur et misceretur; quod ipsum si accidisset, sibi, qui custos Urbis esse deberet, magnae fraudi futurum esset. Ducis satellitum satisfactionem accepit Ignatius, iubetque Palmium postridie in eodem loco concionari ad populum, cui et praefecti facinus expurgavit et haud obscuris verbis significavit illuc deinceps iis libentibus concionandi caussa, maxime quod hiems appetebat, minime rediturum.

## CAPUT 34

QUEMADMODUM POST IGNATHI OBITUM SOLLEMNEM  
QUATUOR VOTORUM PROFESSIONEM BENEDICTUS RECUSARIT

100 Erat iis temporibus Romae professorum numerus perexiguus<sup>1</sup>. Post interitum vero Ignatii inventum est chirographum in quo manu Ignatii erat ut in professorum ordinem Palmius legeretur<sup>2</sup>....

92 esset corr. ex erat || 97 Caput 34 corr. ex 30.

<sup>2</sup> 1 Reg. 15, 22.

<sup>1</sup> Nomina eorum qui professionem vivente S. Ignatio emisierunt in Societate vide in FN, I, 63\*-65\*.

<sup>2</sup> Prout dicimus in *Praefatione*, solennem professionem emisit Palmius a. 1559, die 15 augusti.



## DE ORIGINE DOMUS PROFESSAE ROMANAE

1581-1584

*Praefatio*

I. - EDITIONES : 1<sup>a</sup>. TACCHI VENTURI [TV] Pietro S. I., *Note storiche e topografiche di Roma nel secolo XVI. Le case abitate in Roma da S. Ignazio di Loyola*, in *Studi e documenti di storia e diritto*, 20 (1899) 287-356. Huius opusculi exemplaria separata edita sunt sub titulo : *Le case abitate da S. Ignazio di Loyola in Roma secondo un inedito documento del tempo* (Roma, 1899). - 2<sup>a</sup> *Scripta*, II, 97-101.

II. - AUCTORES : Praeter TACCHI VENTURI, qui in opere supra allato § I accuratissimum commentarium nostri Monumenti instituit, vide : eiusdem TACCHI VENTURI, *Storia*, II/1, 91-93 ; II/2, 18-25 ; ID., *La prima casa di S. Ignazio di Loyola o le sue cappellette al Gesù*, 2<sup>a</sup> edizione, Roma, 1951 ; P. J. C[HANDLER], *Le Gesù de Rome, esquisse historique et descriptive* (Rome, Imprimerie de « Tata Giovanni », 1905) ; PECCHIAI, *Il Gesù di Roma*, pp. 3-37 ; PIRRI, *La topografia del Gesù di Roma e le vertenze tra Muzio Muti e S. Ignazio*, *AHSI*, 10 (1941) 177-217 ; WICKI, *Pfarrseelsorge und Armut der Professhäuser*, *AHSI*, 11 (1942) 69-82.

III. - TEXTUS : *Rom.* 126, ff. 27-30 (prius *Rom. Fund. Coll. Hist. Fund. VII*, n. XII). Manus recentior titulum posuit : *De primis PP. NN. domibus Romae*. In ultimo folio verso manus alia ab ea quae documentum exaravit hunc alium titulum scripsit : *Origini della Casa Professa di Roma*. Et inferius adiunxit : « Vi sono alcune cose confuse, come che la prima volta il B. P. venisse a Roma, che M. Pietro Codatio fosse parrocchiano di Sta. Maria della Strada prima di conoscere il B. P. etc. »

IV. - TEMPUS : E n<sup>o</sup> [13] apparet, cum documentum scribebatur, Patrem Aquaviva esse iam Praepositum Generalem (electus est autem anno 1581, 19 februarii), in n<sup>o</sup> vero [8] situs collegii Romani hisce verbis describitur : « Al fine , per le sue orationi et diligenza, si hebbe il luogo di S. Mautto, dove al presente sta il Collegio, donato dalla sig.<sup>ra</sup> Vittoria della Tolfa ». Iam, haec verba, nulla mentione facta de novis accessionibus munificentia Gregorii XIII factis, clare indicant sedem collegii Romani, eo tempore quo nostrum documentum scribebatur, illam esse quae donata fuerat anno 1560 a Vittoria della Tolfa, ubi etiam scholae habitae sunt, donec anno 1584, die 5 novembris nova sedes instaurata est, a Gregorio XIII

exstructa<sup>1</sup>. Unde documentum scriptum est intra hos temporis limites : 19 februarii 1581 et 5 novembris 1584.

V. - SCRIPTOR : Monumentum nostrum scriptum est a viro coaevo, prout satis apparet e n° [12] ubi de rebus a se visis tempore P. Everardi Mercuriani mentionem facit. Eius nomen reperire nobis, sicut neque scriptoribus praecedentibus, non licuit. Documentum est magni momenti quia nos docet originem domus Professae Romanae, ab eo tempore quo Ignatius, anno 1543, eam aedificari iussit, ad finem saeculi XVI, cum post atrocem inundationem Urbis anno 1598, nova ampliorque sedes, quam etiam nunc videmus, exstrui coepit, munificentia cardinalis Odoardi Farnese. Auctor in nonnullis minus accuratus est, prout in annotationibus ostendere curamus. In quibusdam rebus argumentum a se susceptum incompletum relinquit. Minuta quaedam difficulter nunc intellegi queunt, cum ex antiqua domo ab Auctore descripta nihil iam remaneat praeter S. Ignatii cubicula.

VI. - RATIO EDITIONIS : Edimus textum supra allatum, inducentes in eo paragraphorum numerationem quam P. Tacchi Venturi primus posuit. Cum res, de qua in Monumento agitur, accurate pertractata fuerit a scriptoribus allatis sub § II huius *Praefationis*, in nostris annotationibus praecipua tantum innuemus quae ad textus interpretationem iuvare possint.

### Textus

1. *Prima Ignatii et sociorum commoratio romana in domo Quirini Garzoni ; transitus in domum quae postea ad Marium Delfini pertinuit.* — 2. *Domus Laurentii Astalli.* — 3. *Ignatius amicitiam init cum Petro Codacio qui, Societatem ingressus, ei transtulit iura sua in templum Sanctae Mariae de Strada.* — 4. *Huic adiungitur templum Sancti Andreae. Labores pro aedificatione novae domus.* — 6. *Novis accessionibus domus aedificari pergit, praecipue vero valetudinarium.* — 7. *Emitur « turris rubra ». Cisterna construitur munificentia cardinalis Ioannis Alvarez de Toledo.* — 8. *Quidnam pro nova domo factum fuerit in generalatu Patris Lainez.* — 9. *S. Franciscus Borgia inchoat aedificationem novi templi in honorem nominis Iesu, favente cardinali Farnese.* — 10-13. *Ad hunc scopum vicinae domus emuntur.*

### ORIGINE DELLA CASA PROFESSA DI ROMA \*

[1] Ihs. M. — La prima volta che la b. m. del N. P. Ignatio et compagni vennero in Roma, alloggiorno in una casetta d'una

<sup>1</sup> De his v. G. VILLOSLADA, *Storia del Collegio Romano*, pp. 148-149 ; PIRRI, *Giovanni Tristano*, 11-13, 246-248 ; RINALDI, *La fondazione del Collegio Romano*, p. 61-67 ; SACCHINI, *Historia*, p. V, l. IV, n. 16, p. 165.

\* Titulus hic desumitur ex annotatione ad calcem documenti apposta, f. 30.

vigna sotto la Trinità del Monte, quale gli concesse il signor Guirino Garzoni da Iesi, il quale sempre restò nostro amorevole et benefattore <sup>1</sup>.

Ritornando poi la seconda volta <sup>2</sup> da Venetia col P. Fabro et P. Lainez, per alcuni giorni si trattennero in diversi luoghi secondo che erano alloggiati dalla carità di diverse persone. Doppo <sup>3</sup> deliberorno di pigliare una casetta, della quale, con altre case vicine, il sig.<sup>r</sup> Mario Dolfinò ne fece il palazzo dove adesso habitano li figliuoli, et vi resta la camera dove alloggiò il P. Ignatio; et il detto sig.<sup>r</sup> Mario l'ha conservata con molta veneratione et devotione <sup>4</sup>.

[2] La terza <sup>5</sup> casa dove habitorno i nostri fu la casa del sig.<sup>r</sup> Lorenzo Stalli, la quale fu doppoi molti anni compra per far la chiesa nostra, et il luogo era di detta casa dove hora è la tribuna dell'altar maggiore con la croce.

[3] Con l'occasione della parrochia vicina, chiamata Sta. Maria degli Astalli, et dal volgo chiamata della Strada, et con l'occasione di dir messa in detta chiesa, et essercitare [27v] altre opere bone, detto Padre fece molta stretta amicitia col

<sup>1</sup> Prima haec fuit domus Romana Ignatio concessa, cum anno 1537 mense novembri, una cum sociis Fabro et Lainio, Urbem ingressus est (v. FN, I, 41<sup>40</sup>). Eis ibi sese iunxerunt reliqui socii mense aprili sequentis anni. De hac domo vide FN, I, 124<sup>31</sup>; FX, 390-392; PECCHIAI, *II Gesù*, p. 4; TV, *Le case*, p. 8. Evidens est auctorem nostri documenti missam facere primam commemorationem S. Ignatii in urbe Roma, anno 1523, antequam Hierosolymam se conferret.

<sup>2</sup> Ut e S. Ignatii vita satis constat, postquam tempore supra commemorato (annot. 1) Romam venit cum Patribus Lainio et Fabro, in Urbe remansit. Nequit igitur agi de secundo itinere ignatiano. Unde Auctor aut hoc loco aut in praecedenti deceptus est, prout iam animadvertit auctor notae in f. 30; fortasse non clare definivit haec tria itinera: 1<sup>o</sup> iter romanum sociorum, absque Ignatio, anno 1537 mense martio; 2<sup>o</sup> iter S. Ignatii a. 1537 mense novembri; 3<sup>o</sup> iter sociorum a. 1538, mense aprili.

<sup>3</sup> E domo Quirini Garzonii non directe migrarunt socii in domum Antonini Frangipani (de qua infra), sed in aliam non bene notam, de qua hoc tantum scimus quod P. Nadal testatur: eam non longe distare a ponte Xisto et a domo Petri Ortiz. Vide FN, II, 169.

<sup>4</sup> De hac tertia domo, in quam socii se contulerunt ultimis a. 1538 mensibus, v. *Chron.*, I, 65; ORLANDINI, n. 55; TV, *Le case*, p. 13-18; PECCHIAI, p. 4. Domus haec pertinebat ad Antoninum Frangipani, postea vero fuit Marii Delfini; sita erat in regione Pineae, prope forum dictum « piazza Margana » et turrim vocatam « del Melangolo ». Eam nunc videre licet, etiamsi valde mutatam, in Via de' Delfini, n. 16. Vide TV, *Le case*, tabulas I, II; FX, 414-415.

<sup>5</sup> E supra dictis constat eam fuisse quartam domum. In ea domicilium suum constituerunt socii anno 1541 ineunte. Eam conduxerunt a Camillo Astalli, pretio 30 scutorum ann. Vide TV, *Le case*, pp. 19-20, 64-65. Empta est a Societate anno 1568. Ibid., p. 49. Vide infra, annot. 20.

parrochiano chiamato M. Pietro Codatio da Lodi, di famiglia nobile, il quale ancorchè fusse parrochiano, era nondimeno  
 25 molto facultoso, massime de' beneficii ecclesiastici; et questa parrochia la teneva per comodità dell'habitatione, più che per altro <sup>6</sup>. Ma la familiarità passò tanto avanti, per vedere la bontà et santità del P. Ignatio et compagni, che da se stesso si mosse, inspirato dallo Spirito Santo, a lasciar tutto quel che haveva,  
 30 et far vita comune con detti nostri Padri. E mentre visse detto Pre. Codatio, essercitò continuamente l'offitio del procuratore con molta edificatione di tutto il populo, essendo egli stato Maestro di Camera di due Pontefici <sup>7</sup>. Et vedendo il P. Ignatio che il luogo era comodo per quel che pretendeva, si procurò  
 35 l'unione alla Compagnia nostra di detta chiesa et casa con un poco d'horticello che vi era, havendo il N. P. Ignatio lasciata la chiesa di S. Girolamo con l'habitatione che se gli offeriva, antepo-  
 nendo a quella questo sito più al proposito per quel che la Compagnia designava.

40 [4] Nel fin di detto horticello c'era una chiesa, dove è adesso il refettorio, chiamata S. Andrea, con la casetta del prete, che è il luogo dove è adesso l'infermaria con il cortiletto dove hora sono li Lombocelli <sup>8</sup>. [28]

Detto P. Codatio, con l'amicitia di monsignor Archinto, Ar-  
 45 civescovo di Milano et Vicario del Papa in Roma (al quale haveva detto Padre fatti rilevanti servitii), per mezzo di detto monsignor Archinto si procurò nova unione di detta chiesa et luogo; et profanata detta chiesa, con licenza de' superiori, il P. Elpidio parmesiano <sup>9</sup>, doppo di haver vendute tutte le facultà sue in

<sup>6</sup> De Pedro Codacio (Codazzo) v. TV, II/1, 304-311; FN, I, 201<sup>13</sup>. Ex ibi annotatis clare apparet Codacium Ignatio adhaesisse anno 1539, cum Societas nondum esset canonice constituta; cura autem paroecialis Sanctae Mariae della Strada ei concessa est die 18 novembris 1540, prout apparet e textu bullae qua templum illud Societati tribuebatur. Textum bullae vide apud TV, I/2, 229-233; MI, *Const.*, I, 69-77.

<sup>7</sup> De Codacio haec scribit pronepos eius, Ioannes Baptista: «... ebbe fortuna d'introdursi e d'esser ricevuto al servizio del Pontefice di quel tempo, Paolo III, ove avanzatosi di molto credito, acquistò aura non ordinaria nella corte et ottenne prerogative singolari di multipli-  
 cati favori, benefizii e dignità ecclesiastiche». TV, II/1, 306. Eum fuisse Praefectum Cubiculi Pauli III asserit MOLOSSI, *Memorie d'alcuni uomini illustri della città di Lodi* (Lodi, 1776), II, 47-48, allatus a TV, loc. cit.

<sup>8</sup> De his novis accessionibus v. TV, *Le case*, p. 30; ID., *Storia*, II/2, 22; PIRRI, *La topografia del Gesù di Roma*, pp. 183-184; PECCHIAI, p. 5.

<sup>9</sup> De P. Elpidio Ugoletti, v. FN, I, 65\*, 86\*, 129<sup>3</sup>; TV, II/1, 229.

Parma, fabricò tutto il quarto dove è adesso l'infermaria, se- 50  
cretaria, le stanze del N. P. Generale sino al capo dove sta hora  
il P. Vicepreposito.

[5] Doppo questo, per vigore d'una sentenza, come beni  
di Sto. Andrea, si ricuperò il cortiletto del refettorio <sup>10</sup>.

[6] Il sito dove è adesso la sartoria, con le camere vicine 55  
sotto et sopra fu comprato dalla b. m. del N. P. Ignatio, dal  
padre del signor Tiberio Stalla. Nel qual sito vi erano tre stal-  
lette, et la b. m. di detto Padre nostro vi fe' fabricare tutto  
quel che adesso si vede, massime le stantie di mezo per ser-  
vitio dell'infermi <sup>11</sup>. 60

[7] Doppo questo, la b. m. di N. P. Ignatio, con altre ele-  
mosine, comprò la casa chiamata della Torre Rossa, id est,  
della [28v] famiglia de Rossi, la quale abbracciava la sala grande,  
alto et basso, con il cortiletto dove è adesso la fontana d'acqua  
di Trevi <sup>12</sup>. 65

Il cortiletto dove è adesso la cisterna, era strada publica ;  
et per via d'amici et favore si procurò serrarla <sup>13</sup>, dove la b. m.  
del cardinal S. Giacomo, di casa di Toletto <sup>14</sup>, fratello del duca  
d'Alba, fece fabricare detta cisterna, vedendo la gran necessità  
che vi era d'acqua. Il quale mentre visse fu molto nostro amore- 70  
vole et benefattore, et molto devoto della b. m. del N. P. Ignatio,  
essendo egli ancor religioso di S. Domenico. Tutte le sopradette  
case furno compre vivendo la b. m. del N. P. Ignatio. [29]

[8] In tutto il tempo del generalato del P. Lainez non fu  
comprato niente per servitio della casa, ma applicò tutto l'ani- 75  
mo per fundare il collegio, che andava in casa d'altri a pigione,  
con gran scommodità et travaglio de' nostri <sup>15</sup>. Al fine, per le  
sue orationi et diligenza, si hebbe il luogo di S. Mautto, dove al

56 fu corr. ex furno || 64 d'acqua sup. lin. || 73 post del N. P. Ignatio remanet  
tertia pars paginae alba

<sup>10</sup> TV, *Le case*, p. 36 ; *Chron.*, I, 149.

<sup>11</sup> Hae domunculæ Camilli Astalli permutatae sunt a P. Codacio  
anno 1548 cum domo quæ fuerat Alteriorum in Via dicta *delle Bot-  
teghe Oscure*. V. TV, *Le case*, p. 36, et Appendicem, n. VII.

<sup>12</sup> Turris hæc emptæ est die 5 decembris 1553. FN, I, 53\*, 362-363,  
589<sup>a</sup>, 627, 677.

<sup>13</sup> TV, *Le case*, p. 37.

<sup>14</sup> Ioannes Alvarez de Toledo, O. P., episcopus Burgensis, creatus  
Cardinalis a Paulo III in quinta promotione, habita anno 1538, die  
20 decembris. Mortuus est in Curia Romana, 15 septembris 1557. EUBEL,  
III, p. 28.

<sup>15</sup> Hoc loco agitur, ut patet, de collegio Romano. Non tamen negle-  
xit Lainez domum et præcipue templum Societatis. Quid fecerit ad

presente sta il collegio, donato dalla sig. <sup>a</sup> Vittoria della Tolfa,  
 80 moglie del sig.<sup>r</sup> Camillo Leopardi Orsino, et nepote di Papa  
 Paulo quarto <sup>16</sup>.

[9] Fatto Generale il P. Francesco Borgia, subito applicò  
 l'animo a dar principio alla chiesa nostra del Giesù, della quale  
 vi era necessità grande. In primis procurò che l'Illmo. cardinale  
 85 Farnese abbracciasse questa impresa <sup>17</sup>, havendo havuta la  
 nostra religione principio dalla b. m. di Papa Paolo terzo. Et  
 detto Padre si obbligava a comprare il sito dove è stata fondata  
 detta chiesa, con elemosine cercate da diverse persone, et così  
 restò d'accordo con il detto cardinale.

90 La prima compra che detto P. Borgia fece, furno le case  
 del sig.<sup>r</sup> Girolamo Altieri <sup>18</sup>, per mezo dell'Illmo. sig.<sup>r</sup> Marc'An-  
 tonio Colonna <sup>19</sup>. Queste case abbracciano quasi la metà [29v]  
 del corpo della chiesa, incominciando dalle tre porte sino al  
 principio della cuppula.

95 La seconda compra fu da sig.<sup>r</sup> Lorenzo Stalla, le quali case  
 abbracciano la cuppula sino all'altare maggiore <sup>20</sup>.

templum ampliandum apparet ex epistula Polanci ad P. Simonem  
 Rodrigues data 4 martii 1559, et ex alia eiusdem ad P. Hieronymum  
 Doménech, Siciliae Provincialem, data 5 martii eiusdem anni. Patri  
 Simoni Rodrigues scribebat: « la chiesa nostra si fa più larga, facendo  
 come un'altra nave verso la banda sinistra dell'altare, cioè dove si dice  
 l'epistola, che arriverà insino alla pila dell'acqua incirca, et tutto quel  
 di sopra si potrà anche empir di gente, et con tutto questo ci sarà stret-  
 tezza insino a tanto che si faccia di nuovo la chiesa ». ASIR, *Ital.* 61,  
 f. 422v. Patri autem Doménech: « S'è slargata la chiesa dalla parte  
 della strada facendosi come una nave dalla parte sinistra dell'altar  
 maggiore fino alla pila, mentre che Iddio ci darà miglior occasione di  
 edificar la nuova. Ibid., f. 423v.

<sup>16</sup> Vide supra, *Praefationem*, § IV. Victoria Tolfa della Valle, mar-  
 chionissa della Guardia e Valle Siciliana, vidua erat Camilli Orsini del  
 Pardo.

<sup>17</sup> Iam tempore generalatus Iacobi Lainii manifestaverat cardinalis  
 Alexander Farnese animum suum construendi Societatis templum, cum  
 Lainius a. 1561 eum aegrotantem visitavit ad Caprarola. SACCHINI,  
 p. II, l. 5, n. 146, p. 196; TV, *Le case*, p. 45.

<sup>18</sup> Hieronymus Altieri, post non paucas difficultates, inductus est  
 ad domus suae venditionem, ob interpositam mediatonem Marci Anto-  
 nii Colonna, qui 500 scutos solvit, aliis 4.500 scutis additis pro domus  
 emptione. Instrumentum emptionis rogatum est a Iacobo Gerardi,  
 notario Camerae Apostolicae, die 26 martii 1568. TV, *Le case*, p. 48-49;  
 PIRRI, *Giovanni Tristano*, p. 144.

<sup>19</sup> Marcus Antonius Colonna (1535-1584), filius Ascanii et Ioannae  
 de Aragón (cf. FN, II, 414), classis Pontificiae Praefectus in bello contra  
 Turcas (1572).

<sup>20</sup> Laurentius Astalli, praeter avitam domum (vide supra, n. 2),  
 possidebat « certe altre [case] insieme, quali facevano una isola vicino  
 al canto di santo Marcho ». Harum domorum aestimationem fecerunt

[10] È ben vero che in tutto questo sito vi erano due casette, una d'una moglie d'un muratore, la quale stava di rimpetto alla casa che ha fabricata il sig.<sup>r</sup> Rutilio Altieri. L'altra casetta era d'una vedova, che stava attaccata alla capella di S. Francesco et la donò gratis, havendosi da fabricar la chiesa. 100

[11] In tutto questo sito comprato per far la chiesa vi erano tre stradelle pubbliche. La prima cominciava dalla piazza tra le case del sig.<sup>r</sup> Girolamo Altieri et la nostra chiesa vecchia et usciva alla porta de' Scarpellini<sup>21</sup>. Due altre stradette incominciavano dalla porta del sig.<sup>r</sup> Paolo Binzone<sup>22</sup> et venivano a dare nel cortile de' Merancoli, le quali strade furono serrate tutte con autorità di S. Stà. La casa dove è stato il granaro sino adesso et vi si fa hora la congregatione, la donò alla Compagnia il P. Gioseffe Emilio, alias Pisasanti<sup>23</sup> con altre stallette, al tempo del P. Borgia Generale. [30] 5 10

[12] La casa dove hora stanno i muratori vicino alli Scarpellini era del sig.<sup>r</sup> Nicolò Pirotti notaro, et compra poi da' nostri. La casa che seguita attaccata al detto Pirotti, che era del sig.<sup>r</sup> Aurelio N. da Subiaco, fu comprata in tempo del N. P. Everardo per poter mandare avanti la fabrica della chiesa. Et intesi dire all'hora che s'era speso nel sito delle case per fabricare la chiesa, sino a quel tempo, da sedeci o diciasette mila scudi<sup>24</sup>. 15

[13] L'ultima compra di dette case fatta in tempo di N. P. Claudio Acquaviva Generale son state le case delli figliuoli del sig.<sup>r</sup> Giovanni Pietro Muti, gentil'homo romano, per otto mila scudi. E per haver tutta l'isola, non restano se non le case del sig.<sup>r</sup> Curtio Rossi alias dello Schiavo<sup>25</sup>. 20

12 hora *sup. lin.*

Nanni di Baccio et Laurentius della Bella. Haec aestimatio facta est die 16 iulii 1568, venditio autem locum non habuit ante diem 20 octobris eiusdem anni. Aestimationis pretium erat 5.200 scutorum, sed pretium solutum fuit 5.400. PIRRI, *Giovanni Tristano*, p. 145.

<sup>21</sup> Agitur potius, ut videtur, de nomine artis (scarpellino seu scarpellino, latine lapicida), quam de nomine familiae. TV, *Le case*, p. 49.

<sup>22</sup> Familia Benzoni initio saeculi habitabat in Campo Martio sed, ut videtur, domum possidebat in regione Pineae, ubi habitabant Astalli, eorum propinqui. TV, *Le case*, p. 49<sup>s</sup>.

<sup>23</sup> P. Iosephus Aemilius Pisciansanti natus Romae a. 1525 (*Rom.* 53, f. 61), ingressus ibidem 7-VI-1565, Coadiutor spiritualis Romae 29-V-1583 (*Ital.* 35, f. 26), mortuus Romae 11-IV-1591 (*Hist. Soc.* 42, f. 9v).

<sup>24</sup> TV, *Le case*, p. 51.

<sup>25</sup> Ibid., p. 52-53. Situs harum domorum, sive Mutiorum sive Curtii de' Rossi, clare apparet in delineatione facta annis 1578-1582 (vide

- 25 Dalle scritture fatte per dette compre in diversi tempi (quali credo si conservano nell'archivio) si potrà havere maggiore cognitione dell'anno et mese, delle persone, del sito, delli stimatori et prezzo che costorno dette case.

L. D.

- 30 *Alia manu in fol. 30.* Origine della casa professsa di Roma. Vi sono alcune cose confuse, come che la prima volta il B. P. venisse a Roma, che M. Pietro Codatio fosse parocchiano di Sta. Maria della Strada prima di conoscere il B. P., etc.

## 8

### IOANNIS PASQUAL NARRATIO ALTERA

BARCINONE, 9 martii 1582

#### *Praefatio*

I. - EDITIO : MI, *Scripta de S. Ignatio*, II, 80-96.

II. - AUCTORES : AA. SS. *iulii*, t. VII, *Commentarius praeuius*, § V, pp. 417-418, nn. 45-48 ; § XI, p. 430, nn. 109-112 ; § XII, p. 431, nn. 114-115. Bollandistae (cf. p. 417, n. 45) prae manibus habuerunt exemplar versionis latinae ex originali catalaunico extractae, quod anno 1605 Patri Generali Claudio Aquaviva misit P. Franciscus Castell, per P. Iosephum de Alderete ; ALBAREDA, *S. Ignasi a Montserrat*, 98-99, 206-207 ; ALVAREZ, *Historia de la Provincia de Aragón*, l. I, c. VIII, pp. 54-59 ; c. XI, pp. 70-75 ; c. XII, pp. 75-78 ; CREIXELL, *S. Ignacio en Barcelona*, pp. 9-10 ; 95-96 ; ID., *S. Ignacio*, I, pp. 261-268 ; ORLANDINI, *Historia*, l. I, nn. 50-51 ; RIBADENEYRA, *Vita annexa operi Flos Sanctorum*, pp. 13-14. Vide etiam auctores allatos in MON. 5.

III. - TEXTUS : Exemplar huius monumenti servabatur olim Compluti (Alcalá de Henares) in Hispania in « Archivo Central » sub hac signatura : *Jesuitas. Provincia de Aragón. - Papeles pertenecientes a la canonización de S. Ignacio de Loyola. - Doc. 51, Leg. N° 2.* Postea cum integro illo archivo complutensi translatum est Matritum in « Archivo histórico nacional » habuitque signaturam *Legajo 269j*.

30 L. D *videhur* = Laus Deo, sed duae hae litterae non clare omnino leguntur.

TV, p. 53) edita a TV, tabula V. Anno 1582 empta est etiam domus Ioannis Baptistae Astalli, quae apparet etiam in dicta delineatione.



Nunc in eodem servatur Archivo, signatum : *Leg. j262*<sup>1</sup>. Gratias referimus P. Michaeli Batllori, qui illud nobis quaesivit et invenit.

Monumentum non videtur Ioannis Pasqual autographum, immo neque ipse manu propria narrationem suam exaravit, sed potius dictavit P. Onuphrio de Requesnes O. P., prout dicitur in epistula infra § IV edita. Nobis videtur esse ipsum exemplar a P. Requesens scriptum, sed id certis argumentis comprobare non possumus. Subscriptio videtur autographa Ioannis Pasqual.

Constat quattuor foliis in medio plicatis. In textu liturae nonnullae sunt. Hic atque illic sententiae linea subducta notantur, in margine autem correspondenti adsunt verba : « falso », « non certa », « non vera », scripta manu antiqua et, ut videtur, coaeva. Nos harum notationum rationem non habemus in nostra editione, si quae autem erronee dicta sunt, in annotationibus indicamus. Videantur etiam dicta in *Praefatione* praemissa MONUMENTO 5, § V, pp. 143-144.

Antequam archivum cui nomen « Archivo Central » ex urbe Compluto Matritum transferretur, bis nostrum documentum transcriptum fuit, primum anno 1883 a P. Aloysio Fiter, deinde anno 1895 a viro nobis ignoto. Exemplar transcriptum a P. Fiter transiit in codicem archivi Provinciae Aragoniae S. I., signatum *Barcinonen. II*, ff. 171-177, unde illud edendum desumpserunt scriptores nostri voluminis *Scripta de S. Ignatio II*, pp. 80-96. Codex *Barcinonensis II* tempore belli civilis in Hispania, ann. 1936-1939, deperditum est. Exemplar transcriptum anno 1895, apud MHSI etiam nunc servatur. E supra dictis apparet nunc primum narrationis Ioannis Pasqual textum directe exhiberi.

IV. - HISTORICA : Qua occasione Ioannes Pasqual hanc relationem dictaverit nobis constat ex responsione data a P. Francisco Castell P. Gabrieli Alvarez, die 17 augusti 1607. Ex ea scimus Ioannem Pasqual hanc narrationem in forma epistulae dictasse P. Mag. Onuphrio de Requesens O. P., quem Ioannes Pasqual ab infantia domi suae educaverat. En tibi textum epistulae P. Francisci Castell ad P. Gabrielem Alvarez, cuius apographum olim servabatur apud MHSI (v. *Scripta*, II, 80<sup>1</sup>) :

« Pax Chri. etc. V. R. perdone. Yo ya tengo escrito a V. R. todo lo que se me offresció, y lo di al P. Guerau. Ya entiendo que V. R. lo ha recebido.

A lo que V. R. me pide en la suya, de que sepa quién escribió aquella relación de Juan Pasqual, digo que el maestro Fray Onofre de Requesens de la orden de Predicadores, que dicho Juan Pasqual crió desde muy niño en su casa. Y cuando él se venía a confesar conmigo, siempre se lo trahía consigo para que le confessasse. Después entró en la dicha orden, y se tiene por sobrino de la condesa de Benavente.

Preguntándole si avía escrito dicha relación, me afirmó diciendo que él proprio la avía escrito, y que el mismo Pasqual se la dictó. Y me ofresció que él haría una fe cómo la avía escrito ; pero yo no se la he ido a pedir, ni él me la ha embiado. Pero paréceme que basta ver

y cotejar esta letra deste memorial que va aquí, con la de la relación ; porque a mi parescer que todas son de su mano.

Este memorial avía de llevar el P. Provincial a Roma ; y como se ha diferido la ida, no se le dio ; pero halo escrito el mismo fray Onofre de Requesens.

Mañana parto con el P. Fiol para Manresa y sus pueblos comarcanos en misión, y para hacer reparar la casa de Manresa. La residencia será presto ; porque se trata esta quasi in última disposición.

En los Stos. sacrificios y oraciones de V. R. mucho me encomiendo. De Barcelona y agosto a 17 de 1607.

Fran.<sup>co</sup> Castel.

*Inscriptio.* + Al P.<sup>o</sup> Gabriel Alvarez de la Comp.<sup>a</sup> de Jhs. Valencia. *Manet sigillum.*

V. - RATIO EDITIONIS : Edimus textum manuscriptum, de quo supra, ex quo corrigimus nonnullas erroneas lectiones praecedentis editionis (*Scripta*, II) supplemusque duas lacunas ibidem ob inadvertentiam admissas. In textu apparent verba hispanica vel hispanico modo scripta, prout : padrizos, rissa, esquina, demasiades, emperatriz, momentos, doña, ciudat ; etiam hispanae verborum terminationes : armas, honradas i cristianas, de veras, cet.

Transcriptionem secundum regulas generales a nobis adhibitae facimus. Separationem verborum adhibemus quae in editionibus textuum catalaunicorum nunc in usu est, quod etiam de accentibus aliisque signis dictum existima. Signum ~ supra litteram n relinquimus, ubicumque in textu invenitur.

### Textus

1. *Attestatio veritatis.* — 2. *De Agnete Pasqual, Ioannis matre.* — 3. *Agnes Pasqual aliaeque piae mulieres Ignatio occurrunt, eumque Minorissam usque comitantur.* — 4. *Vitae ratio ab Ignatio instituta Minorissae.* — 5. *Obortis murmurationibus, Agnes Pasqual advocat fratrem suum Antonium Pujol, qui Ignatium Barcinonem ducat.* — 6. *Annuat Ignatius. Eius primum colloquium cum Ioanne Pasqual.* — 7. *Venit Barcinonem cum Antonio Pujol ; eum paulo post sequitur Agnes Pasqual.* — 8. *Ignatii studia. De domo Agnetis Pasqual.* — 9. *Confessor Ignatii fuit Didacus de Alcántara.* — 10. *Exercitia pietatis. Ioannis Pasqual futura praedicat.* — 11. *Moniales conventus Angelorum ad meliorem frugem reducit Ignatius. Hanc ob causam a facinorosis hominibus impie caeditur.* — 12. *Ignatius aegrotat.* — 13. *Studiorum causa venit Parisios. Litteras mittit ad amicos barcinonenses.* — 14. *Ignatius post mortem apparet Ioanni Pasqual.* — 15. *Aliae apparitiones.* — 16. *Agnes Pasqual pie moritur.* — 17. *Ignatius Minorissae commoratus est in conventu Fratrum Praedicatorum.* — 18. *Testificatio veritatis dictorum iuramento firmata.*

[1] Jo, Juan Sagristà Pasqual, cottoner<sup>1</sup>, fas fe, per virtud d'esta pressent lletra que para memòria perpètua dexo,

<sup>1</sup> Vide praecedentem narrationem Ioannis Pasqual, an. 1578 factam, sup., MON. 5, p. 142.

com hohý comptar a ma mare Agnès Pasquala<sup>2</sup>, viuda de segon matrimoni, i al Pare Ignasi de Loyola, part de les cosses que se seguexen tocants als camins, conversió i vinguda sua a la ciutat de Manrressa i ha esta de Barçelona, i part de elles viu i tractí jo matex ab mos ulls i mes mans.

[2] Essent jo jove de quinze añys<sup>3</sup>, i estant per patje del arçabisbe que llavons era de Tarragona<sup>4</sup>, ab un oncle meu, germà de ma dita mare Agnès Pasquala viuda, anomenat Antoni Pujol, el qual servia al dit arcabisbe de mestre de cerimònias y de confessor, per ser home molt docte i de grans prendas ; estava llavons ma mare en la ciutat de Manrressa, donant orde a les cobrançes i heretats que posehia de mon pare, anomenat Juan Sagristà, primer marit seu, per a dexas dits béns en cobro i clarícia, per los plets que parents del dit Pasqual, mon pare, ly passàvan sobre los ja dits bens i sa administratió. Tenia ella llavons sa principal cassa y habitatió, ab botiga de l'offici de cottoner, en esta ciutat de Barçelona, la qual li regia en sa aussència un tal Pere Pinós, nabot seu, i Jaume Agramunt, los quals tots dos després són estats mercaders de comanda d'esta ciutat. Est offici de cotonera i los béns que en Barçelona ella posehia i administrava, los avia tots aguts i heretats per cumplit testament ab la mort de Bernardí Pasqual, padastre meu i son segon marit, ab lo qual estigué cassada sols quatre añys, avent-ho estat ab mon pare Juan Sagristà sols tretze messos ; que de vuitanta añys que visqué, estigué los xexanta biuda ; los quals béns li dexà lo dit Bernardí Pasqual, mon parastre, sensa dexas fill ningú, per a que ella ne fes, com ha senhora pròpria y llegítima heredera, a son gust, i los donàs a qui bé li paregués o vulgués després de sos dies, ab condició emperò que hagués de tenir i sustentar, tot lo temps que ella visqués, la botiga i tracte de son offici de cottoner, anomenant-se de son nom Pasqual, i lo matex agués de ser després de la mort lo a qui ella dexàs per hereu seu dels dits bens, fent del matex offici de cottoner com ella, i anomenant-se Pasqual. Los quals béns éran molts i bons, i per heretar-los jo, com fill llegítim que aó del primer matrimoni de la dita Agnès Pasquala, viuda i

<sup>2</sup> Ibid., p. 145.

<sup>3</sup> Non sibi cohaeret hoc loco Ioannes Pasqual. In praecedenti narratione sibi assignaverat 10 annos aetatis cum Barcinone Ignatius versaretur. Vide Mon. 5, in *Praefatione*, supra, pp. 143, 149, annot. 14.

<sup>4</sup> Petrus Folch de Cardona, archiep. Tarraconensis a die 8 ianuarii 1515 ad diem obitus, 11 aprilis 1530. EUBEL, III, 328.

mare mia, é fet fins ara i fas lo offiçi de cottoner, i meno del  
 40 nom de mon pare Juan Sagristà, i juntament Pasqual, que és  
 lo nom de mon padraastre, per a cumplir la voluntat i testament  
 seu, pus gozo per él y lo de ma mare de sos béns, ab aqueixa  
 condició.

[3] Estant, pux, com he dit, ma mare en la ciutat de  
 45 Manrressa, set lleguas de Barçelona, als negocis ja dits i a la  
 conclusió de sos plets, y jo, ab mon oncle, en servici del arça-  
 bisbe de Tarragona, venint ella un disapte <sup>5</sup> de visitar la santa  
 cassa de nostra Señora de Monserrat (a hont acostumave anar  
 los més disaptos, per haver-hi sols des de Manrressa tres lleguas),  
 50 i tornant-se'n a sa cassa sobre tarda ab companya de dos fadri-  
 nets, fillols seus, que avui viuen cassats honrradíssimament  
 y allait de tous ses moyens<sup>151</sup>. Mais il me semble que j'extra-  
 vague, et sors hors des bornes de votre discours, qui est de nous  
 pourvoir d'expédients en cas que quelque mal violent et âpre  
 nous empoignât entre les séculiers, où nous n'aurions secours  
 10 des nôtres, combien que, à la vérité, ce soient recettes de mise  
 toutes et partout.

[102 - POLANCO] C'est bien dit, répliqua Polanco, je m'en  
 vais remettre tout en mon ornière sans plus en rejaillir, et  
 coudrai à cette pièce un petit échantillon. Que le maladie sur-  
 15 venante à un de nos gens au milieu des terres et pays de sa  
 conquête et de son ressort, il doit choisir, pour sa retraite,  
 quelque hôtel-Dieu, s'il y en a point où il se trouve, à son  
 aise et bien réglé ; autrement, il se laissera gouverner des confi-  
 dents et prendra pour [35v] logis telle maison où il n'y ait faute  
 20 de bon goût pour la bouche, mais du tout point de mauvais  
 haleine pour la conscience et réputation. Il faut panser le corps  
 si bien qu'il ne décharge point ses tares et passions sur l'âme,  
 qui serait encore bien plus malaisée à guérir que son compagnon.  
 Laissons-la pour ce temps-ci plus échauffé à médire ce que quel-  
 25 ques-uns des plus saints pères n'ont point haï pour eux. Leurs  
 vertus étaient plus ferrées, et l'âge les couvrait de toute envie.

5 atteint ] atteint ms. || 17 post son legitur esté, quod redundare videtur.

<sup>151</sup> De Ignatii sollicitudine pro cura infirmorum v. FN, I, 545-547, 580, 590, 613-614, 654 ; II, 356-357, 365-366, 559.

Je ne m'en voudrais pas fier à moi-même. Je sais qui s'y sont trouvés bien empêchés à la fin du jeu et, sans grand artifice et [ - - - ] résolution, ils y eussent laissé non du poil mais de l'honneur. Il y a, en divers pays, des gens non mariés qui savent com- 30 me il faut traiter les malades. Pour le moins, ils ont des chambres où l'on y peut tenir tel train qu'on veut, outre l'apothicaire et le médecin. Chacun se doit servir de [personnes de] son sexe, si faire se peut, et pourquoi ne se peut-il ? même nous autres, qui achéterions à trop haut prix notre santé par quelque renom 35 ou danger encore de pis. Je sais bon gré à Pompée qui répondit au médecin que la viande d'une grive lui serait fort profitable et que un sien voisin en avait : — Et quoi donc, lui dit-il, et sans Lucullus ne saurais-je plus vivre ?

[103 - FRUSIUS] A ce propos, Freusi, en souriant et prenant 40 la parole : — Vous avez, dit-il, mis en peine nos jeunes auditeurs, Polanco, et vois bien à leur couleur de visage qu'ils vous diraient volontiers qu'ils s'en vont en France où les maisons ne sont pas si closes [36] ni serrées que par-deçà, et où les gens n'ont les humeurs si bouillantes que vers le Midi et l'Orient, 45 mais je vois bien, à travers vos règles, que vous n'enfermez point la nécessité sous icelles, et qu'il nous suffit de leur montrer la trace la plus sûre, même que ce n'est ici l'endroit où vous leur apprêtez un long entretien sur cette hantise de celles que vous tenez et, avec très juste raison, de si malaisée adresse et très 50 difficile conduite.

[104 - POLANCO] C'est bon, répondit Polanco, et si je ne suis pas du tout si neuf au monde que je n'aie roulé parmi cette grande ville de Paris, et reconnu la franche liberté du pays et la sûreté des entrevues de tout sexe et âge, si faut-il se souvenir 55 néanmoins que, si bien les habitants d'une province retiennent leur fermeté à ne vouloir souiller leur honneur, nous venons d'une autre souvent, où nous avons plus appris qu'ils ne savent, et que les vieilles ne vont guère sans les jeunes, qui n'ont pas ni les tares pour nous desgratter de quelque prise, ni la force 60 pour se défendre, ni de leurs propres passions, ou de celle d'autrui : « Ôte la paille, ma mie, disait un bon père au rauquet [?] de la mort à une sienne parente, il y a encore une étincelle de feu ». Mais ce sujet se traitera, comme vous dites, une autre fois ; je reprends ma route et dis : Qu'étant notre malade ainsi 65 hébergé chez les amis, il faut qu'il observe ces trois ou quatre

— 62 rauquet *lectio probabilis*, i. e. hoquet ?

recettes curieusement : la première, de ne se point décourager si Dieu lui roule cette entravure en son ouvrage. Il y a plus d'intérêt que le patient même. C'est se trop magnifiquement  
 70 priser, de cuider que nous fassions telle faute au service des âmes que Dieu ne s'en puisse passer, ou [36v] mettre en notre place un plus habile que nous. Ces relais nous sont nécessaires et très fructueux ; sans cela, nous empièterions trop avant en l'économie divine, et voudrions régenter la Providence.  
 75 Moïse, ajourné en [----] de mourir, n'eut garde de répondre : « Qui gouvernera votre peuple, Seigneur ? » Il ne fit que le prier de pourvoir un autre en son lieu, et lui se mit en ordre pour déloger <sup>152</sup>. La moindre opinion que nous pouvons avoir de notre suffisance, sans couardise, c'est bien la meilleure. Nous  
 80 verrons, par aventure, la besogne mieux s'avancer étant au lit, par un autre que par nous. Au lieu d'y donner lustre et corps, le plus souvent nous ne le faisons qu'obvier et disjoindre. L'Apôtre fut deux ans en prison, sans d'autre liberté que celle que saint Luc lui donne <sup>153</sup>, ni pour toute cette clôture cuida [-t-] il  
 85 que tout fut perdu, hors qu'il ne pût plus courir çà et là faire son métier. Cette modestie tiendra notre esprit en repos, et en résignant la rame à un autre, nous servirons à nous-mêmes comme étant échu notre quartier, ne le laissant point échapper sans quelque fruit excellent et avantage à notre perfection.  
 90 Il y aura souvent de bonnes gens qui vous viendront voir, regrettant, la larme à l'œil, que vous soyez réduit en tel état de ne les pouvoir repaître de votre sainte doctrine, les ouïr de confession et vous prêter à leur usage comme de coutume, ajoutant le déplaisir qu'en a eu toute la ville. Ne vous laissez point  
 95 piper de ces chansons ; leur zèle est bien à louer, mais non pas à adorer ; leur affection est bonne, mais votre patience et [37] modestie encore meilleures. « Sat cito, disait l'autre, si sat bene ».

La seconde, c'est de nous restreindre chez nous alors plus  
 100 que jamais, de peur que les émotions et piqures du mal qui nous tourmente ne nous fassent perdre les rênes de notre tempérance et modération accoutumée, soit en paroles impatientes, dépiteuses et pleines de dédain, soit en un mécontente-

---

99 alors] ailleurs *ms.*

---

<sup>152</sup> Num. 27, 16-17 ; Deut. 34.

<sup>153</sup> Act. 22.



ment et chagrin du service que nous font ceux qui sont auprès 5  
 de nous. C'est lors que se découvrent le plus nos passions non  
 encore mortes, et se font suivre magistralement de notre estomac  
 et de notre goût sans faire place à la raison, qui devrait, pour  
 lors, être la régente chez nous. Tel, en santé, s'était acquis le  
 nom d'homme mortifié et réservé en ses prises, qui le se laisse 10  
 échapper étant malade. La vertu n'est guère ferme si elle n'est  
 pincée et mordue de son contraire. Il faut alors montrer ce qu'on  
 sait faire pour soi, et laisser mourir en nous, du tout, ces mouve-  
 ments vicieux, puisqu'ils sont si près de leur cercueil. Saint  
 Basile nous apprend que la médecine est une maîtresse de beau- 15  
 coup de vertus, comme de saper et retrancher ses aises, gardant  
 les lois de la diète, mais la maladie est encore plus savante et  
 expérimentée ; là où le corps peut le moins, c'est où l'âme tient  
 le bureau. Je sais bien qu'il est très malaisé, au milieu des assauts  
 d'une colique ou à travers des frissons ou ardeurs d'une fièvre 20  
 aigüe, tenir telle constance qu'en une chaire à prêcher, ou lire.  
 Si est-ce que ces plaintes mêmes qui nous sortent hors de la  
 bouche sont toujours teintées des affections de l'âme, qui ne se  
 laisse guère moisir et prendre mousse en tels accidents, sans se  
 montrer telle qu'elle est. [38] 25

C'est adonc que nous devons presser la raison à se laisser  
 doucement dégoûter de cette vie chétive, et le faire croire ainsi  
 à nos gardes, serviteurs et amis qui nous viennent voir. Il fait  
 beau parler à table des tempêtes, gouffres, rochers et orages  
 de la mer, et quand on est en un brigantin secoué de la tour- 30  
 mente, vouloir sauter en une galère, et de là en une hourque,  
 pensant ainsi se mettre hors de danger.

Tu ne cede malis, sed contra audentior ito <sup>154</sup> ;

et mieux : « Cum infirmor, tunc potens sum » <sup>155</sup>.

Comme de fait, c'est un très fructueux spectacle à voir 35  
 qu'un docteur et père de beaucoup d'âmes étendu en sa couche,  
 gêné d'une pleurésie, d'une gravelle, d'une sciatique, d'une  
 colique et de quelque fièvre ardente, retenir les règles de sa  
 douceur et gravité en paroles, ne lâcher trait aucun que bien  
 à point ou d'espérance ou de compassion à cette tant triste 40  
 vie qu'est la nôtre, ou, si n'avons telle fermeté, nous sentant

<sup>154</sup> VERGILIUS, *Aeneis*, VI, 95.

<sup>155</sup> 2 Cor. 12, 10.

recettes curieusement : la première, de ne se point décourager si Dieu lui roule cette entravure en son ouvrage. Il y a plus d'intérêt que le patient même. C'est se trop magnifiquement  
 70 priser, de cuider que nous fassions telle faute au service des âmes que Dieu ne s'en puisse passer, ou [36v] mettre en notre place un plus habile que nous. Ces relais nous sont nécessaires et très fructueux ; sans cela, nous empièterions trop avant en l'économie divine, et voudrions régenter la Providence.  
 75 Moïse, ajourné en [ - - - ] de mourir, n'eut garde de répondre : « Qui gouvernera votre peuple, Seigneur ? » Il ne fit que le prier de pourvoir un autre en son lieu, et lui se mit en ordre pour déloger <sup>152</sup>. La moindre opinion que nous pouvons avoir de notre suffisance, sans couardise, c'est bien la meilleure. Nous  
 80 verrons, par aventure, la besogne mieux s'avancer étant au lit, par un autre que par nous. Au lieu d'y donner lustre et corps, le plus souvent nous ne le faisons qu'obvier et disjoindre. L'Apôtre fut deux ans en prison, sans d'autre liberté que celle que saint Luc lui donne <sup>153</sup>, ni pour toute cette clôture cuida [-t-] il  
 85 que tout fut perdu, hors qu'il ne pût plus courir çà et là faire son métier. Cette modestie tiendra notre esprit en repos, et en résignant la rame à un autre, nous servirons à nous-mêmes comme étant échu notre quartier, ne le laissant point échapper sans quelque fruit excellent et avantage à notre perfection.  
 90 Il y aura souvent de bonnes gens qui vous viendront voir, regrettant, la larme à l'œil, que vous soyez réduit en tel état de ne les pouvoir repaître de votre sainte doctrine, les ouïr de confession et vous prêter à leur usage comme de coutume, ajoutant le déplaisir qu'en a eu toute la ville. Ne vous laissez point  
 95 piper de ces chansons ; leur zèle est bien à louer, mais non pas à adorer ; leur affection est bonne, mais votre patience et [37] modestie encore meilleures. « Sat cito, disait l'autre, si sat bene ».

La seconde, c'est de nous restreindre chez nous alors plus  
 100 que jamais, de peur que les émotions et piqures du mal qui nous tourmente ne nous fassent perdre les rênes de notre tempérance et modération accoutumée, soit en paroles impatientes, dépiteuses et pleines de dédain, soit en un mécontente-

---

99 alors] ailleurs *ms.*

<sup>152</sup> Num. 27, 16-17 ; Deut. 34.

<sup>153</sup> Act. 22.

ment et chagrin du service que nous font ceux qui sont auprès 5  
 de nous. C'est lors que se découvrent le plus nos passions non  
 encore mortes, et se font suivre magistralement de notre estomac  
 et de notre goût sans faire place à la raison, qui devrait, pour  
 lors, être la régente chez nous. Tel, en santé, s'était acquis le  
 nom d'homme mortifié et réservé en ses prises, qui le se laisse 10  
 échapper étant malade. La vertu n'est guère ferme si elle n'est  
 pincée et mordue de son contraire. Il faut alors montrer ce qu'on  
 sait faire pour soi, et laisser mourir en nous, du tout, ces mouve-  
 ments vicieux, puisqu'ils sont si près de leur cercueil. Saint  
 Basile nous apprend que la médecine est une maîtresse de beau- 15  
 coup de vertus, comme de saper et retrancher ses aises, gardant  
 les lois de la diète, mais la maladie est encore plus savante et  
 expérimentée ; là où le corps peut le moins, c'est où l'âme tient  
 le bureau. Je sais bien qu'il est très malaisé, au milieu des assauts  
 d'une colique ou à travers des frissons ou ardeurs d'une fièvre 20  
 aigüe, tenir telle constance qu'en une chaire à prêcher, ou lire.  
 Si est-ce que ces plaintes mêmes qui nous sortent hors de la  
 bouche sont toujours teintées des affections de l'âme, qui ne se  
 laisse guère moisir et prendre mousse en tels accidents, sans se  
 montrer telle qu'elle est. [38] 25

C'est adonc que nous devons presser la raison à se laisser  
 doucement dégoûter de cette vie chétive, et le faire croire ainsi  
 à nos gardes, serviteurs et amis qui nous viennent voir. Il fait  
 beau parler à table des tempêtes, gouffres, rochers et orages  
 de la mer, et quand on est en un brigantin secoué de la tour- 30  
 mente, vouloir sauter en une galère, et de là en une hourque,  
 pensant ainsi se mettre hors de danger.

Tu ne cede malis, sed contra audentior ito <sup>154</sup> ;

et mieux : « Cum infirmor, tunc potens sum » <sup>155</sup>.

Comme de fait, c'est un très fructueux spectacle à voir 35  
 qu'un docteur et père de beaucoup d'âmes étendu en sa couche,  
 gêné d'une pleurésie, d'une gravelle, d'une sciatique, d'une  
 colique et de quelque fièvre ardente, retenir les règles de sa  
 douceur et gravité en paroles, ne lâcher trait aucun que bien  
 à point ou d'espérance ou de compassion à cette tant triste 40  
 vie qu'est la nôtre, ou, si n'avons telle fermeté, nous sentant

<sup>154</sup> VERGILIUS, *Aeneis*, VI, 95.

<sup>155</sup> 2 Cor. 12, 10.

ainsi chamailler et secouer à outrance, du moins se taire et se radoucir son mal par quelques gémissements entrecoupés de Dieu ou de Jésus et de Marie Notre-Dame, ou de quelques mots dorés qui nous étaient souvent en bouche en santé <sup>156</sup>.

## 13

P. NICOLAUS BOBADILLA  
P. CLAUDIO AQUAVIVA, ROMAM

CACCIABELLA, 11 AUGUSTI 1589

I. - MON. editum in *Bobadillae Monumenta*, 602-603 e textu B.

II. - TEXTUS: ASIR. A) *Epp. NN. 98*, f. 84: originalis vel originalis imitatio.  
B) *Epp. NN. 98*, f. 86: apographum antiquum.

III. - EDIMUS textum A).

Huic epistolae rescripsit P. Aquaviva die 19 augusti. Vide BM, 603-604.

*Textus*

*Bobadilla senex in memoriam revocat votum sociorum ad Montem Martyrum nuncupatum et progressus Societatis. — De suis morbis.*

†  
Jhs

Molto R.<sup>do</sup> in X<sup>o</sup> Pre. oss.<sup>mo</sup>  
Pax Xpi. etc.

5 [1] Recordandomi (come spesso mi ricordo) di questa santa festa dell'Assumptione della gloriosa Madona <sup>1</sup>, maxime in questa mia vechiaya <sup>2</sup>, non poss'io lasciare di scrivere alla R.<sup>da</sup> V. P.<sup>ta</sup>, considerando come in questo giorno li primi Padri

<sup>156</sup> Ita absolvitur Dialogus vel pars eius quae servatur in manuscripto a P. Le Gac exarato.

<sup>1</sup> Die 15 augusti a. 1534, Lutetiae ad montem Martyrum, Bobadilla cum Ignatio et aliis quinque sociis votum fecerunt petendi Hierosolymam. Vide FN, I, II in ind. sub vocibus *Montmartre*, *Hierosolyma*.

<sup>2</sup> P. Bobadilla natus est circa an. 1509: FN, I, 38<sup>as</sup>, unde cum has litteras scribebat octogenarius erat. Mortuus est Laureti 23-IX-1590, postremus e primis Ignatii sociis. FX, 195-197.

della nostra Compagnia fascemo voto di andare in Hierusalem, in Monte Martire appresso di Pariggi, il quale voto la divina providentia, quae est avvisus multa<sup>3</sup>, lo commutò in altri voti migliori et più fructuosi di pellegrinatione in religione, et l'ha dillatatta per totum orbem, et ogni giorno la vedo crescere più a gloria sua. Sia benedetto Jhs. Xps. Amen.

[2] Quanto alla vita mia, più es morta quem vita [*sic*]: non dormo bene, non posso mangiare, che non ho denti, cattari et dolori per tutto il corpo non mancano, et post octoginta amplius labor et dolor<sup>4</sup>; il rimedio è la patientia. Recomandandomi a Dio et a gli angeli et santi beati in cielo, et pregando alla nostra Compagnia et altri pregano per me, et che tutti che mi cognoscano et vedeno che mi habbino compassione, et mi favoriscano et agiutano et spiritualiter et corporaliter, finchè fornisca questo poco che resta della mia peregrinatione, a gloria di X<sup>o</sup> N. S<sup>re</sup>., perchè poss'io dire con la gloriosa Madona: « in omnibus et ab omnibus requiem quesivi, et in hereditatem Domini morabor »<sup>5</sup>, praestante Christo Domino, qui cum Deo [Patre] et Spiritu Santo vivit et regnat in secula seculorum. Amen. Et [feli]cissime valeas con gli Padri Assistenti, casa, collegio. Amen.

Di Cacciabella<sup>6</sup>, undecima augusti 1589. Il P. Horatio et Dionisio salutano a V. R.<sup>da</sup> Paternità.

Bobadilla

[*Manu Lancicii*]:

Data mihi haec epistola est q[uasi]  
scripta esset manu P. Bobadillae P. [*del.* : nostro]

10 *la sup. lin.* || 12 *più es morta quem vita sic in A et B* || 24 *posio ms.* || 26 *hereditatem ms.* || 27 *Patre charta abscissa* || 28 *feli- charta abscissa.*

<sup>3</sup> Ps. 35, 7.

<sup>4</sup> Ps. 89, 10.

<sup>5</sup> Eccli. 24, 11.

<sup>6</sup> Praedium Prov. Romanae Societatis, apud Nolam in Campania.

## 14

NICOLAI BOBADILLA  
AUTOBIOGRAPHIA

1589

## FRAGMENTUM

*Praefatio*

I. - EDITIO : *Bobadillae Monumenta* (Matriti, 1913), pp. 613-633. Est editio integra, ex originali textu desumpta. ASTRAIN, in I vol. suae *Historia de la Comp. de Jesús ...* (Madrid, 1912), p. 77, n. 1 ediderat initium usque ad nostrum n. 5.

II. - TEXTUS originalis in cod. *Hist. Soc.* 177 (*Vocationes illustres*, vol. II) ff. 1-15v. Fol. 15 est album; retro manu propria scripsit auctor : « Ihs. Bobadilla ». Scriptus a librario, correctus manu auctoris. In fragmento a nobis edendo nulla huiusmodi correctio autographa reperitur, nisi forte mutatio nominis Colonna in Columna. Fragmentum nostrum occupat ff. 1-4v.

III. - TEMPUS : Bobadilla autobiographiam suam scripsit vel dictavit in fine vitae, quod ipse indicat his verbis : « In primis est sciendum quod Magister Bobadilla est hodie aetatis 80 annorum et ultra ... ». BM, p. 630, n. 58 (v. annotationem nostram I in textu). Cum probabiliter natus sit anno 1509, eruere licet eum scripsisse anno 1589 vel 1590, id est paulo ante mortem (23 septembris 1590).

Bobadillae autobiographia pretium suum repetit ex eo quod a scriptore procedit qui rerum narratarum testis fuit, in iisque partem habuit. Peculiariora sunt, praeter ea quae de se ipse refert, quae dicit de itinere sociorum, praecipue de transitu per urbem Tridentum (n. 6), de adventu Romam in Dominica Palmarum (n. 8), de parte sumpta in processione Corporis Christi Venetiis (n. 9), de verbis Pauli III quae socios moverunt ad condendam Societatem (n. 11), de deliberationibus hac super re habitis (n. 12).

Errores facile explicantur, cum agatur de opere scripto a sene qui narrat ea quae ante quinquaginta annos evenerunt. Fallitur saepe in designandis annis (nn. 14, 15), in statuendo initio belli inter venetos et turcas (n. 9), in limitatione numeri sociorum a Paulo III imposita (n. 13), in numero baptizatorum a S. Francisco Xaverio (n. 16). Non meminit diei profectionis sociorum ex urbe Parisiis (n. 6), nec mensis quo confirmata fuit Societas primum a Paulo III (n. 18).

IV. - EDMUS initium tantum Autobiographiae, ubi narratur Societatis exordium. Quae sequuntur, ad vitam ipsius Bobadillae praecipue pertinent post conditam Societatem, ideoque limites nobis praefixos excedunt.

### Textus

- 1-3. *Bobadillae nativitas, familia, studia in Hispania.* — 4. *Parisios se confert ad studia prosequenda.* — 5. *Cognito Ignatio, studia theologica perficere statuit, facit exercitia, cum aliis sociis votum nuncupat in Monte Martyrum.* — 6-7. *Cum sociis Lutetia discedit et petit Venetias.* — 8. *Gestae res Romae.* — 9. *Socii apud Paulum III. Revertuntur Venetias, sacris initiantur, sed peregrinatio hierosolymitana impeditur.* — 10. *Socii in ditone veneta. Conventus Vicetiae habitus.* — 11. *Romae excipiuntur a Paulo III.* — 12. *Deliberationes de condenda Societate.* — 13. *Examen novi ordinis cardinalibus committitur. Societas approbatur.* — 14. *Socii a Paulo III in varias urbes mittuntur.* — 15. *Bobadilla venit in insulam Ischiam.* — 16. *Simon et Xaverius destinantur ad Indiam.* — 17-20. *Gesta Bobadillae in Calabria.* — 21. *Eius professio.* — 29. *De collegio Germanico in Urbe.*

†  
IHS. M.

BREVISSIMA HISTORIA VITAE R. P. MAGISTRI NICOLAI  
DE BOBADILLA, UNIUS EX DECEM PATRIBUS SOCIETATIS IESU,  
BREVITER INCIPIT

5

[1] Fuit Mag. Nicolaus Alphonsus hispanus, natus in villa de Bobadilla del Camino, dioecesis palentinae, ibique nutritus et educatus a devotis christianis parentibus suis, scilicet Francisco Alphonso et Catherina Pérez, matre, qui educarunt semper illum in timore Domini, frequentando ecclesiam cum magna devotione<sup>1</sup>. Cum autem esset novem annorum, studuit grammaticae in patria; sed defuncto patre profectus est Vallisoleto, et dedit operam rethoricae et logicae usque ad annum decimum tertium aetatis suae. 10

[2] Postea pervenit Complutum et audivit cursum artium et philosophiae sub magistro Georgio de Naveros, doctore doctis- 15

<sup>1</sup> Nicolaus Alfonso vel Alonso, qui, a loco nativitatis, Bobadilla sibi nomen accepit, natus est anno circiter 1509. Ipse in fine vitae sibi tribuebat annos « octoginta et ultra » (BM, 630, n.º 58 et cf. ibid., p. 602, p. VI, annot. 2), mortuus est autem 23 septembris 1590. In duobus epitaphiis, editis in BM, pp. 611-613, bis dicitur eum mortuum esse aetatis anno 79, unde probabiliter Boero in *Vita del P. N. Bobadiglia*, p. 170, eruit eum natum fuisse anno 1511. FX, 195-197.

simo et magnae auctoritatis apud caesarem imperatorem Carolum quintum, quem sequutus est in Germaniam praedicando, ibique mortuus est ante bellum lancrabicum<sup>2</sup>. Fuit Mag. Nicolaus Bobadilla Compluti in collegio philosophorum quod sanctae Liberatae vel sanctae Catherinae vocabant, et ibi accepit gradum artium et philosophiae<sup>3</sup>; et in theologia audivit Gabrielem Biel sub doctore Medina<sup>3a</sup>, theologo doctissimo, professore in academia Complutensi.

[3] Deinde, reversus Vallisolletum, audivit theologiam in scholis publicis et in collegio sancti Gregorii, sub eximio theologo Mtro. Astudillo, qui legerat ibi sanctum Thomam per viginti annos.

[4] Sed postquam Magister Nicolaus Bobadilla dederat operam theologiae per quatuor annos, et legerat cathedram vespertinam logices in supradictis scholis publicis<sup>4</sup>, adhuc tenebatur magno desiderio studiorum, maxime bonarum litterarum et linguarum; ideo profectus est in almam Parisiorum accademiam in Galliam, ubi, non post multos dies, dederunt illi cursum philosophiae in collegio Calviaco iuxta Sorbonam<sup>5</sup>. [1v]

[5] Eo tempore incipiebat grassari Parisiis haeresis lutherana, et multi comburebantur in platea Maubert<sup>6</sup>, et qui grae-

38 Maubert] Mumbert *ms.*

<sup>2</sup> A landgravio Hassiae (Hessen) Philippo. Bellum inter imperatorem Carolum V et ligam Schmalkaldicam, cui praeerat Philippus, gestum est annis 1546-1547. BM, 622.

<sup>3</sup> Bobadillae nomen adest in rotulo eorum qui baccalaureatum consecuti sunt Compluti anno 1529. Vide ASTRAIN, *Historia*, I, p. 76, annot. 3; URRIZA, *La preclara Facultad de Artes y Filosofia de la Universidad de Alcalá*, p. 246. Georgius Naveros, canonicus palentinus et contionator Caroli V, docuit summulas Compluti annis 1528-1529. URRIZA, *ibid.*, p. 141-142, 451<sup>3a</sup>, 494.

<sup>3a</sup> Ioannes de Medina, natus in opp. Medina de Pomar, de Sacramento Paenitentiae scripsit tractatus. Dominicus de Soto eum «doctorem egregium» vocavit. URRIZA, *l. c.* p. 149.

<sup>4</sup> Bobadilla theologiae vacavit Vallisoleti annis 1529-1533; simul logicam docuit.

<sup>5</sup> Parisios pervenit Bobadilla anno 1533 in autumno, ibique per annos tres (1533-1536), ante discessum in Italiam, studuit theologiae. De eius adventu in urbem Parisios vide Polanci *Sum.*, FN, I, p. 182. Ignatius, mediante, ut videtur, doctore Castro, ei munus regentis procuravit in collegio dicto de Calvi. De suis studiis vide quid ipse scribat in epistula data Laureto, 17 septembris 1583: «In primis, antes que los primeros Padres de la Compañía del Gesù saliésemos de París, ya había yo leído lógica, filosofía y theología de S. Tomás; y todo esto en pública cátedra, y universidades de Hespaña y Francia; y había oydo y leydo siete años de theología scholástica». BM, p. 560.

<sup>6</sup> Anno 1534, mense octobri, locum habuit Parisiis sic dictum



cizabant, lutheranizabant ; ideo M. Bobadilla remisit propositum, quod habebat in Hispania, trium linguarum, scilicet graece 40 latine et haebraice, maxime quia invenit Parisius virum sanctum, Magistrum Ignatium de Loyola, qui illum exhortatus ad prosequendum studia theologiae scholasticae et positivae sanctorum doctorum, cuius consilium est sequutus audiendo theologiam sub Doctore Benedicto et Magistro de Ori, iuris doctissimis, 45 apud sanctum Dominicum, et apud Franciscanos Magistrum de Cornibus, non satis laudatum apud omnes theologos <sup>7</sup>. Audivit etiam actus publicos theologorum licentiandorum, et domi legebat sanctos doctores, ut habetur in cathalogolibrorum suorum <sup>8</sup>; et tandem scripsit ibi super omnes epistolas Pauli 50 et quatuor evangelistas, et fragmenta quaedam super libros veteris et novi Testamenti, quia non credebat se posse amplius studere, quia fecerat exercitia spiritualia cum Magistro Ignatio de Loyola, et noverat se iturum in paupertate ad sanctum sepulchrum hierosolimitanum. Et in illis diebus frequentabat Carthusiam diebus dominicis et festivis, frequentando confessionem et communionem cum aliis devotis magistris, de quorum numero fuerunt alii socii et fratres Societatis Iesu, qui omnes eiusdem erant voti hierosolimitani, et publice voverunt votum apud Montem Martirum in festo Assumptionis B. Mariae Virginis, 60 triennio ante discessum ab urbe Parisiensi, expectando ut omnes socii finirent sua studia <sup>9</sup>.

[6] Tandem, anno trigesimo sexto supra millesimum, die [15] novembris, discesserunt ex Lutetia summo mane, ne viderentur onusti vestibus et libris, et pedites. Erant autem omnes 65 novem socii, quia Magister Ignatius de Loyola expectabat eos

49 catalogo corr. ex epithome || 63 post verbum die spatium vacuum

« affaire des placards », cuius causa nonnulli de haeresi suspecti igni traditi sunt in foro « Maubert », regionis « quartier latin » vocatae. De hoc eventu v. FX, 213-223 ; Robert HARI, *Les placards de 1534*, in opere *Aspects de la propagande religieuse* (Genève, 1957), pp. 79-142.

<sup>7</sup> « Quanto a los doctores de theología famosos de nuestros tiempos, he visto y oydo leer y disputar al doctor Ciruelo, Medina, Victoria, Astudillo en España ; en París, a Benedicto, Oria, al de Cornibus y otros que non me acuerdo ». Bobadilla in epistula supra allata, BM, p. 561. De Mag. Benedicto (Ioanne Benoit, O. P.) v. FN, II, 46<sup>3</sup>, 58<sup>36</sup> <sup>17</sup> ; de Matthaeo Ory, O. P., v. FN, I, II (indices) ; de Mag. Petro de Cornibus (Corne, Cornu), v. FN, I, 254 <sup>11</sup>.

<sup>8</sup> Cf. BM, p. 634 ss. e cf. ibid., p. 559.

<sup>9</sup> Cf. Rodericii *Commentarium*, n. [12], supra, Mon. 3. In senectute sua memoriam repetebat Bobadilla huius voti. Vide supra, Mon. 13.

Venetiis, ut simul proficisceretur cum eis Hierosolimam, tanquam [2] ductor eorum.

[7] Pertransierunt per Campaniam in Gallia, et per Lotharingiam et Germaniam usque Tridentum <sup>10</sup>. Tandem ad festum Epiphaniae pervenerunt Venetias <sup>11</sup>. Reperto Magistro Ignatio de Loyola, gavisus sunt valde omnes, sed post paucos dies ingressi sunt hospitalia ad serviendum infirmis, quini et quini in duobus hospitalibus, scilicet, Incurabilis [sic] et Sancti  
75 Ioannis et Pauli.

[8] Post medium quadragesime novem illi primi socii, qui venerant ex urbe Parisiensi, discesserunt Venetiis et profecti sunt Romam per Sanctam Mariam de Loreto, et pervenerunt Romam ad Dominicam palmarum <sup>12</sup>, et manserunt in hospitali  
80 Sancti Iacobi Hispanorum <sup>13</sup> per totam illam hebdomadam sanctam. Visitabant septem ecclesias, et alia loca sancta Romae.

[9] Tertio vero die Paschatis introducti sunt ad prandium Summi Pontificis Pauli tertii, Farnesii, et ibi disputarunt cum aliis doctoribus doctissimis viris. Admiratus est Summus Pontifex cum Cardinalibus, et interrogavit Pontifex cum maxima  
85 laetitia, quid vellent gratiarum apud ipsum, et est sibi responsum quod desiderabant suam sanctam benedictionem ut peregrinarentur Hierosolimam; insuper gratiam [se] ordinandi ad sacros ordines a quocunque antistite, et extra Tempora. Laetus  
90 valde concessit omnia et dedit bullam apostolicam, qua ordinati sunt in octo diebus, cum reversi fuerunt Venetias. Et fuerunt in processione Corporis Christi cum aliis peregrinis more solito <sup>13a</sup>. Sed statim, dominica infra octavam Corporis Christi, fractum est foedus Venetorum cum Turcha <sup>14</sup>, quia Solima voluit expugnare Corfù; sed persuasi sunt socii illi, quod brevi iterum confederarentur, quia Turcha non potest vivere sine Venetiis, nec e contra.

70 post usque del. ad

<sup>10</sup> De transitu sociorum per urbem Tridentum, hic tantum textus Bobadillae mentionem facit. FX, 282.

<sup>11</sup> Lafnez dicit socios pervenisse Venetias die 8 ianuarii. FN, I, 108. Faber « post Nativitatem ». Ibid., p. 40.

<sup>12</sup> 25 martii.

<sup>13</sup> Teste S. Rodrigues « in xenodochium suae gentis se quisque recepit ». Supra, MON. 3, n. 57. Paulo inferius idem Rodrigues dicit: « tam hispanos quam gallos in hospitium D. Iacobi receperunt ». Supra, pp. 76-78.

<sup>13a</sup> Festum Corporis Christi celebratum est eo anno die 31 maii.

<sup>14</sup> Suleimanus II cum exercitu 200.000 militum impetum fecit iam die 17 maii. Mense iunio erat in Macedonia, unde in Albaniam usque prosecutus est. FX, 330.

[10] Divisi ergo sunt omnes decem socii per statum Veneratorum in diversis locis usque ad mensem septembris. [2v] Mense autem septembris convenerunt omnes simul in civitate 100  
Vicentina praedicando per vicos et plateas ostiatim, et hoc fuit anno trigesimo septimo.

[11] Postea anno trigesimo octavo omnes convenerunt in urbe Romae in domo conductitia <sup>15</sup>, praedicando per ecclesias et per plateas, petendo ellemosinam per totam urbem, et disputando quatuor ex sociis apud Summum Pontificem Paulum tertium, qui libenter videbat eos et audiebat, dicens: — Quo frequentiores, eo nobis eritis gratiores —. Et una dierum, disputando, ait Sanctitas Sua: — Quid tantopere cupitis ire Hierosolimam? Bona et vera Hierosolima est Italia, si cupitis facere 10  
fructum in Ecclesia Dei —. Quae verba cum retulissent domi aliis sociis, cogitarunt de religione instituenda, nam usque ad illud tempus semper habuerunt in corde et in ore implere votum hierosolitanum peregrinationis illorum.

[12] Hac occasione supradictorum verborum sanctissimi 15  
Domini Pauli 3<sup>ii</sup> Farnesii, inceperunt omnes simul tractare de unione in unum corpus et de religionē instituenda, et fuit consultum et resolutum quod singuli socii intrarent cubicula sua per quindecim dies ad orandum Deum, ut aperiret illis suam sanctam voluntatem, praemissa confessione generali; et in 20  
fine quindecim dierum, comunicando in fine missae, celebrante Magistro Fabro, qui erat tanquam pater omnium a confessionibus, ut interrogaret omnes et singulos socios, si vellent uniri et fieri una religio omnium illorum, si placeret Deo et Summo Pontifici, et an vellent singuli esse illius religionis et societatis. 25  
Qui omnes reperti sunt eiusdem animi, et respondebant singuli affirmative, et tunc dabatur illis Eucharistia corporis et sanguinis Christi. Quo facto singuli [3] scripserunt sua nomina et pronomina [sic] <sup>16</sup> et fuerunt data Summo Pontifici Paulo 3<sup>o</sup> <sup>16a</sup>, qui

<sup>15</sup> Loquitur Bobadilla de secunda domo romana, quam socii, relicta domo Quirini Garzonii, per menses aliquot conduxerunt. Cf. RODRIGUES, *Commentarium*, nn. 78, 81. Supra, pp. 105-109.

<sup>16</sup> Vide suffragium sociorum de oboedientiae voto faciendo et de ingrediendo Societatem, si haec a Summo Pontifice approbata fuerit, MI, *Const.*, I, 8. Huiusmodi suffragium emissum est die 15 aprilis 1539. Bobadilla hoc loco adiuncta quaedam refert quae in aliis fontibus non inveniuntur. Vice MI, *Const.*, I, p. XLIV; FX, 438<sup>a</sup>.

<sup>16a</sup> Bobadilla, qui per errorem has deliberationes reponit in anno 1538 pro anno 1539 (vide paulo inferius, nn. 13, 14), fortasse hoc loco confundit documentum ab omnibus sociis subsignatum (MI, *Const.*,

30 consuluit venerabiles fratres Cardinales, et dederunt illis repul-  
sas, dicentes non expedire illo tempore multiplicare religiones,  
sed potius diminui, tum propter scandala quae fuerant a reli-  
giosis facta vel suborta, tum quia respublica christiana erat  
gravata multis religionibus mendicantium; et similia verba.

35 [13] Tunc Pontifex considerabat intra se quid ageret in  
hoc negotio, et commisit causam duobus doctissimis cardina-  
libus Guidiccioni et Sermonetae<sup>17</sup>, ut considerarent recte, quid  
placeret Deo in hac tam fructuosa societate; et hoc fuit anno  
38<sup>18</sup>. Supradicti vero Cardinales manserunt in hac considera-  
40 tione sibi commissa a Summo Pontifice usque ad finem anni  
40, et tunc diffinierunt cum Summo Pontifice, ut fieret ex decem  
sociis una religio approbata et confirmata a Sede Apostolica  
pro septuaginta duobus religiosis tantum<sup>19</sup>, ad imitationem 72  
discipulorum Christi; sed non plures, ut constat ex bulla apo-  
45 stolica.

[14] Intra hos duos annos, ab anno 38<sup>20</sup> usque ad 40,  
partim ex sociis manebant Romae cum Magistro Ignatio de  
Loyola, partim mittebantur a Sua Sanctitate extra Urbem ad  
diversa loca. Magister Faber et Magister Lainez missi sunt, cum  
50 cardinali Sancti Angeli legato<sup>21</sup>, in Parmam et Placentiam, et  
Magister N. Bobadilla fuit missus in insulam Ischiam, ad con-  
cordandum donnam Ioannam de Aragonia, ducissam de Taglia-

I, 8) cum *Summa Instituti*, Paulo III die 3 septembris 1539 per cardi-  
nalem Contarini exhibita. FX, 439<sup>a</sup>.

<sup>17</sup> Labi videtur hoc loco Bobadilla. Cardinalis enim Sermoneta  
(Nicolaus Gaetani) creatus anno 1536, aetatis suae duodecimo, agebat  
tunc quintumdecimum vel sextumdecimum aetatis annum, unde « doc-  
tissimus » vocari non poterat, nec probabiliter a Summo Pontifice inter-  
rogatus fuit, quod reliqui fontes non tradunt. Fieri potest ut Bobadilla  
significare voluerit cardinalem Simonetta, qui mortuus est 1 novembris  
1539, post duos menses ab orali approbatione Societatis; unde neque  
hic multum facere potuit. Fortasse nominare intendit auctor aliquem  
alium ex cardinalibus qui de hoc negotio sententiam rogati sunt, sci-  
licet, praeter Guidiccioni, cardinales Ghinucci, Contarini, Carpi. Vide  
FN, I, 38\*; FX, 449-450; TV, II/1, 289<sup>d</sup>, 290, 291<sup>e</sup>.

<sup>18</sup> Huiusmodi consultationes locum habuerunt post oralem appro-  
bationem, die 3 septembris 1539 concessam.

<sup>19</sup> Error Bobadillae. Numerus limitatus fuit ad sexaginta. Ita anti-  
qui scriptores, ita etiam bulla « Regimini militantis ecclesiae ». MI,  
*Const.*, I, 31, n. 11; cf. ibid., pp. CCIX-CCX.

<sup>20</sup> Corrige: 39. In eundem errorem inciderunt Lainez, Polanco et  
Ribadeneyra. Vide FN, II, 594<sup>250</sup>.

<sup>21</sup> Ennius Filonardi, cardinalis, 21 aprilis 1539 obtinuit legationem  
Parmae et Placentiae, pro qua postulavit adiumentum sociorum.

cozzo, cum viro suo Ascanio Columna, quod negotium laudabiliter perfecit, ut statim dicemus. [3v]

[15] Hoc anno 38<sup>23</sup> mense septembris M. N. Bobadilla<sup>55</sup> discessit ex urbe Roma sine socio et sine pecunia, quia Pontifex et D. Ascanius Columna nolebant quod hoc negotium sciretur, sed quod tractaretur in secreto cum supradicta domina Ducissa, interrogando illam qua conscientia separaretur a viro suo, et similia verba. Pervenit itaque M. Bobadilla Caietam, mansit<sup>60</sup> in hospitali petendo eleemosinam, legendo in ecclesia cathedrali epistolas dominicales per annum; praedicavit in Nola, in monasterio Sti. Oliveti, in die Sti. Francisci 4 octobris, et inde profectus est in insulam Ischiae per mare, et illic arripuit eum febris maligna quam pecorariam vocant, genus quoddam pestis,<sup>65</sup> et erat febris mortalis. Cum vero intravit insulam Ischiae cum hac febre mortali coactus est discedere, quia ibi non erat hospitale. Pervenit Neapolim ad hospitale Annunciatae, flebotomatus et purgatus<sup>23</sup>. Saepe audivit a medico dicenti infirmario: — Iste vadit ad sepulturam —. Sed Deus misertus est illius; convaluit,<sup>70</sup> et post duos menses profectus est iterum in insulam Ischiae. Fecit officium suum cum supradicta domina usque ad Pascha anni 39<sup>24</sup> ad satisfactionem Summi Pontificis et D. Ascanii Columnae, et reversus est Romam, nondum sanus ex illa gravi infirmitate.<sup>75</sup>

[16] Eo autem tempore orator regis Portugalliae, D. Ioannes Mascharena, petivit duos ex Societate, ut irent secum Portugalliam et ad Indos, et nominavit Magistrum Simonem, portugallensem, et Mag. Nicolaum Bobadillam, qui ante legerat<sup>80</sup> illi Romae epistolam Pauli ad Romanos, et libenter audiebat eum<sup>25</sup>. Sed cum M. N. Bobadilla infirmaretur, et orator prope-

<sup>53</sup> Columna corr. ab ipso Bobadilla, ut videtur, ex Colonna. Sic etiam inferius, l. n. 57 || <sup>58</sup> ducissa corr. ex duchissa || <sup>62</sup> Nola corr. ex Mola || <sup>68</sup> flebotomatus] flebotumatus ms. || <sup>77</sup> secum sup. lin.

<sup>23</sup> Error pro 39. Occasio huius missionis Bobadillae in insulam Aenariam (Ischiam) fuit procuranda conciliatio inter Ascanium Colonna et eius uxorem Ioannam Aragoniae. Vide litteras Bobadillae ad Herculem II Estensem, 4 iulii 1539. BM, p. 15-17; cf. ibid., p. 638. De hac Bobadillae missione v. FN, I, 226<sup>26</sup>; II, 414; TV, I/1, 261-264.

<sup>23</sup> « Quot flebotomias et pharmaca acceperit [Bobadilla] in his infirmitatibus, quis numerare poterit? ». Bobadilla in *Autobiographia*, BM, p. 631.

<sup>24</sup> Intellige 40. Bobadilla Romam venit ante Pascha, quae eo anno in diem 28 martii incidit. Praesens aderat cum 16 martii Franciscus Xaverius Roma cessit. FN, II, 381. Vide TV, I, 262.

<sup>25</sup> Electio non a Petro Mascharenhas sed ab Ignatio facta fuit, id ei committente Summo Pontifice. « En fin Su Santidad mandó que fue-

raret discessum ex Urbe, non potuit illi satisfacere ; sed eius loco Magister Ignatius de Loyola [4] dedit illi Franciscum Xaverium, divina providentia, quia cum esset Parasius<sup>26</sup>, somniabat una nocte quod furabatur parvulum turcham, et baptizabat illum. Habebat maximum zelum conversionis infidelium, et Christus implevit eius desiderium, quia baptizavit apud indos et iaponenses novem mille infideles<sup>27</sup>. Iudicia Dei abissus multa.<sup>27a</sup>

[17] Anno vero 40 missus est M. Nicolaus Bobadilla a Summo Pontifice Paulo 3<sup>o</sup> in Calabriam, vicarius generalis episcopi Bisinianensis Fabii Arcelii, nuntii apostolici Neapoli<sup>28</sup>, quo anno praedicabat in quadragesima Neapoli Bernardinus Occinus<sup>29</sup>, senensis, in cathedrali ecclesia neapolitana maximo auditorio, et Ambrosius Catherinus apud Sanctum Dominicum. Ambos audivit M. Bobadilla in illa quadragesima. Post Pascha<sup>30</sup> vero profectus est in Calabriam ad episcopatum Bisinianensem.

[18] Eo anno 40 fuit confirmata religio Societatis Iesu a Sede Apostolica, ut supradictum est, mense [septembri]. Illico Magister Ignatius de Loyola scripsit M. N. Bobadillae ut rediret ex Bisiniano Romam, tum ad eligendum Generalem, tum etiam ad ordinandas constitutiones ; quibus litteris responsum est quod non poterat redire nisi revocaretur a Summo Pontifice, qui miserat illum Bisinianum ; et quod attinebat ad electionem Generalis, M. Bobadilla dabat votum suum Magistro Ignatio de

<sup>91</sup> Vicarium generalem ms. || <sup>93</sup> Neapolis ms. || <sup>99</sup> post verbum mense, spatium vacuum || 101 Bisiniano corr. ex Bisignano. Sic etiam inferius, lin. 4

sen dos, los que al Padre y a sus compañeros pareciesse s. RIB. *De Actis*, n. 88, FN, II, 381.

<sup>26</sup> Antiquissimum nomen latinum urbis Parisiorum.

<sup>27</sup> De numero baptizatorum a S. Francisco Xaverio, varie disceptatum est. Bobadilla numerum nimis iusto deprimit. G. Schurhammer de hoc argumento agens data opera, concludit numerum baptizatorum a Xaverio, qui ex fontibus erui potest, esse 30.000. SCHURHAMMER, *Die Taufen des hl. Xaverius*, in *Studia Missionalia*, vol. IV (Romae, 1952, apud Pontificiam Universitatem Gregorianam), pp. 33-75.

<sup>27a</sup> Ps. 35, 7.

<sup>28</sup> Vide Breve Pauli III, quo Bobadilla mittitur Bisinianum. BM, pp. 23-25.

<sup>29</sup> Ita legendum videtur. Ante litteram O adest in ms. tractus / a littera O separatus, qui non videtur sumendus tamquam littera S, ut a praecedentibus editoribus factum est. De Bernardino Ochino O. F. M. Cap. († 31-VII-1563) vide *Lexicon capuccinum* (Romae, 1951), 1234-1236 ; Karl BENRATH, *Bernardino Ochino* (Braunschweig, 1892<sup>a</sup>) ; CALLAËY in *Dictionnaire de Théologie catholique*, XI (1931) 916-928.

<sup>30</sup> 28 martii. De hac missione v. FN, I, 226<sup>sa</sup>.

Loyola pro generalatu ; et quantum ad constitutiones, erit, inquit, tempus in futurum considerandi et conficiendi eas <sup>31</sup>.

[19] Tandem mansit M. N. Bobadilla in episcopatu Bisinianensi, visitando, concubinas expellendo, frumenta pauperibus erogando, quia erat magna penuria et carestia in tota Italia, maxime Romae, ubi Summus Pontifex designavit quosdam Cardinales, ut subvenire[n]t paupe-[4v]ribus. Praedicavit per adventum et quadragesimam, et dominicis et festivis diebus, in cathedrali ecclesia, et per totam diocesim Bisinianensem.

[20] Mense autem septembris anni 41 revocatur M. Bobadilla a Summo Pontifice, ex Bisiniano revertatur. Romam pervenit, sed statim fuit postulatus a cardinali Angliae, Polo Reginaldo, pro legatione sua Vitebi <sup>32</sup>, cui respondit Pontifex : — Non possumus, quia iturus est Germaniam cum Morono <sup>33</sup>, episcopo Mutinensi, nuntio apostolico nostro —. Replicavit supradictus Cardinalis : — Concedat nobis illum Sanctitas Vestra saltem donec mittatur —. Placuit Pontifici, et ita fuit factum.

[21] Sed priusquam discederet ex Urbe, fecit professionem suam apud sanctum Paulum in manibus Generalis M. Ignatii de Loyola, presente Ribadene[y]ra <sup>34</sup>.

[29] Is [cardinalis Morone] primum dedit operam apud Paulum 3<sup>m</sup> Farnesium ut Romae erigeretur collegium Germanicum, verbis et factis suam pecuniam erogando. Idem postea Pius quartus, Pontifex Maximus ; et curarunt simul apud Ignatium de Loyola, Generalem Societatis Iesu, ut daret Rectorem pro dicto collegio Germanico et alias personas de eadem Societate, ut gubernaretur collegium Germanicum more collegiorum Societatis Iesu, quod libenter praecepit M. Ignatius, quia valde amabat cardinalem Moronum, et videbat maximum profuturum fructum ex illo Germanico collegio. Et de his satis.

<sup>31</sup> Cf. FN, I, 17, 18<sup>7</sup>, 208, 227-228 ; II, 98-99, 101-102, 273<sup>128</sup> ; MI, *Const.*, I, p. LIII.

<sup>32</sup> Vide litteras cardinalis Pole ad Ignatium datas 22 decembris 1541. BM, pp. 29-30.

<sup>33</sup> Cardinalis Ioannes Morone, de quo v. FN, I, II, indices.

<sup>34</sup> Bobadilla, qui valde restiterat professionis emissioni, eam tandem fecit anno 1541, mense septembri vel paulo post. FN, I, 39<sup>\*</sup> ; II, 104, 333.

raret discessum ex Urbe, non potuit illi satisfacere ; sed eius loco Magister Ignatius de Loyola [4] dedit illi Franciscum Xaverium, divina providentia, quia cum esset Parasius<sup>26</sup>, somniabat una nocte quod furabatur parvulum turcham, et baptizabat illum. Habebat maximum zelum conversionis infidelium, et Christus implevit eius desiderium, quia baptizavit apud indos et iaponenses novem mille infideles<sup>27</sup>. Iudicia Dei abissus multa.<sup>27a</sup>

[17] Anno vero 40 missus est M. Nicolaus Bobadilla a Summo Pontifice Paulo 3<sup>o</sup> in Calabriam, vicarius generalis episcopi Bisinianensis Fabii Arcelii, nuntii apostolici Neapoli<sup>28</sup>, quo anno praedicabat in quadragesima Neapoli Bernardinus Occinus<sup>29</sup>, senensis, in cathedrali ecclesia neapolitana maximo auditorio, et Ambrosius Catherinus apud Sanctum Dominicum. Ambos audivit M. Bobadilla in illa quadragesima. Post Pascha<sup>30</sup> vero profectus est in Calabriam ad episcopatum Bisinianensem.

[18] Eo anno 40 fuit confirmata religio Societatis Iesu a Sede Apostolica, ut supradictum est, mense [septembri]. Illico Magister Ignatius de Loyola scripsit M. N. Bobadillae ut rediret ex Bisiniano Romam, tum ad eligendum Generalem, tum etiam ad ordinandas constitutiones ; quibus litteris responsum est quod non poterat redire nisi revocaretur a Summo Pontifice, qui miserat illum Bisinianum ; et quod attinebat ad electionem Generalis, M. Bobadilla dabat votum suum Magistro Ignatio de

<sup>91</sup> Vicarium generalem ms. || <sup>93</sup> Neapolis ms. || <sup>99</sup> post verbum mense, spatium vacuum || 101 Bisiniano corr. ex Bisignano. Sic etiam inferius, lin. 4

sen dos, los que al Padre y a sus compañeros pareciesse ». RIB. *De Actis*, n. 88, FN, II, 381.

<sup>26</sup> Antiquissimum nomen latinum urbis Parisiorum.

<sup>27</sup> De numero baptizatorum a S. Francisco Xaverio, varie disceptatum est. Bobadilla numerum nimis iusto deprimit. G. Schurhammer de hoc argumento agens data opera, concludit numerum baptizatorum a Xaverio, qui ex fontibus erui potest, esse 30.000. SCHURHAMMER, *Die Taufen des hl. Xaverius*, in *Studia Missionalia*, vol. IV (Romae, 1952, apud Pontificiam Universitatem Gregorianam), pp. 33-75.

<sup>27a</sup> Ps. 35, 7.

<sup>28</sup> Vide Breve Pauli III, quo Bobadilla mittitur Bisinianum. BM, pp. 23-25.

<sup>29</sup> Ita legendum videtur. Ante litteram O adest in ms. tractus / a littera O separatus, qui non videtur sumendus tamquam littera S, ut a praecedentibus editoribus factum est. De Bernardino Ochino O. F. M. Cap. († 31-VII-1563) vide *Lexicon capuccinum* (Romae, 1951), 1234-1236 ; Karl BENRATH, *Bernardino Ochino* (Braunschweig, 1892<sup>2</sup>) ; CALLAËY in *Dictionnaire de Théologie catholique*, XI (1931) 916-928.

<sup>30</sup> 28 martii. De hac missione v. FN, I, 226<sup>56</sup>.



Loyola pro generalatu ; et quantum ad constitutiones, erit, inquit, tempus in futurum considerandi et conficiendi eas <sup>31</sup>.

[19] Tandem mansit M. N. Bobadilla in episcopatu Bisinianensi, visitando, concubinas expellendo, frumenta pauperibus erogando, quia erat magna penuria et carestia in tota Italia, maxime Romae, ubi Summus Pontifex designavit quosdam Cardinales, ut subvenire[n]t pauper[ibus]. Praedicavit per adventum et quadragesimam, et dominicis et festivis diebus, in cathedrali ecclesia, et per totam diocesim Bisinianensem.

[20] Mense autem septembris anni 41 revocatur M. Bobadilla a Summo Pontifice, ex Bisiniano revertatur. Romam pervenit, sed statim fuit postulatus a cardinali Angliae, Polo Reginaldo, pro legatione sua Vitebi <sup>32</sup>, cui respondit Pontifex : — Non possumus, quia iturus est Germaniam cum Morono <sup>33</sup>, episcopo Mutinensi, nuntio apostolico nostro —. Replicavit supradictus Cardinalis : — Concedat nobis illum Sanctitas Vestra saltem donec mittatur —. Placuit Pontifici, et ita fuit factum.

[21] Sed priusquam discederet ex Urbe, fecit professionem suam apud sanctum Paulum in manibus Generalis M. Ignatii de Loyola, presente Ribadene[y]ra <sup>34</sup>.

[29] Is [cardinalis Morone] primum dedit operam apud Paulum 3<sup>m</sup> Farnesium ut Romae erigeretur collegium Germanicum, verbis et factis suam pecuniam erogando. Idem postea Pius quartus, Pontifex Maximus ; et curarunt simul apud Ignatium de Loyola, Generalem Societatis Iesu, ut daret Rectorem pro dicto collegio Germanico et alias personas de eadem Societate, ut gubernaretur collegium Germanicum more collegiorum Societatis Iesu, quod libenter praecepit M. Ignatius, quia valde amabat cardinalem Moronum, et videbat maximum profuturum fructum ex illo Germanico collegio. Et de his satis.

<sup>31</sup> Cf. FN, I, 17, 18<sup>7</sup>, 208, 227-228 ; II, 98-99, 101-102, 273<sup>122</sup> ; MI, *Const.*, I, p. LIII.

<sup>32</sup> Vide litteras cardinalis Pole ad Ignatium datas 22 decembris 1541. BM, pp. 29-30.

<sup>33</sup> Cardinalis Ioannes Morone, de quo v. FN, I, II, indices.

<sup>34</sup> Bobadilla, qui valde restiterat professionis emissioni, eam tandem fecit anno 1541, mense septembri vel paulo post. FN, I, 39<sup>\*</sup> ; II, 104, 333.

## 15

TRIA FACTA SANCTI IGNATHII  
A PATRE AEGIDIO GONZALEZ DAVILA NARRATA

1590-1594

I. - EDITIO : *Scripta*, I, 566-567. Inde facta haec desumpserunt historici.

II. - TEXTUS : Arch. Prov. Tolet. S. I., in cod. *Varia Historica*, I, f. 32.

III. - Facta de quibus in hoc documento fit mentio narrata sunt a P. Aegidio González Dávila Patri Christophoro de Castro, lectori Sacrae Scripturae in coll. Complutensi Societatis. Putamus Patrem González Dávila haec narrasse annis 1590-1594, quibus in collegium Complutense secessit quiescendi causa<sup>1</sup>.

*Textus*

1. *Dictum Francisci Manrique de Lara de gestis ab Ignatio Pampilone.*  
— 2. *Concubinam fratris sui Loyolae a peccando removet.* — 3. *In oratione B. Virgo quadam vice ei apparet.*

IV. - AUCTOR narrationis, Ioannes de Aviñón. Ex catalogis brevibus (*Arag. 15*) et triennialibus (*Arag. 10*) Provinciae Aragoniae, eius curriculum vitae hoc modo construere licet : Natus c. annum 1566 (*Arag. 10*, ff. 56v, 137v, 166v). Anno 1590 eius patria dicitur Zaragoza (ibid. f. 56 v) ; annis 1593, 1597 « San Salvador en México » (ff. 88v, 125), sed saepius dicitur natus in « Guatemala en México » (ff. 67v, 137v, 166v, 203v, 231). Societatem ingressus 28

<sup>4</sup> Ibid. Cf. RIB., *De Actis*, n. 12, II, 327 ; *Dichos y hechos*, I, n. 6, II, 473 ; *Acta*, Praefatio P. G. da Câmara, n. 1\*, I, 356.

augusti 1587 (f. 67v), vota biennii nuncupavit 24 februarii 1590 (f. 88v). Anno 1595 in collegio Caesaraugustano casus conscientiae audiebat (*Arag. 15*, f. 113). Anno 1596 versabatur Tarracone, ubi «acabados quatro años de theología y caso, hace el 3º año de probación» (*Arag. 15*, f. 119; *Arag. 10*, f. 125). Annis 1597-1599 eum invenimus Valentiae (*Arag. 15*, ff. 124, 129; *Arag. 10*, f. 137v), anno 1600 Caesaraugustae (*Arag. 15*, f. 134v). Reliquam vitae partem fere semper Caesaraugustae transegit. Anno 1602, 13 ianuarii, factus est Coadiutor spiritualis formatus (*Arag. 10*, f. 203v). Mortuus est Caesaraugustae, 17 ianuarii 1612 (*Hist. Soc.* 43, f. 94).

V. - TEMPUS: Imago Virginis Perdolentis collegio Caesaraugustano tradita est a. 1595. Narratio Ioannis de Aviñón scribi debuit post annum 1597, cum in ea supponatur munere Rectoris coll. Caesaraugustani functus P. Didacus Morales: "Y así la dio el dicho canónigo al P. Diego Morales, Retor que entonces era de aquel colegio, el año de 1595" (n. 2). Cum autem praefatus P. Morales dicatur testis fuisse Ioanni de Aviñón rerum narratarum, hic autem a. 1600 reversus fuerit in collegium Caesaraugustanum, eo circiter anno ea quae narrat audivisse et in scripta retulisse dicendus est. De P. Morales vide textum, annot. 4.

Imago haec nunc deperdita est. P. Mariani, in Vita S. Ignatii edita anno 1741, dicit, p. 347: «Oggi sotto il detto altare, un simulacro d'esso Santo [Ignazio] la tiene in sul petto». P. Leonardus Cros veram effigiem se invenisse putavit anno 1883, 30 iunii, quod ipse scripsit die Pentecostes 1886, ad quendam Patrem domus Verolensis (Veruela) in Hispania, probabiliter ad P. Fridericum Cervós, tunc Magistrum noviciorum; sed post observationes ab hoc ei factas, se deceptum fuisse agnovit, prout ipse testatur litteris ad eundem Patrem datis 12 iulii 1886. His litteris P. Cros se assentiri dicit opinioni illius Patris domus Verolensis, secundum quam imago Beatae Virginis, tempore extinctionis Societatis, ab aliquo Patre fuit ablata, secundo tabellam ubi depicta erat, et relinquendo eius ornamentum (*cornice, marco*). Saeculo XIX, cardinalis Benavides, archiepiscopus Caesaraugustanus, imaginem Virginis Perdolentis, quae S. Ignatii putabatur, perpulchro ornamento circumdatam, dono dedit collegio Societatis Verolensi. Re accuratius inspecta apparet primaevam tabulam fuisse ablatam, et pro ea aliam imaginem positam. Haec imago servatur etiam nunc in sacrario templi dicati Beatae Mariae Verolensi. Litterae de quibus supra, servantur in archivo dictae domus (*Ntra. Sra. de Veruela*, prov. Zaragoza - España).

*Textus*

1. *Marina de Loyola, Ignatii neptis, Paschali Mondura, propinquo suo, imaginem Virginis Perdoletis mittit, ut eam Patribus Societatis Iesu collegii Caesaraugustani tradat.* — 2. *Quanam occasione P. Araoz Marinae de Loyola imaginem illam, quae ad S. Ignatium pertinuerat, tradiderit.* — 3. *Ipsa Marina refert se Ignatio tergum curasse illudque flagellis laceratum vidisse.* — 4. *Auctor narrationis dicit se ea quae narrantur audivisse a P. Didaco Morales.* — 5. *P. Ribadeneyra ut sibi imago mittatur petit et impetrat; eam Caesaraugustam remittit.*

[p. 366]

RELACIÓN DE LA IMAGEN DE LOS DOLORES QUE LLEVABA  
N. S. PADRE, Y SE GUARDA EN EL COLEGIO DE ZARAGOZA;  
Y DE CÓMO VINO EL AÑO 1595.

[1] Doña Marina de Loyola, hija de Martín García de Loyola, hermano mayor de N. P. Ignacio<sup>1</sup>, escribió el año de 1595 una carta a Çaragoça, al doctor Pascual Mondura, deudo suyo, canónigo de aquella yglesia metropolitana, con la qual juntamente le imbió una imagen de nuestra Señora de las Siete Angustias del tamaño de la palma de la mano, y le dize la dé a los Padres de la Compañía que residen en Çaragoça, con tal que ellos muestren mucha gana della, y no de otra manera. Embió la dicha imagen en una bolsa de grana, y juntamente embió la relación aparte, de cómo avía sido aquella imagen de nuestro b. P., y el modo cómo le vino; la qual es del tenor siguiente, según la sustancia del caso, aunque no con las propias y formales palabras:

6-7 deudo suyo *sup. lín.* || 11 *post* ellos *del.* la tomen de

<sup>1</sup> Martinus García de Oñaz, S. Ignatii frater natu maior, praeter filios viros, quattuor habuit filias legitimas, unam illegitimam, quarum nomina exstant in eius testamento. Legitimae fuerunt: Magdalena, Maria Belaz, Catharina, Usoa; illegitima: Marina Sáez de Loyola. (*Chron.*, I, 501, 505). Attento nomine, dicendum est hanc postremam Virginis Perdoletis imaginem a P. Araozio accepisse eamque collegio Caesaraugustano dono dedisse. In nostra relatione dicitur tunc, id est, anno circiter 1595, eam octogesimum aetatis annum superasse, unde, si hoc verum est, dicenda est nata ante annum 1515; quando autem anno 1535 Ignatius patriam suam invisit, Marina aetatis erat annorum circiter viginti, etiamsi in nostra narratione vocetur «niña». E testamento patris sui, signato die 18 novembris 1538, pridie eius mortis, scimus Marinam iam tunc secundas nuptias contraxisse (*Chron.*, I, 501, 502). In eodem testamento prior eius vir vocatur Ioannes Pérez de Egurza, secundi nomen omittitur.

[2] Embiando nuestro b. P. a España al P. Araoz <sup>2</sup>, se quitó del pecho aquella imagen, y se la dio, y le dixo : — Tomad esta imagen y estimalda en mucho, y no la deys a  
 20 nadie, y sabed que en to[da]s las peregrinaciones que e hecho, la e llevado siempre conmigo ; y me à echo Dios nuestro Señor por medio de ella muchos favores y mercedes. Aviendo, pues, estado el P. Araoz por acá algunos años, ofrecióse aver de ir a Rroma ; y pasando por Vizcaya, donde esta señora bivía,  
 25 la visitó, y se despidió de ella, y pidiéndole ella que le diese aquella imagen, como en memoria para encomendalle a Dios, respondió el dicho Padre : — Diómela el b. P. Ignacio, i me dixo que no la diese a nadie etc. ; pero haré una cosa, y es que os la dexaré aquí prestada hasta que buelva ; y, si yo muriere  
 30 antes, quedaréysos con ella —. Con esto se la dexó, y antes que bolviese, murió dicho P. Araoz <sup>3</sup> ; y añade ella, y dize : — Y porque ya me veo cercana a la muerte - que a la sazón pasava de 80 años - os la embío, para que la deys a los Padres de esse colegio, y quede en su poder —. Y así la dio el dicho  
 35 canónigo al P. Diego Morales, Retor que entonces era de aquel colegio, el año dicho de 1595 <sup>4</sup>.

[3] Añadió más la dicha señora en la relación : que quando nuestro b. P. vino a España y pasó por su tierra, ella era niña <sup>5</sup>, y que un día le dixo nuestro Padre que le coziere un poco de  
 40 vino, lo qual ella hizo ; y se lo llevó al aposento donde él estava, adonde el P. le dixo que le chapease las espaldas con él. Y dize ella que se las vio tan lastimadas e hinchadas de las disciplinas que se avía dado, que le pareció que las tenía podridas ; y esto sólo lo hizo una vez, porque el Padre no quiso que vol-  
 45 viesse otra.

[4] Todo esto oy leer en la quiete al P. Diego Morales, y dixo era aquél el papel original de la dicha doña Marina de Loyola ; y nos mostró la imagen con la bolsa de grana, que

<sup>2</sup> De itineribus P. Araoz in Hispaniam v. supra MON. 9 in *Praefatione*, p. 202 <sup>10</sup>. Cf. FN, I, 241-244.

<sup>3</sup> P. Araoz mortuus est Matriti, die 30 ianuarii 1573.

<sup>4</sup> P. Didacus Morales natus est in urbe Játiva, in Hispania ; fuit Rector collegii Caesaraugustani annis 1594-1597 (*Arag. 15*, ff. 105v, 112v, 118 ; *Arag. 10*, f. 120). Finito munere, in eodem collegio remansit Praefectus rerum spiritualium (*Arag. 15*, f. 131 : catalogus a. 1598 ; f. 134 : catalogus a. 1600 ; f. 141v : catalogus a. 1601). In catalogo trienniali Provinciae Aragoniae a. 1603 non adest. Eius nomen inter defunctos illius Provinciae non invenimus.

<sup>5</sup> Vide annotationem 1.

también dixo la llevaba nuestro Padre para guardar la imagen. Ahora está en la sacristía del colegio de Çaragoça. 50

[5] El P. Ribadeneyra, sabido el caso, embió a pedir la dicha imagen, y se la imbiaron, y la relación original; y allá el dicho Padre le hizo poner un encaxe de nogal y un vidrio a la dicha imagen, y la bolvió a embiar así a Çaragoça. Todo esto vi, y soy testigo dello. 55

Juan de Aviñón <sup>6</sup>.

## 21

### P. FRANCISCUS VÁZQUEZ P. CHRISTOPHORO DE CASTRO, COMPLUTUM

MARCENA (MARCHENA), 10 DECEMBRIS 1596.

I. EDITIO : *Scripta*, I, 567-572.

II. TEXTUS : 1. *Archiv. Prov. Toletanae S. I.* (Compluti), ms. 672/48. Textus autographus. Paginae numerationem habent sed deletam et, prout videtur, sine ordine. In prima pagina habentur numeri: 96 (recentior), 12, 825 (antiqui, 12 deletus). In secundo folio adest numerus 16. In tertio folio iterum numerus 16.

2. In eodem archivo, codice *Varia historia*, vol. I, f. 32. In hoc codice P. Castro, cui litterae datae fuerant, transcripsit partem historicam, a verbis « Viniendo al caso ... » n. [4]. Continet tantum ea quae de S. Ignatio agunt.

III. In hac epistula P. Franciscus Vázquez (de quo vide textum, annot. 1), notitias de SS. Ignatio et Francisco Xaverio tradere intendit Patri Christophoro de Castro, lectori Sacrae Scripturae et praefecto studiorum collegii Complutensis, qui documenta ad historiam Societatis pertinentia colligebat; haec autem nunc servantur in tribus voluminibus operis manuscripti cui titulus *Varia historia* ... Ea quae P. Vázquez enarrat pauca illa sunt, sed, praecipue ad S. Franciscum Xaverium quod attinet, magni momenti. Conferantur cum Rodericii *Commentario*, supra, Mon. 3, p. 108. Vide FX, 416 <sup>1</sup>, 697 <sup>5</sup>.

---

<sup>6</sup> De Ioanne Aviñón v. dicta in *Praefatione*, § IV.

*Textus*

1-3. *De Francisci Vázquez benevolentia erga collegium Complutense.* —  
 4. *Visitavit urbem Minorissam.* — 5. *De aedificatione ibi data ab*  
*Ignatio.* — 6-9. *Franciscus Xaverius Romae sanguinem emittit ex*  
*ore dum impuro somnio resistit.* — 9. *Patres Fratresque salutat.*

†

Pax X<sup>1</sup>, etc.

[1] Muy buena dicha a sido para mí<sup>1</sup> en que aya auido  
 ocasión para que yo sirva al collegio, de mí más amado, que  
 5 tiene la Compañía de Jesús, que es Alcalá<sup>2</sup>, como se lo dije  
 a mi observantísimo P. Francisco de Venavides<sup>3</sup>, quando los  
 días pasados le mereció tener este collegio<sup>4</sup> por huésped, y a  
 V. R. en su nombre; que, aunque no le e merecido conocer,  
 me persuado que será muy hombre de bien, porque de su suelo  
 10 lo lleva ese collegio, no admitir por moradores sino a buenos,  
 que a los ruýnes como yo échalos presto de sí, pues no merecí  
 bivar en él más de 4 meses<sup>5</sup>. Y para consuelo de V. R. y de  
 los demás Padres y Hermanos, y que sepan estimar esse suelo,  
 que à sido pisado de muchos santos, y regados los aposentos

14 a sido] assido ms.

<sup>1</sup> De P. Francisco Vázquez haec desumimus e catalogo triennali collegii Marcenensis (Marchena), prov. Baeticae, anno 1597 confecto, paulo post scriptam hanc epistulam. Erat tunc Rector illius collegii. Natus in oppido Cebreros (dioec. Abulensis); aetatis, 64 annorum; Societatis, 40; studia: 3 ann. artium, 4 theologiae; munera gesta: «más de 23 años Rector y más de 20 Maestro de novicios, confesor y predicador»; gradus: «bachiller en la Compañía»; professus 4 vot. 6 aug. 1570: *Baet.* 8, f. 119v; cf. *Castell.* 14, ff. 22, 97, 140, 225. Mortuus est Hispali 27 iunii 1603: *Hist. Soc.* 43, f. 104v. Inter praecipuos numerabatur qui rigorem propugnabant: «el másterco e incurable de los rigoristas». ASTRAIN, *Historia*, III, 83-85. Inter «memorialistas» computatus est, sed semetipsum ab accusatione hac purgavit, et P. Generalis ab ea illum absolvit. ASTRAIN, p. 431.

<sup>2</sup> De collegio Societatis Complutensi agunt, praeter Polanci *Chronicon*, *Litteras Quadrimestres* aliaque nostrorum MHSI documenta: CASTRO, *Historia del colegio de la Compañía de Jesús de Alcalá de Henares* (2 volumina manuscripta); ALCÁZAR, *Chrono-Historia de la Compañía de Jesús en la Provincia de Toledo* (2 volumina: Madrid, 1710). Vide etiam auctores allatos in annot. 6 huius documenti.

<sup>3</sup> Franciscus de Benavides, Rector tunc collegii Complutensis: *Tolet.* 21, f. 155.

<sup>4</sup> Collegium Marcenense (Marchena) prov. Baeticae.

<sup>5</sup> Franciscus Vázquez ingressus fuerat Societatem Compluti anno 1557, sed paulo post in prov. Baeticam destinatus est. Vide infra, num. 2, ad finem.

con lágrimas de penitentes exercitantes <sup>6</sup>, le quiero decir una 15  
humanidad y flaqueça que a pasado por mi coraçón.

[2] No me acuerdo, dende que entré en la Compañía, que  
à poco menos de 40 años, aver deseado bivar en collegio della,  
si no à sido en Alcalá; y à rebuelto el Señor las cosas de tal  
manera, que nunca yo viniese a conseguir el cumplimiento 20  
deste deseo. Es verdad que nunca lo boqueé, porque tal boquear  
nunca le tuve por seguro; y quando me vi en Salamanca pre-  
dicar siete años, con ser tanta la grandeça de aquella univer-  
sidad, y tan conocida la ventaja a la de Alcalá, a dicho de todos,  
la ceguera de mi amor fue tal, que nunca lo de casa ni lo de 25  
fuera pudo llegar a la estima que yo tenía al collegio de la  
Compañía de Jesús de Alcalá y de su universidad. No digo  
esto para que V. R., ni todos esos mis Padres y Hermanos,  
les pase por pensamiento que pase ya este deseo por el mío,  
porque no quiero hazer daño a ese collegio en que tenga tan 30  
ruin morador, ni yo estoy ya para tomar armas en mano. Des-  
pués que vi pasados los 63 años de mi edad, me resolví de pete-  
cer el rincón más desechado, para llorar los descuydos de tan  
larga vida.

[3] E dicho todo esto para que, ya que no merecí servir 35  
a ese collegio, sepa V. R. y todos mis Padres y Hermanos el  
deseo que tuve de hazerlo, y usen conmigo de caridad y limosna,  
suplicando a la magestad de Dios se digne perdonar mis pecados  
y darme buen fin. A mi Padre Rector <sup>7</sup> suplico yo acuerde  
esto algunas vezes a los Padres y Hermanos, pues saben soy 40  
hijo de ese collegio, y entre esas paredes de los confesionarios  
fui engendrado, aunque por mis pecados no merecí que mi  
madre mi criase, sino que me echase a la puerta de la yglesia  
desta provincia de Andalucía.

[4] Viniendo al caso que V. R. en la suya manda que yo 45  
responda, digo que agora à 25 años, yendo yo a Roma por

15 penitentes *sup. lin.*; post penitentes *del. exercitados*. || 45 *In marg.*: Copia de una del P. Francisco Vázquez, Rector de Marchena, de 10 de diciembre de 1596, al P. Cristóval de Castro, lector de Escritura en el collegio de Alcalá de la Compañía de Jesús. Cod. *Varia historia sic incipit*: Cosa de 25 años ha que, yendo ...

<sup>6</sup> *Magnum fructum obtinuerunt Compluti spiritualia exercitia, ibique prima domus stabilis exercitiorum condita est.* Cf. IPARRAGUIRRE, *Historia de los ejercicios*, vol. I, pp. 143-145; C. ABAD, *Un centro ejemplar de ejercicios espirituales en la antigua Compañía: el colegio de Alcalá, in Manresa*, 21 (1949) 325-354.

<sup>7</sup> Franciscus de Benavides.

procurador desta provincia de Andalucía, estando em Barcelona aguardando embarcación el P. Boldó, procurador de la de Aragón <sup>8</sup>, fuimos, entretanto que la embarcación se aprestava, a visitar a Monserate y a Manresa, ciudad de 500 vezinos, donde nuestro Padre abitó un año. Allí tratamos con un clérigo viejo muy onrrado, cuyo padre recibió a nuestro Padre en su casa para curalle de una larga enfermedad que en este año allí tuvo <sup>9</sup>. Considere V. R. un hombre tan santo como  
 55 nuestro Padre, y con las ylustraciones de Dios que en aquel lugar tuvo a las riberas del río Lobregate <sup>10</sup>, como el propheta Ezechiel a las del río Cobar <sup>11</sup>, qué cosas diría y haría en tiempo de salud, qué en tiempo de enfermedad. Y desto habló muy poco el P. Ribadeneyra; y sospecho fue la causa el no  
 60 aver ydo a visitar a Manresa <sup>12</sup>. Y si V. R. quisiese acertar en los gloriosos trabajos que quiere tomar por ese collegio y por la Compañía, le daría yo un consejo (aunque me diese la higa que está en Roma a quien da consejos a quien no se los pide); que como otros se van los veranos a Jesús del Monte <sup>13</sup> o a otras  
 65 recreaciones, V. R. se fuese a Monserate; que tengo para mí hallaría hombres bivos que conocieron a nuestro Padre <sup>14</sup>, porque los catalanes comen poco, y para buscar la comida andan mucho, y así digierem biem y biben largo; y si no hallase bibos, hallaría cosas memorables que an ydo de padres

47 de Andalucía *sup. lín* || 60 quisiese acertar *sup. lín*.

<sup>8</sup> Franciscus Vázquez et Franciscus Boldó adfuerunt congregationi Procuratorum secundae, anno 1571 habitae. Congregatio coadunata est mense iunio. De P. Boldó v. infra, annot. 16.

<sup>9</sup> Significare videtur Franciscum Amigant, canonicum Sedis (*Seu*) Minorissanae, filium primogenitum Petri Amigant et Angelae Seguí, qui domi suae Ignatium aegrotum exceperunt. De Francisco Amigant v. SARRET I ARBÓS, *Historia de l'estat polític-social de Manresa*, p. 203. Cum parentes Francisci Amigant matrimonio iuncti fuerint a. 1508 (SARRET, l. c.), fieri potuit ut Franciscus, quo tempore PP. Vázquez et Boldó eum allocuti sunt a. 1571, aetatem sexaginta annorum superaverit. Potuit igitur vocari «clérigo viejo» ab eo qui, peractis 63 aetatis annis, seipsum vocat «viejo cansado» (v. textum n. 9), qui nihil iam appetat nisi in occulto angulo peccata vitae suae deflere (ibid. n. 2 ad finem).

<sup>10</sup> Corrige: Cardoner.

<sup>11</sup> Ezech. 1,1.

<sup>12</sup> Ribadeneyra anno 1574, Roma rediens in Hispaniam, visitavit quidem urbem Barcinonem (*Scripta*, II, 155), minime vero Minorissam.

<sup>13</sup> Domus rusticationis (villa) collegii Complutensis.

<sup>14</sup> Negandum videtur, nam in processu informativo anno praecedenti habito in Monte Serrato (a. 1595), nullus testis ocularis numeratus est. *Scripta*, II, 381-386.



a hijos ; que, como an visto el efecto tan milagroso que es la 70  
 Compañía, salida de aquel hombre, cosas que avían visto en  
 nuestro Padre, que quando las vieron no repararon en ellas,  
 después de visto el efecto rebolvieron sobre la causa, haziendo  
 tan buenas reflexiones, que le servirán a V. R. de buenos capí-  
 tulos<sup>15</sup>. Yo tomé aquella yda muy de paso, más por entrete- 75  
 nimiento que por devoción, y así se me olvidaron cosas muy  
 buenas que nos dijo aquel clérigo. De una sola me puedo yo  
 acordar. Scriva V. R. al P. Boldó, que creo es oy Rector o  
 Prepósito de Valencia<sup>16</sup>.

[5] El qual [clérigo], lo que me acuerdo es que nos dijo 80  
 que avía en aquella ciudad un hombre de muy mala vida, el  
 qual parece dio Dios a nuestro Padre para exercicio de su  
 paciencia, permitiéndole, como a otro Satán, exercitase a nues-  
 tro santo Job. Todas las vezes que nuestro Padre salía por las  
 calles a pedir su limosnita por una hazera, aquel hombre yva 85  
 por la otra, contrahaciendo por mofa quanto nuestro Padre  
 hazía. Los que lo vían no sabía[n] de qué admirarse más, si  
 de la maldad del uno, o de la bondad y paciencia del otro.  
 Dijonos este clérigo que estava toda la ciudad admirada de  
 ver que, a todas las personas que le davan limosna, se lo grati- 90  
 ficava luego, diciéndoles alguna cosa del misterio de la santí-  
 sima Trinidad, declarándolo con millares de exemplos. Yo no  
 me puedo acordar más de lo que toca a Manresa.

[6] Lo que toca al P. Francisco Xavier yo lo di por testi- 95  
 monio, estando yo en Salamanca, al P. Francisco de Ribera,  
 que tiene Dios en su gloria<sup>17</sup>, que pretendió screvir la historia  
 del santo Francisco Xavier, y creo todos estos papeles se con-  
 sinaron al P. Ribadeneyra ; pero si acaso no pulsare aquella

80 *Post dixit del. este clérigo et sup. lin. scribit el qual*

<sup>15</sup> P. Christophorus de Castro, prout monuimus in praefatione, parabat historiam Societatis, ad eamque documenta colligebat, quae nunc servantur in archivo Provinciae Toletanae tribus voluminibus : *Varia historia*.

<sup>16</sup> In catalogo triennali domus professae Valentinae (Valencia), anno 1597, mense martio, confecto, haec habentur de P. Boldó : Natus in oppido Solsona in Catalonia ; aetatis 62 annorum ; Societatis 40 ; munera quae gessit : « Vice-provincial ; Rector y Prepósito es ahora ; predica y confiesa » ; professus 4 votorum, 12 sept. 1568 : *Arag. 10*, f. 117. Valentiae mortuus est a. 1620 : *Arag. 15*, f. 188. Societatem ingressus fuerat Valentiae, die 17 oct. 1556. Valentiae, « Archivo general del Reino de Valencia », *Jesuitas, Legajo 53*, f. 2.

<sup>17</sup> P. Franciscus Ribera mortuus est Salmanticae anno 1591, mense decembri. *Hist. Soc.* 42, f. 43.

vena de modo que tenga efecto aquella obra, lo tornaré afirmar  
 100 a V. R., para si acaso por esta vía fuere Dios servido salgan a  
 luz las cosas de aquel santísimo varón.

[7] Y así afirmo, como sacerdote y religioso de la Compañía  
 de Jesús, que aora veinte y tres o 24 años, siendo yo Rector  
 de Montilla<sup>18</sup>, pasó por aquel collegio el P. Mtro. Simón<sup>19</sup>, y  
 5 en él estuvo 15 días; y entre otras muchas cosas que me contó  
 de los principios de la Compañía, me afirmó lo que aquí diré:  
 que luego que llegaron los primeros de la Compañía a Roma,  
 cayó enfermo el Mtro. Simón, y ordenó nuestro Padre al Mtro.  
 Xavier fuese su enfermero; y que, quedándose una noche  
 10 durmiendo sobre un estera junto a la cama del enfermo para  
 darle unas píldoras a la media noche, durmióse el enfermero,  
 y el enfermo estaba en vela con el trabajo de su enfermedad,  
 puestos los ojos en el P. Xavier, contemplando su santidad;  
 y a desora le vio despertar haciendo grande fuerza con los  
 15 brazos, como quien aparta de sí alguna persona; y la fuerza  
 que hizo fue tamaña, que echó por la boca mucha sangre. El  
 enfermo le preguntó qué era aquello. El respondió que no era  
 nada. Dijo el enfermo: — Véole echar tantas bocanadas de  
 sangre, ¿y dice que no es nada? —

20 [8] Dentro de pocos años, pidiendo el rey don Juan el  
 3º de Portugal, por su embajador Mascareñas, a nuestro Padre,  
 Padres de la Compañía, fuerom embiados el P. Xavier y el  
 Mtro. Simón. Viniendo por el camino<sup>20</sup>, como es lícito a los  
 caminantes para alivio de su trabajo decir un cuento dos  
 25 veces, le fue lícito al Mtro. Simón preguntar una vez a Fran-  
 cisco Xavier qué fue la causa de echar aquella noche tanta  
 sangre por la boca. El se lo contó, tomándole primero la palabra  
 de secreto, mientras bibiese Francisco Xavier, y así se la dio.  
 Con esta seguridad dixo: — Avéis de saber, hermano Mtro.  
 30 Simón, que Dios me à hecho esta merced tan señalada de aver-  
 me conservado mi virginidad; y aquella noche soñava que  
 yvamos camino, y que en una posada se llegava una moçuela  
 a mí, y pretendía ponerme las manos en el pecho. Yo, para

21 Mascarenas ms. || 28 secreto del. en

<sup>18</sup> *Hist. Soc.* 41, f. 237 (Catalogus anni 1574).

<sup>19</sup> Anno 1573 Simon Rodrigues ex Hispania in Lusitaniam rediit.  
 F. RODRIGUES, *História*, II/1, p. 310.

<sup>20</sup> Error manifestus scriptoris, nam Franciscus Xaverius et Simon  
 Rodericius non simul Lusitaniam petiverunt, sed Rodericius maritimo  
 itinere socium praecessit. FN, I, 37 \*, 228-231; FX, 529, 537, 697 \*.

apartarla, meneé los brazos con tanta furia, que se me devió romper alguna vena, y assí eché aquella sangre. Este es el <sup>35</sup> caso — <sup>21</sup>.

[9] Aquí verá V. R. cumplido en Francisco Xavier lo que el Spíritu Santo culpa en mí y en otros flojos como yo : « Non-dum enim usque ad sanguinem res[ti]tistis adversus peccatum repugnantes » <sup>22</sup>. V. R. me agradezca no aver yo repugnado a <sup>40</sup> su petición con mis ocupaciones, que, aunque no son muchas, para viejo cansado son demasiadas.

[10] Al H. Marcos dirá V. R. tenga esta por suya, en res- puesta de la que me escribió ; pues no me pide más de lo que aquí va. <sup>45</sup>

A mi Padre Rector <sup>23</sup> [he] scrito una carta con el P. Her- nando de Mendoza. En ella echo descomuniones por mi boca, porque me privó de su vista a la buelta, aviéndome dado tan poco della a la yda. Y [a] aquel alma de Dios de su compa- ñero pido suplique a Dios lo sea la mía. A mi P. Millán García, <sup>50</sup> que en el cielo nos veremos, pues en la tierra tam poco le e merecido gozar.

Y porque a los pies de la carta acabemos con la cabeça de esa provincia, que es él tan humilde, que, aunque es Pro- vincial, en su estima se pone a los pies de todos, le diga V. R. <sup>55</sup> que se acuerde fuimos condicípulos de don Fernando de la Cerda tres meses de sùmulas <sup>24</sup>, quando él era Luisycó de Guz- mán <sup>25</sup>. Unido en cuerpo y en alma suplique a Dios por la mía, y V. R. haga lo mesmo.

Marchena, 10 de diziembre [15]96. <sup>60</sup>

Francisco Vázquez

<sup>52</sup> gozar corr. ex goçar. || <sup>53</sup> aquebemos ms.

<sup>21</sup> Cf. Rodericii *Commentarium*, supra, p. 108; FX, 416<sup>1</sup>, 697<sup>5</sup>. Factum hoc narratur etiam a Tursellino, *De vita Francisci Xaverii*, (ed. 1594: l. IV, c. 6; ed. 1596: l. VI, c. 6), qui illud reponit falso Ulyssipone. Etiam Lancicius rem narrat: *Opuscula spiritualia*, I (An- tuerpiae, 1650), pp. 296-297.

<sup>22</sup> Hebr. 12, 4.

<sup>23</sup> Franciscus de Benavides, v. annot. 3.

<sup>24</sup> Ferdinandus de la Cerda docuit *Summulas* in universitate Com- plutensi anno 1557-1558: URRIZA, *La preclara facultad de Artes*, pp. 460, 485.

<sup>25</sup> Ludovicus de Guzmán fuit Praepositus Provinciae Toletanae ab 8 decembris 1595 ad annum 1599.

*Inscriptio.* † Al P. Xpóval. de Castro de la [Compañía] de Jesús. Encomendada a la diligencia del P. Gaspar de Pedrosa<sup>26</sup>. Alcalá de Henares.

*Manet integrum sigillum.*

65 *Alia manu* : Trata do Padre Ignatio e do Padre Xavier de sta. memoria.

## 22

P. PETRUS DE RIBADENEYRA  
P. NICOLAO ORLANDINI, ROMAM

MATRITO, MENSE DECEMBRI A. 1597.

### *Praefatio*

I. - MON. editum in *Ribadeneira*, II, 185-188; *Scripta*, II, 424-425 (partim).

II. - AUCTORES : FN, I, 20\* ; II, 331<sup>20</sup>.

III. - TEXTUS originalis, partim autographus (inde a verbis : « V. R. mi perdoni », infra n. [9] ad finem usque), in *Epp. NN.* 90, ff. 110-111.

### *Textus*

1. *Laetum se ostendit Ribadeneira de Patris Orlandini designatione ad historiam Societatis conscribendam.* — 2. *De difficultate scribendi historiam in forma annalium.* — 3. *De Aemiliano de Loyola, Sancti Ignatii nepote.* — 4. *De libro quodam Polanci.* — 5. *De P. Cornelio Wischaven.* — 6. *De P. Pontio Cogordan.* — 7. *De aetate S. Ignatii.* — 8. *P. Benedictus Perera consulendus de P. Wischaven.* — 9. *Cur hispanice epistulam dictaverit.*

[f. 110] † Muy R.<sup>do</sup> en Xpo. P.<sup>e</sup>  
Pax Xpti. etc.

[1] No podrá V. R. creer fácilmente el contento que he recibido con su carta, assí por ser de un Padre a quien yo  
5 ya ha tantos años amo cordialmente en el Señor, como por

<sup>5</sup> *post* tantos años del. que

<sup>26</sup> P. Gaspar de Pedrosa erat Procurator in urbe Matrilo (*Procurador en la corte*). *Tolet.* 21, ff. 131, 162v.

las buenas nuevas que V. R. me da en su carta de la historia de la Compañía, que la santa obediencia le ha ordenado escribir; y por la applicación y diligencia que pone en cosa tan deseada, tan importante y de tanto servicio del Señor, yo me he consolado por extremo de la buena resolución que ha tomado N. P., y en aver escogido persona tan a propósito para cosa tan grande. Yo quisiera poder estar un par de meses con V. R. para dezirle algunas cosas de los tiempos antiguos, y responder a algunas dudas que necessariamente se le offercerán. Procuraré, en teniendo salud y tiempo, rebolver mis papeles, para ayudar a V. R. en todo lo que pudiere; y en los registros antiguos de Roma, en los quales quedavan los traslados de las cartas que escribía el P.<sup>e</sup> Polanco a la Compañía, avisando de las cosas que Dios yva obrando en ella, creo que hallará V. R. algunas cosas que le podrán ayudar<sup>1</sup>. El P.<sup>e</sup> Polanco començó a ser secretario de nuestro P. el año de quarenta y siete, y de allí adelante se han de buscar estas cartas que digo. [110v]

[2] El escribir la historia por años dará gusto, pero tendrá dificultad, por la que ay en averiguar en qué año se hizo cada cosa, y es menester advertir bien a quién se cree, y la certidumbre que ay en lo que se escribe, especialmente en los años más antiguos, de los quales ay poca memoria.

[3] El Hermano Emiliano, sobrino de N. P. Ignacio<sup>2</sup>, vino a Roma el año de 1541 a los 23 de agosto, con el P.<sup>e</sup> Araoz<sup>3</sup>, que aún no era Padre sino Hermano<sup>4</sup>, y con Martín de Santa Cruz, que después fue Rector de Coimbra y murió

15 post offercerán del. Yo || 18 de las certas sup. lin

<sup>1</sup> Vide SCHURHAMMER, *Die Anfänge des Römischen Archivs der Gesellschaft Jesu (1538-1548)*, in AHSI, 12 (1943) 89-118. De codice *Epp. NN.* 78 vide etiam FN, I, 68 \*, 148.

<sup>2</sup> Aemilianus (Millán hispanice vocatus) de Loyola erat nepos S. Ignatii ex fratre Martino García de Oñaz (*Chron.*, I, 504, 510, 547). De eo Lutetiam studiorum causa mittendo consilium dederat Ignatius an. 1539 (MI, *Epp.*, I, 148-149; cf. 78). Anno 1541 cum P. Araoz Romam venit, ubi Societatem ingressus est (*Chron.*, I, 97; MI, *Epp.*, I, 184; ORLANDINI, I, III, n. 22). Cum Lutetiae Parisiorum versaretur, anno 1542 una cum sociis hispanis e Gallia recedere coactus, in Belgium se contulit (*Chron.*, I, 102). Inde cum Petro Fabro a. 1544 Coloniam venit (*Chron.*, I, 137; FM, 233, 239, 242, 256, 666). Valetudinis causa in patriam rediit (FM, 407), ubi a. 1547 phthisi confectus supremum diem obiit a. 1547, mense martio (*Chron.*, I, 248; EM, I, 263, 329, 359; *Ribadeneira*, I, 24).

<sup>3</sup> De itineribus Araozii v. FN, I, 241-244; v. etiam supra, MON. 20.

<sup>4</sup> Primum sacrum celebravit die Nativitatis Domini, a. 1541.

en Roma el año de 47<sup>6</sup>; y el dicho Hermano Emiliano fue después a estudiar a París, donde, y después en Flandes, estu-  
 35 vimos juntos el año de 1542, y de allí vino a España y cayó malo de una ética; y aviendo ydo a los ayres naturales de su patria, murió en [la] Compañía.

[4] El librito del P.<sup>e</sup> Polanco no lo he visto, y assí no puedo juzgar<sup>6</sup>. La diversidad de los tiempos es cosa que se  
 40 ha de mirar mucho; y en lo que yo e escripto, V. R. se puede asegurar que es puntualmente como yo escrivo, porque nuestro Señor me a dado un poco de memoria en esto de los años.

[5] Del P.<sup>e</sup> Cornelio Vischaven ay mucho que dezir, antes  
 45 que entrase en la Compañía y después. Lo del muerto resuscitado no lo e oydo. Él murió santamente en Roma, aunque no le faltavan trabajos y opiniones de que tuviesse en algunas cosas espíritu peregrino y no tan acomodado a nuestro instituto<sup>7</sup>.

[6] El Padre Poncio, con otros tres compañeros<sup>8</sup>, dio mucho trabajo al P.<sup>e</sup> Laynez siendo Vicario General en tiempo de Paulo 4<sup>o</sup>, pero después se reconoció y se humilló<sup>9</sup>, y el Padre Laynez le dio la profesión<sup>10</sup> y fue a [111] Francia, y en París fue procurador de la Compañía, y la sirvió muy bien  
 55 algún tiempo, y cargado de años acabó su vida<sup>11</sup>.

[7] En lo de los años que bivió N. P. Ignacio, bien sé que a auido variedad, y yo mismo fuý de opinión que no

<sup>3</sup> *prius* murió en ella. *Rib. manu propria post ella scripsit* de la Comp<sup>a</sup>., *sed postea deleuit* de la. *Mens eius fuisse videtur scribere*: en la Compañía || 55 acabó *corr. ex* acabado

<sup>6</sup> *Quadrimestres*, I, 17; *Chron.*, II, 327.

<sup>6</sup> De quo Polanci libello agere intendat non clare apparet; e contextu significari videtur scriptum de S. Ignatii vita vel de historia Societatis, et quidem parvae molis; fortasse agitur de *Summariis* Polanci, editis in nostro I vol., vel de eiusdem *Vita* Ignatii, edita in II vol.

<sup>7</sup> De P. Cornelio Wishaven v. FN, I, 577<sup>32</sup>, 604, 720-721; II, 105; PC, II, 617 ss. Mortuus est Laureti 1-X-1559 [(*Hist. Soc.* 42, ff. 1, 2v, 12). Eius nomen scribitur etiam: Wischaven, Vishaven Vishavaeus.

<sup>8</sup> Praeter Pontium Cogordan, Nicolaus Bobadilla, Hieronymus Viola et Adrianus Adriaenssens, quibus addere licet Simonem Rodrigues, impugnarunt auctoritatem Lainii Vicarii, ante primam Congregationem Generalem. De hac re v. EN, II, 50 ss.; IV, 127 ss.

<sup>9</sup> « Confessus est suum factum Pontius ». PC, II, 598.

<sup>10</sup> Tempore S. Ignatii fecerat professionem trium votorum (FN, I, 65<sup>\*</sup>); Lainius ei concessit professionem quattuor votorum, quam fecit Lutetiae Parisiorum 15 novembris 1560 (*Hist. Soc.* 147, f. 173; EN, II, 591; cf. EB, p. 136; LM, V, 324).

<sup>11</sup> Obiit Lutetiae, 21 martii 1582. *Hist. Soc.* 42, f. 92v.

avía bividido sino 61 años, fundándome en que siendo de 26 fue herido en Pamplona el año de 21, y de 21 hasta el de 56 en que murió ay 35, que, juntádoslos [sic] con los 26, hazen 60 61<sup>12</sup>. Pero después mudé opinión por dos razones; la primera porque el mismo P.<sup>e</sup> Polanco y los otros Padres que estaban en Roma quando murió nuestro Padre (que yo estava en Flandes), después de averlo mirado y consultado, en la letra de su sepulcro pusieron que avía bividido 65 años<sup>13</sup>. La segunda 65 razón fue porque los Padres que examinaron, por orden del P.<sup>e</sup> Francisco de Borja nuestro General, mi libro, fueron de parecer que se pusiesse que avía bividido 65 años, y eran las personas más doctas, graves y que más avían tratado a nuestro Padre de toda la Compañía, a cuyo juizio yo me sugeté, 70 y V. R. deve seguirle, y tanto más estando ya esto recebido en su epitafio, libros escriptos y estampas. Y hazer lo contrario sería temeridad, a mi pobre juizio, y antes de daño que de provecho; y lo que determinaron entonces los Padres tuvo buenos fundamentos. Y esto es lo que se me ofrece res- 75 pponder, por agora, a la carta de V. R., en cuyas oraciones y sanctos sacrificios mucho me encomiendo, y lo mismo haze el P.<sup>e</sup> Villegas, a quien e dado las encomiendas de V. R.

[8] El P.<sup>e</sup> Benedito Pereyra (a quien saludará V. R. de mi parte) podría ser que supiesse algo en particular del P.<sup>e</sup> 80 Cornelio Vischaven y de algunas otras personas que han bividido en Roma, después que él vino a ella, que, si no me engaño, fue el año de 1553<sup>14</sup>. De Madrid, de diziembre 1597.

[9] V. R. mi perdoni che gli scrivo in spagnuolo, il che ho fatto per intendere che la R. V. sa benissimo la nostra 85 lingua, et per non stracarmi tanto scrivendo di mia propria mano, trovandomi debole et con poche forze.

Di V. R. servo in Chro.

P.<sup>o</sup> Ribadeneira

*Inscriptio*: † Al P.<sup>e</sup> Nicolás Horlandino de la Compañía de 90 Jesús, en Roma.

*Exstat integrum sigillum*

63-64 (que yo - en Flandes) *sup. lín. manu Rib.* || 84-89 *autographum Ribadeneyrae*

<sup>12</sup> Variar Ribadeneyrae sententiae de aetate S. Ignatii recensentur in FN, I, 20 \*. Cf. FN, II, 331 \*.

<sup>13</sup> FN, I, 776.

<sup>14</sup> P. Benedictus Perera ingressus est Societatem Romae a. 1552 (*Chron.*, II, 652).

## 23

RESPONSIO MANAREI  
AD QUAEDAM LANCICII POSTULATA

1597-1601

*Praefatio*

I. - EDITIONES : 1) *AA. SS. iulii*, VII, pp. 578-584, nn. 878-914. Editio apographi, desumpti ex autographo, quod tunc (a. 1727) Lovanii in cubiculo Rectoris collegii Societatis servabatur (v. n. 878). Bollandistae documentum diviserunt in tres partes.

2) *Scripta*, I, 506-524. Textus originalis a Manareo Romam missus, ab eoque manu propria signatus.

II. - TEXTUS : *Hist. Soc.* 70 (*Historica Manarei S. I.*) ff. 31-34. Est textus de quo supra, n. 2).

III. - TEMPUS satis clare definitur ex eo quod, prout in ipso documenti titulo ex professo dicitur, Manarei responsiones missae sunt « Lancicio Romae theologiae studioso ». Iam, P. Lancicius Romae factus est sacerdos anno 1601, unde hoc documentum illi missum est eo anno vel aliquo alio ex immediate praecedentibus, dum theologiae studio incumberet.

Hoc documentum, prout vel ex ipso eius titulo apparet, continet responsiones ad interrogationes Lancicii de Ignatii vita et virtutibus. Initio puncta particularia sive dubia Lancicii solvere intendit Manareus : de loco apparitionis Christi Ignatio concessae (n. 1) ; de eius cura in examine particulari rite servando (n. 2) ; de humilitate (n. 3) ; de prophetiis (nn. 4, 5) ; de apparitionibus (nn. 6, 7) ; de sacri celebratione (n. 8) ; de praefatione libri Exercitiorum (n. 9) ; de effigie Ignatii (n. 10). In secunda veluti parte nonnulla virtutis exempla quae in Ignatio eluxerunt commemorat, prout ei in mentem veniunt. Haec omnia Manareus « ex scrinio memoriae » (n. 41) depromit, colligens quae vel audivit, vel ipse notavit.

Re quidem vera, exempla quae adducuntur partim ipsum Manareum testem habent (ex. gr. nn. 14, 24, 25), partim ei ab aliis viris fide dignis narrata sunt. Testes adhibet, inter alios, PP. Balduinum Delange (n. 4), Ludovicum Gonçalves (n. 5), Sebastianum Romei (n. 13), Didacum Lafnez (n. 36).

Nonnulla ex anterioribus fontibus nobis constant, prout in annotationibus indicamus (ex. gr. nn. 3, 12, 13, 15) ; alia nova vel minus nota sunt. Fontes scriptos nullos citatos invenimus praeter *Summary* italicum Polancianum (n. 9) et *Vitam* Ribadeneyrae. Auctor



intendisse videtur nonnulla addere vel complere iis quae a Ribadeneyra in *Vita* conscripta sunt (nn. 3, 41).

In rebus quae narrat generatim fidem meretur, sed nonnulla falso dicuntur ex memoriae, ut videtur, defectu, de quo ipse ad finem (n. 41) conqueritur. Falsum est quod dicitur de loco apparitionis Christi (n. 1), deque sacello ubi primi Patres votum parisiense fecerunt et renovarunt (n. 38).

Vis huius Monumenti cuiquam illud legenti patebit; multa enim nos docet, ex aliis fontibus minime nota, de Ignatio, minuta fortasse illa et, ut ita dicam, domestica, sed quae nobis Sanctum exhibent prout eis qui cum eo consuetudinem habuerunt, sese ostendebat.

IV. - AUCTOR: P. Oliverius Manareus (Manare: n. ca. 1522, i. 1551, † 1614). Iis quae diximus in FN, I, 602<sup>42</sup>, adde quae sequuntur: Erat Duacensis (Douai), dioecesis Atrebatensis (Arras), ingressus Societatem Parisiis, anno 1551 mense septembri (*Rom.* 78b, ff. 140, 145). Professionem fecit Romae 3-XI-1560 (*It.* 3, f. 51; cf. *Rom.* 78b, f. 155). Sub finem a. 1554 missus est Lauretum ut in eo collegio Rectoris munus exerceret (MI, *Epp.*, VIII, 88-92). In eo collegio versabatur cum Ignatius e vivis sublatu est (MI, *Epp.*, XII, 71, 180-181). En tibi quae de eo habentur in catalogo collegii Lauretani, eo anno 1556 confecto: « Ex Provincia Italiae citra Romam. Collegium Lauretanum. - Rector: Magr. Oliverius Manareus, flander, ingressus est Societatem mense septembri 1551, ante ingressum emisit vota, vix duos menses inter scholasticos fuit, quod reliquum est temporis interfuit communi bono Societatis. Natus est circiter 34 annis » (*Rom.* 78b, f. 123). Mortuus est Tornaci, 28 novembris 1614. PONCELET, *Nécrologe*, p. 25; ID., *Histoire de la Compagnie de Jésus dans les anciens Pays-Bas*, t. I, pp. 346-351.

V. - EDIMUS textum originale de quo supra (§ II), addentes in apparatu lectiones variantes editionis in AA. SS.

### Textus

1. De apparitione Iesu Christi. — 2. De examine particulari Manareo imposito. — 3. De humilitate. — 4-5. De prophetiis. — 6-7. De apparitionibus. — 8. De Missae sacrificio. — 9. De auctore praefationumculae libro Exercitiorum praemissae. — 10. De effigie S. Ignatii. — 11. Efficacia sermonis. — 12. Nitor in scriptis. — 13. Indifferentia. — 14. Ira comprimenda. — 15. Homines Societatis ut angeli. — 16. Recursus ad Deum. — 17. Conversatio cum externis. — 18. Lectio librorum spiritualium. — 19. Mundities externa, silentium, clausura. — 20. Discreta ratio agendi cum proximis. — 21. Cura disciplinae. — 22. Subordinatio exigenda. — 23. Rerum novarum fuga. Exempla Martini Olave et Antonii Soldevila. — 24. Mira Ignatii erga subditos

*prudencia. — 25. Volebat ut agerent discrete et sine scrupulis. — 26. Cura aedificationis. — 27. Devotio in officiis et ministeriis. — 28. De oboedientia in ipsis. — 29. Oboedientia iudicii. — 30-31. Paupertas. — 32. Caritas erga indigentes. — 33. Fiducia in Deum rebus difficilibus. — 34. Exemplum collegii Germanici. — 35. Vir erat magni consilii. — 36. Cura examinis particularis. — 37. In Deum erat intentus. — 38. Frequens cum sociis adibat templum Beatae Mariae a Campis, Parisiis. Vota Parisiis nuncupata. — 39. Superiores volebat impense sollicitos. — 40. Volebat ut res divinae accurate obirentur. — 41. Qui alio mittendi, ad iter instructi sint. Conclusio.*

[f. 31]

†

## RESPONSIO AD QUAEDAM POSTULATA

DE B. P. N. IGNATHI VIRTUTIBUS ET DOCUMENTIS

A NICOLAO LANCITIO ROMAE THEOLOGIAE STUDIOSO

5 Petis, frater charissime, quaedam de beato Patre nostro, ad quae paucis respondebo, prout memoria praeteritorum subministrabit.

1. Ubi et in quo loco seu sacello Christus, apparens beato Patri nostro, se propitium illi fore promisit?

10 Respondeo me latere. Illud solum commemorari olim audiui, fuisse oratorium seu sacellum, non procul a via publica, positum inter Bononiam et Florentiam; nam ex via ad illud deflexerat ob vicinitatem ac loci opportunitatem ad orandum<sup>1</sup>.

15 2. Quod attinet ad examen particulare, ab ipso mihi impositum, res ita se habuit. Cum ex Urbe Lauretum profecturus et primam coloniam ducturus, ad b. Patrem nostrum adissem cum sociis, praesente P. Ioanne Polanco, secretario, ut benedictionem ipsius peteremus, ipsum fixius in vultu et  
20 oculis sum intuitus, praesagiens me vix illum amplius revisurum in terris<sup>2</sup>. Hanc immoderationem meam sapientissi-

8 loco seu om. || 17 primam] primum

<sup>1</sup> Fallitur manifeste, apparitio enim de qua hic agitur locum habuit prope Romam, in loco dicto *La Storta*. Vide FN, I, 313, 498<sup>23</sup>; II, 132-134 (v. Indicem ad vocem *La Storta*).

<sup>2</sup> P. Oliverius Manareus cum 13 sociis Roma profectus est die 25 vel 26 novembris 1554, ut collegium Societatis Laureti conderet. MI, *Epp.*, VIII, 102; *Ephemerides* Gerardi, in PC, II, 578. Manareus constitutus fuerat Rector die 23 eiusdem mensis, MI, *Epp.*, VIII, 88-89, eodemque die ei sociisque instructionem dederat Ignatius, ib., 89-92. Cf. MANAREUS, *De rebus Societatis Iesu commentarius*, p. 136; *Chron.*, IV, 46, n. 73; TV, II/2, 489.

mus medicus sanare volens, hanc medicinam applicuit, non tamen in ipso loco, quia, ut benignus erat, nolens, opinor, me coram aliis acriori, sicuti merebar, admonitione confundere, retinuit tantisper apud se P. Polancum, dum ab eo recessissemus. Cum vero ad portam domus extremam fere pervenissemus, en P. Polancus iubet me subsistere tantisper, dum mandatum Patris exponeret.

Medicina ergo haec fuit: — Quia (inquit P. Polancus) Pater noster animadvertit in hoc ultimo congressu, quod nimis fixe oculos in ipsius vultum coniectos tenuisti, quod argumentum est arrogantiae, pro poenitentia mandat, ut quotidie saltem semel in examine conscientiae consideres, an in alicuius, cui reverentiam debeas, vultum oculos tuos diutius fixeris inter loquendum, et ut post examen recites orationem Dominicam cum Angelica; et quoties denique ad eum scribes (scribere autem debebam ex praescripto regulae singulis hebdomadibus)<sup>3</sup> referas an persolveris poenitentiam vel non. Haec autem poenitentia extracta est in decimum quintum mensem, quo evoluta, significavit b. Pater ut abstinerem<sup>4</sup>.

3. De humilitate eius haec habeo, quae, praeter ea quae P. Ribadeneirae hystoria continet, notatione digna mihi semper visa sunt: 1° Dum me novitium et mei similes admittebat, imo invitabat perbenigne ad colloquium et ad assidendum ad latus, modo in horto, modo alibi, ut usus veniebat. 2° Quod, dum aegrotarem, non gravatus sit me invisere, et amanter paterneque solari, offerens pixidem manna refertam, dicens: — En, Oliveri, manna, quod iam iam accepi a proregina Siciliae; illud ipsum tibi dono ut recreeris, et eo utaris ex medici praescripto —. 3° Quod, dum interdum ad suam mensam privatam me vocaret, non dedignaretur cibum, quod et aliis facere solebat, subministrare furcinula, ac pomum vel pyrum, a se concinne decorticatum, porrigere<sup>5</sup>. 4° Quod audiremus saepe ipsum de se inter loquendum valde humiliter ac demisse interserere epitheton humilitatis, v. g.: misera anima mea;

40 ut deinceps abstinerem

<sup>3</sup> Cf. *Officium Rectoris* (ann. 1553-1554), MI, *Reg.*, p. 350, n. 47. De poenitentia a se peracta informabat Manareus, iuxta praescripta. EM, IV, 736.

<sup>4</sup> Poenitentia liberatus est Manareus per litteras die 11 ianuarii 1556 ad eum datas. MI, *Epp.*, X, 495.

<sup>5</sup> Cf. TV, II/2, 64-65.

me peccatorem ; me pauperem, seu, pauperem animam meam.  
 5<sup>o</sup> Quod, de Societate loquens vel scribens, simili moderatione  
 uteretur : haec nostra minima Societas ; de hac minima Socie-  
 60 tate nostra <sup>6</sup>, etc. 6<sup>o</sup> Quod illam vel non laudabat, vel valde  
 parce et sobrie id faciebat. 7<sup>o</sup> Quod, ut cubiculum habebat  
 humile, ita suppellectilem habuerit semper modicam et ipsam  
 semper tenuem. 8<sup>o</sup> Quod virtutes suas studiose occultabat,  
 et sua arcana, devotiones et spirituales exercitationes non  
 65 manifestabat, nec sciri volebat. Exemplum esto, quod P. Di-  
 dacus de Guña, venerandus et sanctus senex, non semel nobis  
 dixerit : — O si possem dicere de magistro Ignatio quae scio !  
 O si os non esset mihi clausum, quanta et quam magna vobis  
 dicerem ! Pater enim illi mandaverat in virtute sanctae obe-  
 70 dientiae ne de rebus suis secretioribus quicquam diceret quam-  
 diu viveret ; erat enim, vel paulo ante fuerat, eius confes-  
 sarius ; mortuus autem ipse est ante ipsum b. Patrem <sup>7</sup>.  
 9<sup>o</sup> Licet valetudinarius esset et debilis, voluit tamen ex elee-  
 mosynis in domo professa semper victitare. [31v]  
 75 4. Prophetias ab ipso pronunciari nunquam audiui, nec  
 pronunciatas alias scio, quam quod P. N. Laynez piae memo-  
 riae et alii referebant, videlicet, P. Simonem Rodríguez non  
 moriturum, licet gravissimo morbo decumberet, ea infirmitate ;  
 quod praedixit P. Fabro, itineris comiti, dum Basannum,  
 80 aegrotantem visurus, iter faceret, quod et P. Ribadeneira  
 habet <sup>8</sup>. Item de collegio Parisiensi audiui illum, dum in Urbe  
 essem, dixisse (non enim audeo affirmare quod ex ipsomet  
 audiverim), collegium Parisiense post Romanum, quod erat  
 tunc pauperrimum, et Conimbricense, tunc bene fundatum,  
 85 futurum in Societate praecipuum. Collegium porro Romanum  
 postea domum habuit propriam, cum tunc non haberet nisi  
 conductitiam <sup>9</sup> ; proventum autem solum habebat quingen-

<sup>6</sup> Cur Societas Iesu vocetur « minima » v. FN, II, 7, 132.

<sup>7</sup> Vide paenitentiam huic Patri impositam ob laudes immoderatas Ignatio tributas, FN, I, 628, 631, 656-657, 683. Mortuus est Romae 16-VI-1556. FN, I, 110 <sup>3</sup>.

<sup>8</sup> Cf. RIB. *Vita*, I, II, c. 9 ; ID. *De Actis*, n. 23, FN, II, 334 ; *Anonymum*, ib., 441 ; POL. *Vita latina*, ib., 581 ; *Lain.*, FN, I, 138 ; *Acta*, n. 95, ib., 496.

<sup>9</sup> Collegium Romanum sedem primam habuit in via Capitolina (nunc Aracoeli dicta), unde translatus est in conductitiam domum Marii Capocci, in viam nunc dictam « del Gesù », de qua dicit Polancus « quae [via] a domo nostra recta in monasterium Sanctae Mariae supra Minervam ducit » : *Chron.*, II, 166, n. 7. Cf. TV, II/2, 379 ; RINALDI, p. 31.

torum coronatorum, quos P. N. Franciscus a Borgia sub ingressum dederat, sed ob grave aes alienum census ille vendi debuerat ad minuendum debita<sup>10</sup>; iam autem ita illi est prospectum, ut firma spe esse debeamus eventurum de Parisiensi, quod praedixit. Dixit denique Patri Balduino ab Angelo<sup>11</sup>, cum mitteretur ad initia collegii Neapolitani, quod persecutiones quidem graves in collegio illo sustineret, sed secuturam paulo post tranquillitatem, et futurum illud collegium in Italia valde commodum, et ob fructum spirituales celebre.

5. Audivi praeterea a P. Ludovico Gonzales, nisi me fallat memoria, quod cum graviter b. Pater aegrotaret, et decumberet, tempore Iulii III<sup>12</sup>, Patres aliquot seniores, qui officii causa apud eum considebant, tristes lamentabantur, dicentes, sicut discipuli B. Martino: « Cur nos, Pater deseris? » etc.: Si Deus Reverentiam Vestram nobis auferat, sicuti ipsa exoptat, quid faciet haec minima Societas, tanto suo Patre in suis adhuc initiis orbata? Verendum est ne concidat. Proinde rogamus, ut adhuc nobiscum manere velit, donec Societas processus fecerit maiores —. Tum beatus vir ac benignus Pater, ut eos consolaretur et erigeret, dixit: — Primi Dei bonitate, ut confido, fuerunt boni; secundi, sive secundus Societatis status, erunt in Societate meliores; tertii, si statum Societatis spectemus, erunt disciplinae adhuc retinen-

88 Borgia] Borija ms. hic et infra, n. 9 || 97-17 Tota haec paragraphus sequenti modo exprimitur: Audivi praeterea, nisi me fallat memoria, a P. Ludovico Gonsale, quod, cum graviter aegrotum tempore Iulii tertii inviserunt aliquod seniores, lamentarenturque, quod si Deus illum auferret, sicut ipse exoptabat, Societatem tanto Patre orbata in suis adhuc quasi initis, versaturam in magno periculo, ne concideret; audiivi, inquam, b. Patrem, ut benignum parentem, ut eos consolaretur, et erigeret eorum animos, dixisse: Primi, ut spero, boni fuerunt; secundi erunt in Societate meliores; tertii his religiosae disciplinae retentiores (*lege*: retinentiores), quod confido eventurum: quoniam luce clarius est, Societatem multo melius esse modo constitutam, quam umquam fuerit (non b. Patris et subsequantium Generalium vitio; nam quidquid boni habemus, a Deo per ipsum habemus); sed quia tunc nec personae sufficebant, nec novitiatus erat bene constitutus, nec media suppetebant nec regulae denique erant recognitae, et in ea observatione, ut nunc sunt

De domo pro Collegio obtenta v. G. VILLOSLADA, *Storia del Collegio Romano*, p. 53 ss.

<sup>10</sup> Quid Borgia dederit pro collegio Romano fundando, v. in *Chron.*, II, 13, n. 20, 165; TV, II/2, 378, 597-599; G. VILLOSLADA, *Storia*, 21, 22.

<sup>11</sup> P. Balduinus ab Angelo (Delange) Romam venit anno 1551. De eo v. MON. 24, in *Praefatione*. Vide eius testimonium de Ignatii sanctitate, *Scripta*, II, 434-435; *Chron.*, II, 279. Collegii Neapolitani scholae apertae sunt anno 1552. *Chron.*, II, 518; *Quadrimestres*, I, 534; TV, II/2, 435.

<sup>12</sup> Videtur agi de gravi morbo quem Ignatius passus est ad finem anni 1550 et initio sequentis, de quo v. *Acta*, n. 33, I, 408; *Chronologia*, FN, I, 48 \*.

me peccatorem ; me pauperem, seu, pauperem animam meam.  
 5<sup>o</sup> Quod, de Societate loquens vel scribens, simili moderatione  
 uteretur : haec nostra minima Societas ; de hac minima Socie-  
 60 tate nostra <sup>6</sup>, etc. 6<sup>o</sup> Quod illam vel non laudabat, vel valde  
 parce et sobrie id faciebat. 7<sup>o</sup> Quod, ut cubiculum habebat  
 humile, ita suppellectilem habuerit semper modicam et ipsam  
 semper tenuem. 8<sup>o</sup> Quod virtutes suas studiose occultabat,  
 et sua arcana, devotiones et spirituales exercitationes non  
 65 manifestabat, nec sciri volebat. Exemplum esto, quod P. Di-  
 dacus de Guía, venerandus et sanctus senex, non semel nobis  
 dixerit : — O si possem dicere de magistro Ignatio quae scio !  
 O si os non esset mihi clausum, quanta et quam magna vobis  
 dicerem ! Pater enim illi mandaverat in virtute sanctae obe-  
 70 dientiae ne de rebus suis secretioribus quicquam diceret quam-  
 diu viveret ; erat enim, vel paulo ante fuerat, eius confes-  
 sarius ; mortuus autem ipse est ante ipsum b. Patrem <sup>7</sup>.  
 9<sup>o</sup> Licet valetudinarius esset et debilis, voluit tamen ex elee-  
 mosynis in domo professa semper victitare. [31v]  
 75 4. Prophetias ab ipso pronunciari nunquam audiui, nec  
 pronunciatas alias scio, quam quod P. N. Laynez piae memo-  
 riae et alii referebant, videlicet, P. Simonem Rodríguez non  
 moriturum, licet gravissimo morbo decumberet, ea infirmitate ;  
 quod praedixit P. Fabro, itineris comiti, dum Basannum,  
 80 aegrotantem visurus, iter faceret, quod et P. Ribadeneira  
 habet <sup>8</sup>. Item de collegio Parisiensi audiui illum, dum in Urbe  
 essem, dixisse (non enim audeo affirmare quod ex ipsomet  
 audiverim), collegium Parisiense post Romanum, quod erat  
 tunc pauperrimum, et Conimbricense, tunc bene fundatum,  
 85 futurum in Societate praecipuum. Collegium porro Romanum  
 postea domum habuit propriam, cum tunc non haberet nisi  
 conductitiam <sup>9</sup> ; proventum autem solum habebat quingen-

<sup>6</sup> Cur Societas Iesu vocetur « minima » v. FN, II, 7, 132.

<sup>7</sup> Vide paenitentiam huic Patri impositam ob laudes immoderatas Ignatio tributas, FN, I, 628, 631, 656-657, 683. Mortuus est Romae 16-VI-1556. FN, I, 110 <sup>8</sup>.

<sup>8</sup> Cf. RIB. *Vita*, I, II, c. 9 ; ID. *De Actis*, n. 23, FN, II, 334 ; *Anonymum*, ib., 441 ; POL. *Vita latina*, ib., 581 ; *Lain.*, FN, I, 138 ; *Acta*, n. 95, ib., 496.

<sup>9</sup> Collegium Romanum sedem primam habuit in via Capitolina (nunc Aracoeli dicta), unde translatus est in conductitiam domum Marii Capocci, in viam nunc dictam « del Gesù », de qua dicit Polancus « quae [via] a domo nostra recta in monasterium Sanctae Mariae supra Minervam ducit » : *Chron.*, II, 166, n. 7. Cf. TV, II/2, 379 ; RINALDI, p. 31.

torum coronatorum, quos P. N. Franciscus a Borgia sub ingressum dederat, sed ob grave aes alienum census ille vendi debuerat ad minuendum debita<sup>10</sup>; iam autem ita illi est prospectum, ut firma spe esse debeamus eventurum de Parisiensi, quod praedixit. Dixit denique Patri Balduino ab Angelo<sup>11</sup>, cum mitteretur ad initia collegii Neapolitani, quod persecutiones quidem graves in collegio illo sustineret, sed secuturam paulo post tranquillitatem, et futurum illud collegium in Italia valde commodum, et ob fructum spirituales celebre.

5. Audivi praeterea a P. Ludovico Gonzales, nisi me fallat memoria, quod cum graviter b. Pater aegrotaret, et decumberet, tempore Iulii III<sup>12</sup>, Patres aliquot seniores, qui officii causa apud eum considebant, tristes lamentabantur, dicentes, sicut discipuli B. Martino: «Cur nos, Pater deseris?» etc.: Si Deus Reverentiam Vestram nobis auferat, sicuti ipsa exoptat, quid faciet haec minima Societas, tanto suo Patre in suis adhuc initiis orbata? Verendum est ne concidat. Proinde rogamus, ut adhuc nobiscum manere velit, donec Societas processus fecerit maiores —. Tum beatus vir ac benignus Pater, ut eos consolaretur et erigeret, dixit: — Primi Dei bonitate, ut confido, fuerunt boni; secundi, sive secundus Societatis status, erunt in Societate meliores; tertii, si statum Societatis spectemus, erunt disciplinae adhuc retinen-

88 Borgia] Borija ms. hic et infra, n. 9 || 97-17 Tota haec paragraphus sequenti modo exprimitur: Audivi praeterea, nisi me fallat memoria, a P. Ludovico Gonzales, quod, cum graviter aegrotum tempore Iulii tertii inviserunt aliquot seniores, lamentarenturque, quod si Deus illum auferret, sicut ipse exoptabat, Societatem tanto Patre orbatam in suis adhuc quasi initis, versaturam in magno periculo, ne concideret; audivi, inquam, b. Patrem, ut benignum parentem, ut eos consolaretur, et erigeret eorum animos, dixisse: Primi, ut spero, boni fuerunt; secundi erunt in Societate meliores; tertii his religiosae disciplinae retentiores (lege: retinentiores), quod confido eventurum: quoniam luce clarius est, Societatem multo melius esse modo constitutam, quam umquam fuerit (non b. Patris et subsequentium Generalium vitio; nam quidquid boni habemus, a Deo per ipsum habemus); sed quia tunc nec personae sufficiebant, nec novitiatus erat bene constitutus, nec media suppetebant nec regulae denique erant recognitae, et in ea observatione, ut nunc sunt

De domo pro Collegio obtenta v. G. VILLOSLADA, *Storia del Collegio Romano*, p. 53 ss.

<sup>10</sup> Quid Borgia dederit pro collegio Romano fundando, v. in *Chron.*, II, 13, n. 20, 165; TV, II/2, 378, 597-599; G. VILLOSLADA, *Storia*, 21, 22.

<sup>11</sup> P. Balduinus ab Angelo (Delange) Romam venit anno 1551. De eo v. MON. 24, in *Praefatione*. Vide eius testimonium de Ignatii sanctitate, *Scripta*, II, 434-435; *Chron.*, II, 279. Collegii Neapolitani scholae apertae sunt anno 1552. *Chron.*, II, 518; *Quadrimestres*, I, 534; TV, II/2, 435.

<sup>12</sup> Videtur agi de gravi morbo quem Ignatius passus est ad finem anni 1550 et initio sequentis, de quo v. *Acta*, n. 33, I, 408; *Chronologia*, FN, I, 48 \*.

tiores<sup>13</sup> —. Quod eventurum minime dubito; constat enim Societatem multo melius esse modo constitutam, quam fuerit unquam; non quod vel beatus ipse Pater vel ei subsequentes Generales officio defuerint, nam quicquid boni modo habet  
 15 Societas a Deo per ipsum habet; sed quia illis initiis nec personae sufficiebant, nec temporalia suppetebant, nec novitiatus, propter rei angustiam, ita erat constitutus, ut nunc est.

6. An apparuerit post mortem vel in vita, non memini me audivisse, nisi quod ex quodam sacerdote, domino sacel-  
 20 lano dominae Ioannae Caietanae, audiui; quod tempore congregationis quartae<sup>14</sup>, sub tempus electionis Generalis, viderat ille b. Patrem nostrum apparentem sibi cum altero quodam, designasse P. Claudium Aquaviva velle se habere successorem; et hoc ipsum, si recte recolo, indicavit etiam fratri nostro  
 25 Ludovico Iappy<sup>15</sup>; alias circumstantias non teneo. Melius ille poterit referre, sicuti et de quadam matrona florentina, quae tum dicebatur similem habuisse apparitionem.

7. De P. Ludovico Gonzales, quod dixerit b. Patrem nostrum ab ipso fuisse visum in oratione, seu ipsi apparuisse,  
 30 non memini me audivisse; sicut non audiui apparuisse P. Cornelio Wischaven.

8. Quod ad sacrum eius attinet, videor observasse quod paulo amplius quam horam ordinarie duraret, quoniam crebrae mentis elevationes et lacrymae eum impediabant, quae  
 35 causa erant ut rarius celebraret, praesertim in publico. Accedebat impedimentum debilitatis non minimum; hinc per multos menses fui solitus fere quotidie coram ipso celebrare in sacello privato. Ipse tamen valde diligenter cavebat, ne Societatis sacerdotes excederent mediam horam; et quamdiu  
 40 fui in Urbe, semper vidi aedituum, vel eum qui missae ministrabat, clepsydrum habere iuxta altare positam, ut notaret

23 designasse] assignasse

<sup>13</sup> Cf. infra, p. 711, n. [12]; FN, II, 111, 493.

<sup>14</sup> Quarta Congregatio generalis, qua electus est P. Aquaviva, habita est anno 1581.

<sup>15</sup> Cognomen illi erat Giappi (n. ca. 1534, i. 1551, † 1600). De eo haec habentur in catalogo facto anno 1574: «Ludovico Giappi, dello stato di Milano, d'anni 40; entrò in Roma del 51; è coadiutore temporale sino da 11 anni; serve al P. Generale; è falegname; et [ha] habilità per ogni officio; sano et gagliardo»: *Hist. Soc.* 41, f. 87. Vota coadiutoris temporalis formati edidit 2 iun. 1560 Romae, in manibus P. Lafnez: *Ital.* 3, f. 458; † 13-XI-1600 Neapoli (*Hist. Soc.* 42, f. 80). Cf. *Rom.* 78b, ff. 7, 9, 161, 214; *Scripta*, II, 449.



et deferret eos, qui vel minimum excederent, vel nimis breves essent.

9. Quod attinet ad praefatiunculam, quae praeponitur libello Exercitiorum, cuius est initium (« Haec documenta »<sup>45</sup> etc.), compositam fuisse audivi a P. Andrea Frusio ; alii etiam dicunt a P. Fulvio Cardulo, sed recognitam a P. Ioanne Polanco<sup>16</sup>. Exercitia porro ipsa vidi impressa vivente b. Patre nostro ; et hodie extat in hac provincia exemplum in Urbe impressum anno 1548<sup>17</sup>. Et P. Ioannes Polancus, in compendio [f. 32] rerum Societatis usque ad annum 1550<sup>18</sup>, refert Exercitia, precatore duce de Gandía don Francisco a Borgia, fuisse a Paulo 3 approbata, et cum licentia ordinaria impressa. In examine porro a praelatis quibusdam facto de ipsis Exercitiis, mandato eiusdem Pontificis, ne syllaba quidem fuit mutata vel sublata. Examinatores autem fuere : Magister Sacri Palatii, dominus Vicecancellarius, cardinalis item de Burgos<sup>18a</sup>.

10. De effigie b. Patris nostri nullam adhuc vidi, quae vere illum referat ; nullam tamen vidi melius repraesentantem, quam ea, quae nuper hic recognita est a nobis quinque, qui b. Patrem olim vidimus, Patribus, inquam, Francisco Costero, Balduino ab Angelo, Eleutherio Pontano, Henrico Sommario et a me<sup>19</sup>.

Quod ad illam attinet, quae in eo coenaculo est appensa, in quo Pater noster prandere solet, illa nullo fere pacto illum

42 minimum] nimum || 61 quam eam

<sup>16</sup> Praefatiuncula editionis primae vulgatae Exercitiorum, edita est in MI, *Exercitia*, 218-219. Eius auctor fuit Polancus. Ibidem, 150.

<sup>17</sup> Re quidem vera prima editio libri Exercitiorum facta est Romae anno 1548. Cf. FN, I, 298<sup>48</sup>.

<sup>18</sup> Agit de *Summario* ad annum 1551 perducto, italico sermone a Polanco scripto, a nobis edito in primo volumine. De Exercitiorum approbatione ibidem, 297-298.

<sup>18a</sup> Magister Sacri Palatii era Aegidius Foscararius O. P., ad id munus vocatus a Paulo III, 3 aprilis 1547 ; dominum Vicecancellarium intellige Philippum Archinto ; cardinalis Burgensis erat Ioannes Alvarez de Toledo O. P., primum episcopus Cordubensis, postea Burgensis, tandem archiepiscopus Compostellanus (27-VI-1550). Horum testimonia videri possunt ad calcem editionis vulgatae Exercitiorum, ex. gr. MI, *Exercitia*, 562-563 ; de eis v. ibidem, 215-216 ; FN, I, II.

<sup>19</sup> Agitur de imagine in forma ovali (6,7 × 5,3 cm.) quam Patres Provinciae Belgicae Septentrionalis Bruxellis adhuc servant. De ea v. praecipue A.A. SS., n. 598, pp. 522-523 ; M. DIERICKX, *Het beste, weinig bekende portret van St. Ignatius van Loyola* ?, in *Ons geestelijk Erf*, II (1945) 199-209. Vide etiam nostrum MON. 24 et auctores allatos supra, p. 236.

repraesentat<sup>20</sup>. Statua vero illa facta ex gypso, quae solebat interdum exponi in collegio Romano tempore renovationis votorum, de qua R. V. mentionem facit, multum accedit ad  
 70 b. Patris nostri vultum<sup>21</sup>. Cum die quodam post prandium versarer hora quietis pomeridianae cum P. N. Everardo Mercuriano et Assistentibus aliisque senioribus, frater noster Ludovicus Iappy<sup>22</sup>, exploraturus si forte memoriam retinerem vultus Patris nostri, cum illam ipsam adaptasset statuam in  
 75 cubiculo ianitoris, ut ad instar Patris alicuius quiescentis super lectulo videretur, amicta veste talari et cum pileo quadrato, de industria me evocavit dicens, nobilem quendam me expectare prope portam. Descendi ut hominem convenirem. Ludovicus autem ait iacere eum in cubiculo ianitoris ob debilitatem.  
 80 Ingredior, et ex ipso limine statuam conspicatus : — Ah, aio, P. Ignatius, P. Ignatius ! — Qua inclamatione et admiratione argumentum fecerunt per coniecturam, quod omnium maxime effigies illa congrueret.

Sed, ut dixit mihi, tempore congregationis ultimae<sup>23</sup>,  
 85 venerandus D. Philippus Neri<sup>24</sup> piae memoriae<sup>24</sup>, Praefectus Oratorii, quia vultus b. Patris illius supernaturali quodam splendore erat aspersus, nulla prorsus effigies effingi potest arte pictoria, quae vere illum repraesentet. Pater Mutius Vitelleschi erat mihi socius quando visitavi D. Philippum Nerium, et scripsit ad me se optime meminisse eorum, quae tum  
 90 dixit beatus ille vir Philippus. Et haec quidem ad postulata.

Venio modo ad sextum epistolae vestrae caput, hoc est, ad eius documenta et exempla quae nobis reliquit.

11. Admirandus erat in sermone ; nam ille gravis erat,  
 95 non incitatus, non praeceps, non inanis, sed solidus et efficax, ac viri denique vere sancti. Non audiebatur quicquam illi excidere casu et ex improvise ; sed os illud beatum semper seria et praemeditata proferebat ; proinde ab ipso nemo recebat nisi bene consolatus, instructus salutari consilio et con-

72 post *allisque add. aliis* || 82 fecerunt *corr. ex sumpserunt* || per coniecturam] et coniecturam || 91 Et haec - postulata *ponitur post* illum repraesentet *lin. 88*

<sup>20</sup> Imago depicta a Jacopino del Conte, ipso die obitus S. Ignatii, de qua praecipue TV, II/1, 353-358 ; FN, I, 770<sup>18</sup>.

<sup>21</sup> Cf. FN, I, 770<sup>18</sup>; AHSI, 12 (1943) 119-134, praecipue pp. 130-131.

<sup>22</sup> Cf. sup. annot. 15.

<sup>23</sup> Congregatio Generalis V : 13 nov. 1593 ad 18 ian. 1594.

<sup>24</sup> S. Philippus Neri<sup>24</sup> (1515-1595).

tentus, sive obtineret quod intendebat, sive non ; quia beato 100  
viro miranda inerat dicendi gratia <sup>25</sup>.

12. Neque minus decori et nitoris in sermonibus scriptis  
servabat, praesertim quando ad viros graves scribebat ; atque  
idem decorum a filiis servari desiderabat et exigebat. Memini 5  
me vidisse epistolam ad quendam qui, ob literas ad ipsum  
scriptas, gravi admonitione illum feriebat, quod lituris et  
vitiis maculatas misisset. Ego, inquit, hac nocte expedio  
triginta circiter epistolas, quarum nulla est, quam semel et  
iterum non recognoverim ; quas autem manu mea scripsi et  
scribere soleo ad viros graves, et quibus deferre debeo, bis 10  
aliquando ac etiam ter rescribo, ne lituris aut vitiis eas asper-  
gam, vel inconcinne incongruenterque aliquid inseram <sup>26</sup>. Ha-  
rum literarum exemplum vidi in quodam libello P. Francisci  
Palmii, bonae memoriae, in collegio Bononiensi, in quo libello  
aliquot literae b. Patris nostri extabant. 15

13. Resignationem animi et indifferentiam, ut ipse habe-  
bat adversus Deum, ita in hominibus Societatis similem exop-  
tabat erga superiores ; quod intellexi ex variis, et ex uno facto  
meo cognovi postea, P. Sebastiani Romaei relatione, placuisse  
nimirum beato Patri : quod, cum me vocasset ad e anno 20  
1553, et mihi proponeret tria loca, ad quorum aliquem desi-  
gnabat me mittere, optaret autem, ut aiebat, se prius cogno-  
scere propensionem meam, moneretque proinde ut libere effer-  
rem quid et quo me impelli sentirem, ego vero, cum nullam  
prorsus haberem inclinationem nisi ad parendum ; cum ali- 25  
quoties animasset ut exprimerem, vel aliquod saltem darem  
indicium propensionis, quam sentirem, ego autem semper  
responderem, quod non possem revera aliud dicere, quam vere  
me non posse aliud in me animadvertere aut sentire, quam me  
paratum esse ad omnem locum et ad omnem obedientiam, 30  
etiamsi mihi moriendum foret ; ipse me benigne dimisit, et  
alicui postea indicavit placuisse illi in me hanc indifferentiam  
et resignationem ; sicut idem P. Romaeus retulit mihi aliquot  
post annos ex aliqua occasione. Libenter tamen sequebatur  
sanctus Pater, salva resignatione et obedientia, subditorum 35

1 miranda] mira || 5 qui ob] qua ob || 20 quod om. || 34 annos] annis

<sup>25</sup> De modo loquendi S. Ignatii v. FN, II, 412.

<sup>26</sup> De cura adhibita ab Ignatio in litteris scribendis, v. RRB., *Dichos y hechos*, V, n. 83, FN, II, 494. Vide etiam Ignatii epistolam ad B. Fa-  
brum, datam Roma 10 dec. 1542, MI, *Epp.*, I, 237.

repraesentat<sup>20</sup>. Statua vero illa facta ex gypso, quae solebat interdum exponi in collegio Romano tempore renovationis votorum, de qua R. V. mentionem facit, multum accedit ad  
<sup>70</sup> b. Patris nostri vultum<sup>21</sup>. Cum die quodam post prandium versarer hora quietis pomeridianae cum P. N. Everardo Mercuriano et Assistantibus aliisque senioribus, frater noster Ludovicus Iappy<sup>22</sup>, exploraturus si forte memoriam retinerem vultus Patris nostri, cum illam ipsam adaptasset statuam in  
<sup>75</sup> cubiculo ianitoris, ut ad instar Patris alicuius quiescentis super lectulo videretur, amicta veste talari et cum pileo quadrato, de industria me evocavit dicens, nobilem quendam me expectare prope portam. Descendi ut hominem convenirem. Ludovicus autem ait iacere eum in cubiculo ianitoris ob debilitatem.  
<sup>80</sup> Ingredior, et ex ipso limine statuam conspicatus : — Ah, aio, P. Ignatius, P. Ignatius ! — Qua inclamatione et admiratione argumentum fecerunt per coniecturam, quod omnium maxime effigies illa congrueret.

Sed, ut dixit mihi, tempore congregationis ultimae<sup>23</sup>,  
<sup>85</sup> venerandus D. Philippus Nerijs piaae memoriae<sup>24</sup>, Praefectus Oratorii, quia vultus b. Patris illius supernaturali quodam splendore erat aspersus, nulla prorsus effigies effingi potest arte pictoria, quae vere illum repraesentet. Pater Mutius Vitelleschi erat mihi socius quando visitavi D. Philippum Nerium, et scripsit ad me se optime meminisse eorum, quae tum  
<sup>90</sup> dixit beatus ille vir Philippus. Et haec quidem ad postulata.

Venio modo ad sextum epistolae vestrae caput, hoc est, ad eius documenta et exempla quae nobis reliquit.

11. Admirandus erat in sermone ; nam ille gravis erat,  
<sup>95</sup> non incitatus, non praeceps, non inanis, sed solidus et efficax, ac viri denique vere sancti. Non audiebatur quicquam illi excidere casu et ex improvviso ; sed os illud beatum semper seria et praemeditata proferebat ; proinde ab ipso nemo recebat nisi bene consolatus, instructus salutari consilio et con-

72 *post* aliisque *add.* aliis || 82 *fecerunt* *corr. ex* *sumpserunt* || *per coniecturam* et *coniecturam* || 91 Et haec - postulata *ponitur post* illum repraesentet *lin. 88*

<sup>20</sup> Imago depicta a Jacopino del Conte, ipso die obitus S. Ignatii, de qua praecipue TV, II/1, 353-358 ; FN, I, 770<sup>18</sup>.

<sup>21</sup> Cf. FN, I, 770<sup>19</sup> ; AHSI, 12 (1943) 119-134, praecipue pp. 130-131.

<sup>22</sup> Cf. sup. annot. 15.

<sup>23</sup> Congregatio Generalis V : 13 nov. 1593 ad 18 ian. 1594.

<sup>24</sup> S. Philippus Nerijs (1515-1595).

tentus, sive obtineret quod intendebat, sive non ; quia beato 100  
viro miranda inerat dicendi gratia <sup>25</sup>.

12. Neque minus decori et nitoris in sermonibus scriptis  
servabat, praesertim quando ad viros graves scribebat ; atque  
idem decorum a filiis servari desiderabat et exigebat. Memini 5  
me vidisse epistolam ad quendam qui, ob literas ad ipsum  
scriptas, gravi admonitione illum feriebat, quod lituris et  
vitiis maculatas misisset. Ego, inquit, hac nocte expedio  
triginta circiter epistolas, quarum nulla est, quam semel et  
iterum non recognoverim ; quas autem manu mea scripsi et 10  
scribere soleo ad viros graves, et quibus deferre debeo, bis  
aliquando ac etiam ter rescribo, ne lituris aut vitiis eas asper-  
gam, vel inconcinne incongruenterque aliquid inseram <sup>26</sup>. Ha-  
rum literarum exemplum vidi in quodam libello P. Francisci  
Palmii, bonae memoriae, in collegio Bononiensi, in quo libello  
aliquot literae b. Patris nostri extabant. 15

13. Resignationem animi et indifferentiam, ut ipse habe-  
bat adversus Deum, ita in hominibus Societatis similem exop-  
tabat erga superiores ; quod intellexi ex variis, et ex uno facto  
meo cognovi postea, P. Sebastiani Romaei relatione, placuisse  
nimirum beato Patri : quod, cum me vocasset ad e anno 20  
1553, et mihi proponeret tria loca, ad quorum aliquem desi-  
gnabat me mittere, optaret autem, ut aiebat, se prius cogno-  
scere propensionem meam, moneretque proinde ut libere effer-  
rem quid et quo me impelli sentirem, ego vero, cum nullam  
prorsus haberem inclinationem nisi ad parendum ; cum ali- 25  
quoties animasset ut exprimerem, vel aliquod saltem darem  
indicium propensionis, quam sentirem, ego autem semper  
responderem, quod non possem revera aliud dicere, quam vere  
me non posse aliud in me animadvertere aut sentire, quam me  
paratum esse ad omnem locum et ad omnem obedientiam, 30  
etiamsi mihi moriendum foret ; ipse me benigne dimisit, et  
alicui postea indicavit placuisse illi in me hanc indifferentiam  
et resignationem ; sicut idem P. Romaeus retulit mihi aliquot  
post annos ex aliqua occasione. Libenter tamen sequebatur  
sanctus Pater, salva resignatione et obedientia, subditorum 35

1 miranda] mira || 5 qui ob] qua ob || 20 quod om. || 34 annos] annis

<sup>25</sup> De modo loquendi S. Ignatii v. FN, II, 412.

<sup>26</sup> De cura adhibita ab Ignatio in litteris scribendis, v. RIB., *Dichos y hechos*, V, n. 83, FN, II, 494. Vide etiam Ignatii epistolam ad B. Fa-  
brum, datam Roma 10 dec. 1542, MI, *Epp.*, I, 237.

propen-[32v]sionem, et gaudebat quando ea se conformabat cum sua: dicebat etenim quod ea ratione gubernatio personarum melius cederet, essetque omnium suavissima<sup>27</sup>.

14. Cum initio administrationis collegii Romani<sup>28</sup> sentirem in me reviviscere passionem irae veterem, quam subditus et non superior vix unquam senseram, et extinctam, quae tantum erat consopita, ducebam, afferret autem illa mihi novam ex non expectata inordinatione molestiam, recurri ad b. Patrem pro consilio et auxilio. Ipse animavit me ad  
45 pugnam, dicens iram moderatam esse ad bene gubernandum valde utilem, si ratione ac Dei timore temperetur; proinde tantum curarem illam frenare ac reprimere, ut non erumperet foras; de caetero non essem multum sollicitus.

15. Audiui non semel beatam illam animam dixisse  
50 exoptare se ut homines Societatis ita comparati essent ut, ad instar angelorum, se totos, et qua possent caritate ac studio, impenderent curandae saluti et profectui proximorum, et ut nihilominus servarent se omnino immobiles ac constantes, nullam ob rem incidentem turbando seipsos; sicuti angeli,  
55 in quos nulla adit passio aut perturbatio, licet nihil omittant, quod possint et debeant ad auxilium et profectum nostrum spiritualem, serenitatem tamen summam in se servant semper, videntes faciem Patris coelestis, semperque eo perfruentes absque ulla sui inordinatione seu perturbatione<sup>29</sup>.

60 16. Dicebat nihil nobis esse agendum alicuius momenti, quin prius per peculiarem recursum ad Deum, et saltem brevem mentis elevationem, a Deo consilium implorarem, sicuti a Patre optimo et sapientissimo, collocando in eo totam nostram fiduciam; quo facto, et audito quid in nobis locutus  
65 sit Dominus, faciendum quod docemur.

17. Cum quidam de nostris, cuius nomen mihi excidit, apud ipsum quereretur, quod ab externis, qui eum crebro vocabant ad portam, impediretur a coniunctione interiore cum Deo, ac multum distraheretur animo, respondit: — Qui ad  
70 te pro auxilio seu consolatione spirituali accedunt, magna eos caritate excipe; sed praemitte semper, postquam vocatus

38 cederet] caderet

<sup>27</sup> *Memoriale*, nn. 114-117, FN, I, 593-597; n. 337, ib. pp. 716-717.

<sup>28</sup> Manareus fuit Rector collegii Romani a. 1553 usque ad finem sequentis anni 1554. FN, I, 602<sup>48</sup>.

<sup>29</sup> Cf. RRB. *Dichos y hechos*, I, n. 24, FN, II, 476; eiusdem *Collectanea*, n. 23, ib. p. 419.

es, vel inter eundum, orationem aliquam iaculatoriam, rogans Deum ut animam illam per te dignetur iuvare, atque deinceps omnes cogitationes et sermones tuos eo confer, ut accedentem iuves in spiritu, et non distraheris inutiliter, sed proficies magis. Quod si te non ita coniunctum cum Deo senseris ut ante et ut in quiete, non sis propterea anxius, quia distractio illa non erit tibi detrimento, quæ propter Dei gloriam suscipitur. Sin accedant ut referant nova, vel ut colloquantur de rebus non utilibus, prudenteringere illis sermonem de morte, de peccati enormitate, de Dei offensione, de iudicio, de inferno, de examine conscientiae et confessione, etc., et quotiescunque ad te revertentur, de talibus age: qui iuvare volunt, redibunt ad te ut proficiant; si nollent iuvare, sinent te in pace, nec redibunt amplius aut molesti erunt —.

18. Volebat ut nos omnes frequenter lectitarem libros spirituales, sed cum affectu et devotione, tum ad accendendum affectum et devotionem promovendam, tum ut prompti evaderemus ad promendos sermones spirituales, potius quam ad doctrinam vel fundendam, vel ostentandam; et exemplo nos quidem suo docebat; nam in cubiculo suo secretiori ordinarie super mensam alios libros non habebat quam Novum Testamentum et Thomam de Kempis, quem solebat appellare perdicem librorum spiritualium.

19. Commendata habebat valde et commendata esse filiis, praesertim superioribus, volebat 3, quæ ad disciplinam externam et ad decorum religiosum valde pertinent, nimirum: munditiam domus universae ac vestium<sup>30</sup>, silentium, et denique clausuram<sup>30a</sup>; quæ indicia esse dicebat in domo religiosa, quod in ea vigeret bona disciplina. Munditiei porro tam studiosus erat, ut non raro visitaret ipsemet cubicula, considerans an lectuli essent concinne strati, libri super mensam bene compositi, cubiculum bene versum. Neque patiebatur quicquam apparere, quod non esset debito loco repositum, ut vittam nocturnam pone cervical, ut non appareret; scopas non alibi quam sub lectica, seu lecti fulcro, vel in aliquo angulo obscuro; candelabrum, calceos, ut non apparerent, nisi curiosius inspicientibus. Silentium ita colebat ut, extra horam quietis seu recreationis post cibum sumptum, non pateretur

77 ut ex *AA.SS.* om. M. || 82 de inferno om.

<sup>30</sup> Cf. Palmii autobiographiam, nn. 3, 4, supra, pp. 157-159.

<sup>30a</sup> Cf. relationem P. Petri Martín, infra MON. 34, p. 596.

10 colloquia haberi. Strepitum vocis sive sermonem altiore si  
audiebat, aut strepitum maiorem aequo vehementius ambu-  
lantis, vel de gradibus descendens, statim, aperto ostio,  
vocabat delinquentem et officii monebat. Hinc frequens erat  
poenitentia a Ministro iniuncta, quod non usi essemus voce  
15 bassa seu depressa, aut quod immoderatus per ambulacra  
ambulasset, aut ianuas cubiculorum clausissemus<sup>31</sup>. Quod  
attinet ad clausuram, non ferebat ut porta maneret vel ad  
minimum tempus aperta, quando non erat necesse, neque  
patiebatur claves ex ostio serave pendere<sup>32</sup>.

20 20. Ad bene conversandum cum proximis dicebat uten-  
dum esse arte discreta ac religiosa; ut scilicet initio accom-  
modaremus sermones et actiones ad ipsorum ingenium, vel  
ad ea quae tractant quando ad eos accedimus, ac tandem  
perduceremus eos ad rem nobis propositam, id est, ad bonum  
25 animae et salutis ipsorum<sup>33</sup>. [33]

21. Magnam curam habebat bonae disciplinae et ordinis  
constantis officiorum. Ob eam causam, quamvis occupatissi-  
mus alioqui esset et valetudine male affecta, volebat tamen  
Ministram domus quotidie referre ad se quicquid eo die ali-  
30 cuius momenti accidisset, et in diem sequentem mandata  
accipere. Proinde oeconomia et disciplina pulchro semper  
ordine procedebat, et eius exemplo usus et regula ubique  
obtinuit, ut Ministrum Rector quotidie accersat ad se<sup>34</sup>.

22. Magnificiebat valde subordinationem. Exemplo sit:  
35 Cum semel, ex officio Rectoris, praesens fratres nostros studio-  
sos ad portam disponerem ac combinarem ut debito ordine  
et serie irent de more ad concionem quae habebatur in domo  
professa, quidam Pater, fretus sua prudentia, auctoritate et  
b. Patris nostri erga se benevolentia (cum forte adesset), man-  
40 davit uni ex studiosis nostris ut, antequam egrederetur, iret  
purgatum calceos suos. Ego, dissimulans, mandavi absque  
mora ut omnes procederent. Ille, quia viderat me audisse  
monitionem suam Fratri factam, retulit Patri rem ut acciderat.  
Sanctus autem vir paterne illum docuit, habendam fuisse ratio-

<sup>31</sup> Vide regulam *De silentio observando*, MI, *Reg.*, pp. 192-194, et  
in eodem vol. Indicem sub voce "Silentium".

<sup>32</sup> Vide *Regulas Communes* ann. 1553, MI, *Reg.*, p. 288, n. 2; cf.  
ibid., pp. 136, 162, 167, 224.

<sup>33</sup> De modo loquendi cum proximis cf. RIB. *Collectanea*, FN, II,  
420-421; *Vita*, l. V, cap. 11.

<sup>34</sup> Vide regulas ann. 1553-1554, MI, *Reg.*, p. 376, n. 14.



nem subordinationis, et debuisse sinere eum, qui praeerat 45 collegio, libere praestare officium suum.

23. Non ferebat etiam quicquam de novo induci in usum, quamvis bonum esset, absque suo, vel eius, qui praeerat, consensu : hunc respectum videlicet habendum censebat erga superiorem. Pater Martinus Olavius, vir gravis, pius et doctissimus 50 illique gratissimus, licet Superintendens esset collegii<sup>35</sup>, quia praeter morem mandaverat ut lectio Breviarii Romani (quod a cardinale Sanctae Crucis auctoritate apostolica fuerat confectum, et quo Societas ordinarie utebatur) legeretur ad mensam<sup>36</sup>, quia ut plurimum continebat historiam de sancto 55 occurrente, reprehensus est ab eo, et reprehendi curavit publice inter coenandum, misso ad hoc officium illi praestandum quodam Fratre ex domo professa, cui nomen erat Antonius Rion, qui acer et lepidus erat in dandis publicis reprehensionibus. Haec porro reprehensio non tantum profuit ad disciplinam melius servandam, sed nos omnes, qui aderamus, valde aedificavit in Domino insignis humilitas ac tranquillitas Patris Olavii, viri talis. Non improbabat autem b. Pater noster rem ipsam, quia eam voluit retineri et continuari, continuataque fuit lectio 3<sup>ae</sup> eius lectionis, donec reformatum martyrologium 60 illi successit ; sed reprehendebat sanctus Pater quod res bona non fuisset bene et debito ordine facta.

Similiter P. Antonius Sodovilla<sup>37</sup> secreta quaedam conventicula invexerat in collegium, in quibus illi, qui in eis versabantur, variis mortificationum generibus exercebantur noctu 70 postquam omnes incubuerant. Ego, cum id subodoratus essem, finxi me affici ad huiusmodi exercitationem, ac desiderare interesse conventui : gavisus sunt collegae illi, quod a sua parte Rectorem haberent, sperantes quod hac occasione et eius exemplo uberius staret exercitationis fructus. Interfui, exploravi singula ; atque, ut penitus omnia cernerem, me cum 75 ipsis exercui. Die insequenti rem detuli ad Patrem nostrum. Ipse iussit illum Patrem facere disciplinam publicam, ac con-

50 plus] et prudens add. || 51 gratissimus] carissimus || 65 3<sup>ae</sup>] tertia || 68 Soldevilla

<sup>35</sup> FN, I, 561, 714.

<sup>36</sup> Indicatur Breviarium a cardinali Francisco de Quiñones, titulo Sanctae Crucis, concinnatus. De eo v. MI, *Reg.*, p. 69<sup>1</sup>. Eius lectio praescripta fuit in regulis conimbricensibus ann. 1545-1546. In regulis promulgatis ann. 1553-1554 praecipitur iam lectio martyrologii. Ib. p. 349.

<sup>37</sup> Antonius Soldevilla, de quo FN, I, 557-559.

festim misit eum Neapolim; nam quidam de eo sodalitis,  
 80 Petrus Sylvius, theologiae studiosus, magnae spei adolescens,  
 inciderat in phrenesim ob nimis assiduam rerum coelestium  
 meditationem, ut credebatur, et parum abfuit quin multi simi-  
 liter laederentur<sup>38</sup>. Sed dissipatione sodaliti omnes moniti  
 sunt ut, superiore vel patre spirituali non conscio, nihil aggre-  
 85 derentur aut inducerent novi.

24. Noverat uti cum subditis magna moderatione, ac  
 mira prudentia addebat illis animum ubi oportebat. Quando  
 me misit Lauretum ut collegium ducerem et praeessem, daret  
 autem ipse mihi tantum instructiones, quibus cognoscerem  
 90 quomodo me gerere deberem cum domino gubernatore loci,  
 canonicis aliisque externis<sup>39</sup>, petii quas regulas servarem;  
 nam (aio) collegii Romani regulae<sup>40</sup> collegio illi non conve-  
 nient, nisi perpaucae, ob loci sancti et concursus peregrinorum  
 circumstantias. Similiter, quae sunt domus professae, vix etiam  
 95 servari poterunt. Ad haec respondit: — Oliveri, facias sicut  
 tu vidisti et ut unctio docebit te; accommoda regulas loco  
 ut poteris —. Petii de personis, quas adiungebat, quas in  
 quae officia distribuerem. Iterum paucis verbis respondit:  
 — Para, Oliveri, vestes secundum pannum quem habes; sed,  
 100 quomodo egeris et distribueris, doce —.

25. Accidit autem semel, ut aliquid contra mandatum  
 ipsius, litteris acceptum, facerem. Significavi porro me ita  
 fecisse, quod illum proposuissem mihi praesentem ob oculos,  
 et visus mihi fuisset audire ipsum dicentem: — Fac sicut  
 5 tu mente concepisti; nam etsi ego coram essem, ut sic face-  
 res mandarem —. Ipse vero rem ita est interpretatus, ut  
 rescriberet me ex ipsius voluntate fecisse. — Homo dat (in-  
 quit) officium, sed Deus dat discretionem. Volo, ut de caetero  
 absque scrupulo agas, ut iudicabis ex rerum circumstantiis  
 10 esse faciendum, non obstantibus regulis et ordinationibus —.

26. Habuit semper magnam rationem aedificationis. Hinc  
 cum eundem mihi esset Lauretum, in officium rectoratus mihi  
 succedens P. Sebastianus Romaei, illi valde carus ob virtutem  
 et prudentiam, misit ad septem ecclesias aliquot Patres cum

1 Accedit || 5 nam et ego, si coram esse, ut sic faceres mandarem || 8 sed Dei est dare discretionem || 13 Romaeus || 14 misit mecum *add.*

<sup>38</sup> Cf. FN, I, 558, 71 \*.

<sup>39</sup> MI, *Epp.*, VIII, 89-92.

<sup>40</sup> Regulas collegii Romani, anno 1551 factas, v. in MI, *Reg.*, 246-275.

lagena vini et pane ad refocillandum vires, si opus esset <sup>41</sup>. 15  
 Id resciscens b. Pater, postquam Lauretum abivissem, dedit  
 poenitentiam omnibus qui peregrinati fuerant, quod res, aie-  
 bat, esset mali exempli, ac minime conveniens Societatis reli-  
 giosis. Addebat, quod argumentum id esset devotionis tenuio-  
 ris, cum omnes peregrini belle valeremus, mandavitque ut de 20  
 caetero nihil huiusmodi admitteretur. [33v]

27. Hunc spiritum dicebat se desiderare in hominibus  
 Societatis, sicuti revera illi maxime proprium erat, ut non  
 haberent minus devotionis in quibusvis operibus caritatis et  
 officiis, quam in oratione et meditatione; quandoquidem nihil 25  
 facere omnino nos doceret, nisi pro amore et servitio Dei, et  
 ad eius gloriam et honorem.

28. Quamvis (inquiebat) oblectare nos soleant omnia quae  
 sentimus nos facere ad Dei gloriam et honorem, iuvat tamen  
 ut impensius etiam delectemur, quando ea nobis ab obedi- 30  
 entia imperantur; quia tunc certi sumus quod ea rectissime  
 tendant ad Dei honorem et servitium.

29. De obedientia crebro inculcabat, quod ea quae ex  
 sola voluntate profluit, non sit perfecta, nisi adiunctam habeat  
 iudicii submissionem ac conformitatem; adeo ut qui in Socie- 35  
 tate non conformat iudicium suum cum iudicio superioris,  
 altero tantum pede sit in Societate, et ideo valde pronus ad  
 casum <sup>42</sup>.

30. Paupertatem adeo colebat in domo professa, ut, cum  
 aegroti nonnulli de eadem domo opus haberent quodam genere 40  
 vini, quod in collegio habebamus, non passus fuerit eam domum  
 a nobis amphoram unam accipere, nisi tantundem de suo  
 redderet, quod aliquoties sum expertus.

31. Metiebatur porro perfectionem paupertatis in vestitu,  
 non ex panni vilitate, sed ex duratione et mediocri bonitate; 45  
 propterea passus est, me Rectore, ut pannus romanensis, quo  
 uno tunc utebamur magno dispendio valetudinis et rei (quia  
 attritus nulli usui serviebat; integer vero tam gravis erat,  
 ut nos conficeret), cum alio mutaretur. Consensit, inquam, ut  
 ex Flandria pannus, nomine ultrafinus, qui mediocris est et 50

16 post abivissem del. denique || 50 pannus nominatus ultrafinus

<sup>41</sup> Factum narratur in *Memoriali* n. 218, I, 654-655. Inde scimus  
 illud locum habuisse die 8 februarii 1555. P. Sebastianus Romei fuit  
 Rector collegii Romani annis 1554-1568. Cf. PC, II, 578, 684.

<sup>42</sup> Cf. FN, I, 567, 681.

durabilis, et attritus utilis ad resarciendum, peteretur, quod factum est; et d[e]inceps mercator, quo utebatur, ipso et simili suam officinam instruxit.

32. Caritas fuit illi insignis, et cum insigni prudentia coniuncta; licet etenim ex eleemosynis victitaret cum tota familia, resciscens tamen aliquando personas, honesto loco natas, in Urbe magna premi rei familiaris inopia, nec audere prae pudore eleemosynam petere; ut necessitati et pudori vir sapientissimus consulere, ipsis committebat aliquid officii, ut eius occasione, tanquam laboris et industriae mercedem, eleemosynam bonam acciperent. Sic enim eleemosynam, mercedis pallio convestitam, minore verecundia ab ipso accipiebant. Novi duos vel tres, quibus similiter opitulatus est, et quendam eorum accepisse non semel quinquagenos aureos.

33. Fiduciam in Deum habuit permagnam; propterea, ubi usus veniebat, nihil praetermittebat quod necessarium iudicabat, licet impensae forent magnae et facultates pertenues. Rem declaro exemplo: Iusserat Pater sanctus, cum in collegio duodetriginta essemus, ut pararentur cubicula et supellex omnis generis ad augendum numerum collegialium usque ad 100<sup>um</sup>, cum nulla esset vel domi vel in collegio pecunia praeter quinque coronatos, et illos non legitimi ponderis, quos P. Ioannes Polancus, cui commissa erat cura pecuniaria, pro collegio et fabrica asservabat. Hos mihi dare voluit, asserens se nihil praeterea penitus habere domi repositum. Ego cernens multa extrui domi, in collegio, ad S. Balbinam, quae vinea est collegii, pudeat me eos accipere. Dedimus uterque operam ut obsequeremur, ille colligendo pecuniam, ego ex mutuo parandae suppellectili ac sustentando collegio. Venit interea beatus Pater, visurus quomodo collegium venturis fratribus esset accommodatum. Vidit in eo paratum magnum cubiculum, fulcris lectorum ac sedibus mensisque instructum. Omnia ut perpendit, conversus ad P. Polancum, dixit: — Hem! magister Polance; ergo hic Fratres nostri collocabuntur? Ergo exponentur iniuriis hyemis instantis? Ubi est tabulatum? Degent fratres immediate sub tegulis et tecto? — Atqui, respondet P. Polancus: — Non est, Reverende Pater, pecunia, neque amplius mutuo invenimus. — Fiat, respondit, Polance, tabulatum, nec sine fratres hic dormiant; Deus providebit famulis suis. — Erat autem domus conductitia; voluit

66 usuveniebat || 80 venturis *corr. ex* futuris

tamen fieri. Paruit P. Ioannes Polancus, quia urgebat Patris verbum, et experientia saepe docuerat, nihil ipsum temere mandare; et ecce, altero die, cum P. Polancus concederet ad amicos et trapezitas, ut pecunias mutuo vel ad interesse acciperet, quidam archidiaconus hispanus ex Navarra, Mondragón nomine <sup>95</sup> <sup>43</sup>, mihi probe notus, occurrit, rogans P. Polancum ut quingentos aureos acciperet, restituendos paulatim quando egeret. Item quidam procurator ordinis D. Hieronymi, lusitanus, multo maiorem summam attulit, similiter deposito, restituendam paulatim, sed ut liceret ea uti. Hae autem summae pecuniae non ita diu postea piorum eleemosynis restitutae sunt, et persolutum precibus et meritis, ut putavimus, b. Patris, omne aes alienum, et succursum omni necessitati praesenti.

34. Sub idem tempus P. Guido Roiletius, collegii Germanici (cuius Pater noster promotor vel potius auctor fuerat) Rector <sup>5</sup> <sup>44</sup>, cum premeretur aere alieno gravi, ad Patrem beatum accessit, opem imploraturus; huic enim collegio, corrasis [34] hinc inde eleemosynis, b. Pater prospiciebat, licet domus professa, quae eleemosynis vivit, valde numerosa esset, et collegium magno etiam aere pressum. Instabat autem tum dies Natalis Domini. Beatus igitur Pater noster, audiens Roiletium ex angustia cordis causam suam dicentem, subridens interrogavit: — Habebuntne, magister Guido, alumni germanici aliquid recreationis diebus natalitiis? — Oh, Pater! inquit; vix panem habebunt; nam pistor nihil amplius vult subministrare. — Bono, ait, esto animo: Deus aderit. Eme interim alumnis aliquot haedos, et aliquid praeterea in recreationem adolescentum, et sine Deum agere —. Erectum et consolatum dimisit a se virum; et ecce postridie Iulius <sup>10</sup> <sup>3<sup>us</sup></sup> Pontifex misit Patri nostro 500 aureos, quos distribuit in collegium Romanum et Germanicum. <sup>15</sup> <sup>20</sup>

35. Prudentia et consilio valebat plurimum, mirabanturque passim omnes eius promptitudinem et solertiam in dandis consiliis ad omnia quae illi proponebantur, aut quae in <sup>25</sup> deliberationem veniebant, de rebus licet difficillimis quaestio esset.

<sup>43</sup> Ioannes de Mondragón, Societatis amicus, de quo dicitur in epistula quadam: « que viene cada día al collegio de la Compagnía ». EM, V, 142; cf. MI, *Epp.*, VII, 711; X, 78, 621; XII, 288; EM, IV, 387.

<sup>44</sup> De P. Roillet vide Mon. 12, supra, p. 253<sup>4</sup>.

36. Audivi saepe, et nominatim ex Patre nostro Laynez intellexi, ipsum valde fuisse sedulum circa examen etiam  
 30 particulare, ac contulisse diligenter examen cum examine, tempus cum tempore, hebdomadam cum hebdomada; tam videlicet studiosus erat sui profectus spiritualis <sup>45</sup>.

37. Semper fere erat in Deum intentus, licet aliud agere interdum videretur. Vidi illum persaepe ambulans in horto,  
 35 et inter ambulandum gressum figere aliquamdiu, et in coelum oculos attollere meditabundum. Addebat P. Laynez, saepe etiam in die ipsum lacrymari fuisse solitum, et habuisse tam liberum dominium in partem animae inferiorem, ut vix motus naturales sentiret.

38. Cum Parisiis semina iaceret futurae Societatis, ut a  
 40 Patribus fide dignis cognovi, diebus festis et dominicis solebat se conferre ad templum beatæ Virginis, quæ a Campis nomen habet, in suburbiis S. Germani, locum abstractum et solitarium, sed devotum, et olim celebrem <sup>46</sup>, ut cum sociis  
 45 orationi vacaret, et sacrosancto corpore Christi commodius se reficeret. Haec traditio tam constans mansit inter nostros qui Lutetiae agebant, ut saepe locum visitaremus in memoriam Patris nostri et sociorum, et ut spiritum hauriremus in loco, in quo beati illi Patres spiritus primitias acceperant. Confe-  
 50 rebant se nihilominus etiam nostri interdum ad Montem Martyrum, ubi D. Dionysius cum sociis capite truncatus fuerat pro Christi testimonio. In eo templo vota castitatis et paupertatis Pater noster cum sociis Deo nuncupaverat et hæc subinde renovabant. In altero illo templo ediderant vota iero-  
 55 solymitanæ peregrinationis et obedientiæ præstandæ Pontifici circa missiones <sup>47</sup>. Extra templum SS. Martyrum illorum, in fodina quadam, ex qua saxa ad gypsum parandum eruuntur, audiavi b. Patrem nostrum non semel pernoctasse in oratione.

<sup>45</sup> *Lain.*, FN, I, 140. Cf. *Memoriale*, ib. 542.

<sup>46</sup> Templum gallice nuncupatum Notre-Dame-des-Champs, prope Carthusiam, unum e tribus templis a S. Dionysio Lutetiae exstructis. Ibi Sanctus captus est et in Montem Martyrum deductus ut martyrium subiret. ROCHEGUDE, Marquis de—DUMOLIN, Maurice, *Guide pratique à travers le vieux Paris* (Paris, [1935] <sup>9</sup>), p. 386.

<sup>47</sup> Error manifestus Manarei. Constat enim ex aliis fontibus primos patres tum votum paupertatis et castitatis, tum votum peregrinationis Hierosolymitanæ nuncupavisse anno 1534 et sequentibus annis renovasse in sacello ad Montem Martyrum posito. Cf. ex. gr. RODRIGUES, *Commentarium*, n. 15, supra, p. 24; FX, 203 <sup>2</sup>.

39. Libenter habebat ut superiores locales essent impor- 60  
tuni in iis quæ iudicabant locis, quibus præerant, bene con-  
stituendis esse necessaria vel valde utilia, verbi gratia, in  
petendis pluribus personis, vel magis sufficientibus; quia eam  
importunitatem tribuebat necessariae providentiae et sollici-  
tudini eorum qui præerant. Excusantibus se per verecundiam 65  
ac reverentiam, quod importunius agerent, animum submini-  
strabat, dicens non esse timendum, quod ea instantia indi-  
caret superiorem attendere officio suo; solebatque tales vocare  
angelos locorum, ut: angelum tyburtinum, angelum senensem  
etc., quod ad instar angelorum instarent pro auxilio. 70

40. Volebat ea quæ in rebus, præcipue divinis, gereban-  
tur, concinne et accurate geri, exempli causa: cum officia heb-  
domadae sanctae in templo nostro celebrarentur, volebat,  
retento more nostro, optime celebrari; proinde, antequam  
inchoarentur, advocabat ad se eos, qui operam eis dare debe- 75  
bant, et semel atque iterum audiebat, omnia diligenter consi-  
derando, ut corrigeret, si quid non satis apte geri videret.

41. Quando nostros aliquo missurus erat, volebat ut ad  
iter instructi cum galeris, scipionibus, palliolis, sibi se siste-  
rent pridie, ut cerneret an aliquid iis deesset; quod saepe 80  
fieri vidi.

Haec, carissime frater, a te invitatus, ex scrinio memoriae  
deprompsi, quæ olim vel audivi, vel notavi de b. Patris nostri  
virtutibus et documentis; quæ, etsi maiori ex parte P. Riba-  
deneyra attigit, non tamen tam explicate omnia. Velim boni 85  
ea consulas, et condones negligentiae meae innumera alia,  
quæ potuissem ac debuisssem notare, quæ iam memoria peni-  
tus exciderunt; et sancti viri meritis tribuo ac tuis precibus,  
quod hæc pauca memoria subministrarit.

Deus te servet incolumem, ac mei in precibus memorem. 90

*Attestatio autographa: Oliverius Manareus collegit*

---

91 collegit om.

## 24

DE S. IGNATII IMAGINIBUS  
QUINQUE PATRUM FLANDRORUM IUDICIUM

1598-1601

*Praefatio*

I. - EDIMUS in unum locum collectas epistulas illustrantes historiam imaginis S. Ignatii quae Bruxellis servatur. Ex his plurimae editae sunt iam in vol. *Scripta de S. Ignatio*, II (epp. nn. 7-15), aliae ineditae manserunt. Huiusmodi sunt omnes responsiones P. Claudii Aquaviva, Praepositi Generalis, necnon epistulae duae a P. Oliverio Manareo missae ad P. Assistentem Germaniae et ad ipsum P. Generalem (epp. nn. 1-6, 16-21).

II. - AUCTORES qui de vera effigie S. Ignatii disseruerunt indicavimus in praefatione MON. II praemissa. Data opera de imagine Bruxellensi agunt: AA. SS., Dierickx, Dudon, Espinosa Polit, Hornado, Iriarte, Stracke, locis ibidem allatis.

III. - TEXTUS inveniuntur in collectione epistularum Assistentiae Germaniae (codd. *Germ.* 178, 179, 180) et in registro epistularum Generalis ad illam Provinciam (*Fl. Belg.* I). Singularum epistularum locum indicabimus.

IV. - HISTORIA : Consilium obtinendi, quantum fieri posset, veram effigiem S. Ignatii, coniunctum videtur cum laboribus initis pro eius glorificatione. Eodem ferme tempore quo P. Generalis Claudius Aquaviva testimonia ex postulabat de S. Ignatii sanctitate<sup>1</sup>, videmus eum per epistulas commercium habere cum Patribus qui Ignatium viderant cum eo commorati fuerant, ut eorum sententiam exquireret de diversis quae circumferebantur imaginibus. Maximi momenti sunt hac in re epistulae quas edituri sumus, inter quas praecipuum obtinent locum eae quae a P. Oliverio Manareo

<sup>1</sup> Vide epistolam P. Claudii Aquaviva ad Praepositum Provinciae Romanae, 31 ianuarii 1599, *Scripta*, II, 448-449. Ipsi Patres flandri qui de S. Ignatii imagine iudicium dederunt, suum testimonium de Ignatii sanctitate miserunt. Ita Balduinus ab Angelo (*Scripta*, II, 434-435). Responsio Manarei ad Lancicii postulata, quam edimus (MON. 23), praeter scopum Societatis historicum adiuvandi, videtur posse connecti cum hoc consilio Patris Aquaviva. Notandum est in his declarationibus Patres attendere ad ea quae P. Ribadeneyra scripsit in *Vita* P. Ignatii, quae confirmant quibusque aliqua addunt. Vide ex. gr. responsionem Manarei, nn. 3, 41.



scriptae sunt, et Aquavivae responsiones. In eis apparet optatum Patris Aquaviva illorumque Patrum, possidendi imaginem Ignatii quae quam maxime ad verum accederet, ut exemplum esse posset reliquarum quae postea fierent. Quaerebatur nimirum imago officialis S. Ignatii. Dum Patres ostendunt quid sentiant de imaginibus depictis ab Alphonso Sánchez Coello et a Jacopino del Conte deque aliis ex eis deductis, aliam veriore quaerunt per varia tentamina, donec tandem voti compotes factos se esse dicunt, paratos se tamen ostendentes ad eam imaginem accipiendam quam eis P. Generalis amplectendam declararet. Apparet etiam ex his epistulis quid hac de re sentiat P. Aquaviva, qui tandem adhaerere videtur Patrum flandrorum sententiae, sperans fore ut imago tanto labore ab eis obtenta, «exemplar futura sit omnium» (ep. n. 20). Sed antequam id fieret, consilium aliorum Patrum exquirere oportebat, ideoque P. Aquaviva nihil eo tempore statuendum censuit (ibid.) Probabiliter res ulterius non processit. In subsequentibus epistulis de hac re cum Patribus eum agere non videmus. Praeterea, etsi imago ex Belgio proposita, quae nunc Bruxellis asservatur, in Italia cognita fuit et aere incisa, tamen familiaris et vulgata minime fuisse videtur, ita ut tamquam exemplum sive forma fuerit ceterarum. Dicendum est potius eam fere latuisse praecedentibus temporibus, donec scripta Bollandistarum et in nostris *Monumentis* editae epistulae, eam ab oblivione vindicarunt.

Imago quam quinque Patres tot laudibus cumularunt, ita ut teste P. Francisco Costero «nullam hactenus vidi quae verius b. Patrem repraesentet» (ep. n. 15), quamque Manareus vocat «quam possumus ex hac Provincia dare absolutissimam» (ep. n. 17), sine dubio cum ea convenit quae nunc in cubiculo Praepositi Provinciae Belgicae Septentrionalis servatur. In eius dorso habetur inscriptio flandrica lingua a Fr. Coadiutore Iacobo Van den Steen scripta, quam Bollandistae hoc pacto latine reddunt<sup>2</sup>:

«Haec imaguncula anno MDCXII. a Reverendo P. Claudio Aquaviva missa est Reverendo P. Oliverio Manareo, rogando ejus judicium, an haec recte referret nostrum beatum Patrem Ignatium. Ad quod respondit, numquam se vidisse, quae melius referret, quam illa. Quod tunc ejusdem Patris Oliverii socius attestor, Jacobus Van den Steen».

In catalogo reliquiarum et documentorum quae asservabantur in cubiculo P. Rectoris collegii Societatis Lovaniensis, post supra

<sup>2</sup> En tibi textum lingua flandrica: / Dit beeldt is ghe-/sonden a. 1612 van [den] E. P. / Claudius Aquaviva aen [den] E. P. / Oliverius Manareus versoekend / zijn aduis, oft dit wel gheleek onsen / sal. vader Ignatius, waer op by / heeft gheantwoordt, nooydt beeldt / ghesien te hebben, dar beter / gheleek als dit, d'welck ick / als doen sijnde compaignon / van den selven P. Oliverius att [eester] / Jacob Van [den] Steene. Ex DIERICKX, *Het beste* ... p. 204.

allatam inscriptionem, additur : « Effigiem hanc dictus P. Oliverius dono dedit fratri Iacobo, qui mortuus est Lovanii, et ipsius elogium habetur in Historia collegii Lovaniensis ad annum MDCLI, in fine »<sup>3</sup>.

In inscriptione superius transcripta dubium movet annus, 1612 vel fortasse 1602, quo effigies dicitur missa a P. Aquaviva ad P. Manareum. P. Dudon, eumque secuti PP. Dierickx et Espinosa Polit, putant simpliciter agi de errore, existimantes imaginem Bruxellis nunc servatam esse exemplar illud quod anno 1600 ibi retentum est<sup>4</sup>. Pater autem Stracke annum inscriptionis defendit, iudicans difficulter admitti posse errorem in verbis socii Patris Manarei. Secundum hunc auctorem, agitur de exemplari Romam misso anno 1600, quod a P. Aquaviva anno 1612 Bruxellas ad P. Manareum remissum est<sup>5</sup>.

Nostrum non est iudicium ferre de maiore vel minore fidelitate huius imaginis, nec comparisonem instituere cum aliis antiquioribus quae factae sunt. Cum vero iudicium quinque Patrum innitatur in eorum experientia et in cognitione Sancti Parentis, nonnulla de eorum vitae cursu hic subiungimus, indicantes praecipue quamdiu Romae, vivente S. Ignatio, commorati sint. Quantum fieri potest, notitias desumimus e catalogo triennali Provinciae Belgicae, facto mense octobri 1599, qui catalogus proxime accedit ad tempus quo Patrum epistolae scriptae sunt.

P. OLIVERIUS MANAREUS. Vide dicta in MON. 23, supra, p. 421.

P. FRANCISCUS COSTER (Costerus : 1532-1619). Catalogus triennalis a. 1599 haec de eo tradit : « Mechliniensis, natus 1532, 13 iunii. Admissus Coloniae anno 1552. Studia : in Societate theologiae annis tribus. Docuit in Societate 2 cursus philosophiae, theologiam annis tribus. Fuit Provincialis tribus vicibus. Rector et Superior multoties. Contionator multis annis. Sacerdos factus anno 1556 Romae. Professus 4 votorum anno 1564, 10 decembris : *Fl. Belg.* 1, f. 318. « Ultimus illorum qui cum B. P. N. familiariter vixerunt » : *Nécrologe*, p. 29. Mortuus est Bruxellis a. 1619, 6 decembris. *Ib.* Quae hic dicuntur, ex aliis fontibus complemus. Ingressus Coloniae anno 1552 (*Chron.*, II, 593); novicius Romae a. 1553 (*ib.*, III, 7); missus Romam Colonia primo vere 1553 (*ib.* 266, 284), ubi studiis theologiae fuit applicatus (*ib.* 284<sup>4</sup>; *MI, Epp.*, V, 614); destinatus Coloniam die 11 maii 1556, cum Henrico Sommalio et aliis sociis (*Chron.*, VI, 29, 416; *MI, Epp.*, XI, 362).

<sup>3</sup> Fr. Iacobus Van den Steen (1588-1651), antuerpiensis, fuit socius Manarei. *Nécrologe*, p. 68. DIERICKX, p. 204.

<sup>4</sup> Vide *epp.* nn. 14, 15.

<sup>5</sup> Praeterquam quod difficulter admitti potest error in anno a Fr. Van den Steen scripto, hoc pacto explicatur melius quod imago penes P. Manareum remanserit, quodque ipse tamquam de re sua eam tradiderit Fratri socio suo. Manareus mortuus est a. 1614.

BALDUINUS DELANGE (ab Angelo : 1535-1601). Catalogus 1599 : « Leodiensis, annorum 67 ... Romae admissus in Societatem a R.<sup>do</sup> P. N. Ignatio anno 1551, mense martii. Docuit in principio collegii Neapolitani [a. 1552] atque Romani aliquamdiu grammaticam. Deinde Romae emensus primum cursum philosophiae. Ibidem primus artium magister creatus. Inde anno 1556 missus Coloniam atque Treviros, ad initia collegiorum illorum. Professus 4 votorum anno 1569 mense septembri »: *Fl. Belg.* 9, f. 303. Sacerdos factus anno 1560, ib. f. 260. Mortuus est anno 1601, 29 decembris. *Nécrologe*, p. 16. In litteris annuis de eo dicitur : « suavissima <sup>1</sup>b. P. Ignatii consuetudine sub ipsa Societatis exordia fructus est »: Ibid. In suo testimonio de Ignatii sanctitate, dicit ipse : « ... superstite adhuc P. N., Romae fere continenter habitavi, ab anno 1551 usque ad annum 1556 ». *Scripta*, II, 434-435.

P. ELEUTHERIUS DUPONT (Pontanus : 1528-1611). Ex catalogo a. 1599 : « Insulanus (Lille), natus a. 1528. Admissus Parisiis anno 1550, mense aprili. Studia : Romae in Societate theologiae annos tres. Docuit litteras bonas Romae et Patavii sesquianno ... Magister artium Lovanii ante ingressum Societatis. Theologus laureatus Romae. Est sacerdos Romae etiam factus anno 1556. Professus 4 votorum Cameraci 1566 mense ianuario »: *Fl. Belg.* 9, f. 314v. Mortuus est Atrebatii a. 1611, 31 ian. *Nécrologe*, p. 22. In litteris annuis haec de eo dicuntur : « Varia collegia cum in Italia, tum in Gallia ac deinde in Belgio pluribus annis, spiritu quem plurimum a b. P. N. hauserat, rexit ». *Ib.* p. 22-23. Ex aliis fontibus haec complemus : Ingressus Parisiis a. 1550 (*Chron.*, II, 94); sub finem anni 1551 missus Romam (ib. 291-292); mense augusto 1552 missus Roma Patavium (MI, *Epp.*, IV, 390; *Chron.*, II, 478); 22 iulii 1553 vocatus Romam ut eo se conferat mense septembri, theologiae cursum incepturus (MI, *Epp.*, V, 208, 451, 474); ordinatus sacerdos mense septembri 1555 (ib. IX, 603); mense octobri eiusdem anni destinatus in Siciliam (ib. X, 8; *Chron.*, V, 193), ubi Rector factus est collegii Bibonensis, quod munus gerebat dum Ignatius mortuus est (MI, *Epp.*, XII, 30-32; *Chron.*, VI, 327-328).

P. HENRICUS DE SOMMAL (Sommalius : 1536-1619). E catalogo 1599 : « Dionantensis (Dinant), natus a. 1536, ingressus a. 1551, sacerdos a. 1560, professus quatuor votorum a. 1569 »: *Fl. Belg.* 9, f. 313v. Catalogus triennalis a. 1593 addit eum admissum esse Romae a. 1551 sub Ascensionem Domini (*Fl. Belg.* 9, f. 202v), dum alius catalogus dicit admissum pridie Assumptionis (ib. f. 248). Mutinam destinatus est 3 aprilis a. 1553 (MI, *Epp.*, V, 6; *Chron.*, III, 153), inde Venetias a. 1554 (*Chron.*, IV, 125) et postea Coloniam (*Chron.*, VI, 29), cum nondum esset sacerdos (*Quadrimestres*, IV, 551). Mortuus est Valencenis, a. 1619, 31 martii. *Nécrologe*, p. 3.

V. - RATIO EDITIONIS : In editione epistularum sequimur ordinem chronologicum quo scriptae illae sunt. Epistulas non integras edimus, ubi in illis de aliis rebus ac de S. Ignatii depicta imagine fit sermo.

### Textus

1. *P. Oliverius Manareus P. Georgio Duras*, Lovanio, 20 martii 1598. Originalis. — *Germ.* 178, f. 73. Inedita.

[...] Imago quam misit P. Ribadeneira<sup>1</sup>, visa mihi nuper in manibus nescio cuius, sed non placuit; nec videtur bene repraesentare N. P., sicuti nec illa quae Romae est, ex qua exempla deduximus; quae est in caenaculo P. N.<sup>2</sup>. Iussi hic pingi exemplum ad rationem eius quam vidit R. V. in sacello; quae visa est mihi omnium optima. Hanc mittam P. N. prima opportunitate. Me commendo R. V. precibus [...]. Lovanii 20 martii 1598. *Inscriptio*, f. 73v: R<sup>o</sup> in Christo Patri P. Georgio Duras<sup>3</sup>, Societatis N. Assistenti. Romae. *Avulsum sigillum*.

2. *P. Claudius Aquaviva P. Oliverio Manareo* Bruxellas. 26 iun. 1599. — *Fl. Belg.* 1 (*Belgium. Epist. Gener. 1573-1576; 1583-1610*), p. 726. Inedita.

Gratae mihi fuerunt quas cum R. V.<sup>ae</sup> litteris 28 martii<sup>4</sup> scriptis accepi b. Ignatii P. N. imagines, quas pro suo in eum studio nostramque consolationem excudendas curavit; nec dubito quin, ut gratae nobis fuerunt, ita omnibus aliis futurae sint. [...]

3. *P. Claudius Aquaviva P. Oliverio Manareo* Bruxellas. 4 martii 1600 — *Fl. Belg.* 1, p. 761. Inedita.

[...] Accepi etiam b. P. N. imagines litteris adiunctas, gratum plane munusculum, pro quo Dominus R. V.<sup>ae</sup> retribuet.

<sup>1</sup> Imago depicta ab Alphonso Sánchez Coello, de qua v. MON. 11. De ea iterum minus laudabiliter loquitur Manareus in epist. 7, n. 2.

<sup>2</sup> Imago cuius auctor fuit Iacopinus del Conte.

<sup>3</sup> P. Georgius Duras fuit Assistens Germaniae annis 1597-1608. DUHR, I, 93<sup>1</sup>.

<sup>4</sup> Hae litterae non inveniuntur in cod. *Germ.* 178, ubi servantur aliae datae a P. Manareo hoc tempore.

4. *P. Claudius Aquaviva P. Oliverio Manareo* Bruxellas. 21 maii 1600. — *Fl. Belg. 1*, p. 763. Inedita.

Binas nunc habebam R. V.<sup>ae</sup> 24 et 30 martii scriptas<sup>5</sup>. Posterioribus adiuncta erat imago b. P. N., quae multorum iudicio ad veram effigiem accedere dicitur; non desunt tamen qui minorem alteram, cuius exemplum ad R. V.<sup>am</sup> mitti curabimus, veriore existiment. Quod si constaret, tum minime displiceret, quod ipsa scribit, eam omnibus nostris in Societate proponi, ut ad eius instar caeterae deinceps fieri curarent. [...]

5. *P. Claudius Aquaviva P. Francisco Costero* Bruxellas. 11 novembris 1600. — *Fl. Belg. 1*, p. 781. Inedita.

Quod per P. Provincialis litteras cognovimus, id ipsum R. V.<sup>ae</sup> litteris expressum libenter vidimus, eam nimirum salvam atque incolumem rediisse, et longum hoc iter sine adverso casu peregissee<sup>6</sup>. Laudetur pius Dominus ac grande hoc beneficium ad multorum salutem consolationemque diutissime conservet. De b<sup>ti</sup> P. N. imagine gratum erit, si tam certa et nativa excudatur, ut aliis deinceps exemplar esse possit<sup>7</sup>. Re vera enim sic expedit, ac nos, ut ad P. Oliverium nuper scripsimus, id magnopere optamus, verum aliquid, quoad fieri potest exprimi, quam omnes in posterum sequantur.

6. *Claudius Aquaviva Oliverio Manareo* Duacum. 25 novembris 1600 — *Fl. Belg. 1*, p. 785. Inedita.

Quamquam litterae V. R. 17 octobris responsione non indigebant, nolimus tamen tam bonam salutationis imperitiendae occasionem praetermittere simulque, ut facimus, gratias agere communi Societatis nomine, de iudicio et relatione illa de b. P. Nostro Ignatio, quae sine dubio pro eo atque par fuit placuerat. Recepimus imaginem sine pileo et cum radiis, quae et suo et R. V. nomine gratior erit. B. idem P. Ignatius

<sup>5</sup> Absunt hae litterae a codice *Germ. 179*, ubi servantur epistulae Germaniae, scriptae a. 1600, et, inter alias, epistulae Manarei ad Aquavivam.

<sup>6</sup> P. Franciscus Costerus partem habuit in 9<sup>a</sup> Congregatione Procuratorum Romae habita diebus 6-9 iunii 1600, electus a sua Provincia. Cf. *Fl. Belg. 1*, f. 740, ubi P. Aquaviva laetum se ostendebat de eius electione. Finita Congregatione in Provinciam rediit.

<sup>7</sup> Rediens in patriam Costerus imagines secum attulit S. Ignatii quas P. Aquaviva iudicio Patrum Provinciae Belgicae subicere volebat. Vide epist. 7.

nos et Societatem hanc suam protegat semper et promoveat in maius Domino aspirante, cui me precibus et sacrificiis R. V. commendatum esse cupio et peto.

7. P. Oliverius Manareus P. Claudio Aquaviva, Bruxellis, 2 decembris 1600. — *Epp. NN. 52* (codex *Vitelleschi*), f. 416. Autographa. Ed. *Scripta*, II, 489-492.

[1] Admodum R<sup>do</sup>. in Christo Pater noster, Pax Christi. Postremis suis litteris vestra R. P. mihi mandabat, ut de binis imaginibus B. P. N., quas P. Costerus ex urbe retulit <sup>8</sup>, iudicium Patrum huius Provinciae, qui aliquando beatum illum  
 5 virum viderunt, una cum meo perscriberem. Quia vero Patres valde distant a se invicem, neque licuit mihi omnes convenire, nec tutum fuit ipsas imagines ad singulos transmittere, eas mecum comportavi in imposita mihi peregrinatione, quam nudius tertius absolvi, sperans me posse plures convenire;  
 10 sed tum copia aquarum, tum excursions latrunculorum impediverunt consilium et propositum. Vidit eas P. Eleutherius Pontanus <sup>9</sup> mecum. Utriusque iudicium est, maiorem, quae est in corio depicta, nihil fere habere affine cum effigie beati Patris, os solum et nasum repraesentare easdem partes, quas  
 15 in beato Patre vidimus, minorem vero minus abesse a veritate; habet tamen faciem longiorem, qualem habere ubique solent quae desumptae sunt ex ea quae appensa est inter alias Patrum Generalium effigies, in coenaculo R. V. P. <sup>10</sup>, quae valde parum, aut nihil, beatum Patrem refert, ut iudi-  
 20 carunt Patres electores viginti tres, qui Congregationi Generali interfuere <sup>11</sup>, et viderant aliquando, plerique quidem persaepe, aliqui etiam multos annos, ipsum beatum Patrem. Non enim fuit unus eorum (nisi valde me fallat memoria),

7 *post* nec *del.* vel || 10 *tum corr. ex* vel

<sup>8</sup> Vide epist. 5.

<sup>9</sup> De P. Eleutherio Pontano v. dicta in *Praefatione*.

<sup>10</sup> Imago depicta a Iacopino del Conte. Vide epist. n. 1.

<sup>11</sup> De qua Congregatione Generali agere intendat, non clare apparet. Si agitur de Congregatione cui interfuit P. Ribadeneyra, prout infra n. 2 dicitur, intelligenda est vel Congregatio II (a. 1565) vel III (a. 1573), quibus solis Ribadeneyra praesens affuit. Numerus vero 23 Patrum electorum, qui hoc loco indicatur, non omnes complectitur Patres qui illis Congregationibus affuerunt; in secunda enim Congregatione PP. electores fuerunt 39 (*S. F. Borgia*, IV, 50), in tertia vero 47 (*ASTRAIN*, III, 4).

cui probata fuerit ipsa effigies, quod Patrem beatum nullo pacto referret.

25

[2] Inter ipsos erat P. Petrus Ribadeneira, qui, ex hoc communi Patrum iudicio permotus, conatus est meliorem dare Madriti per pictorem regium valde praestantem, ut videre est in ipsius libro 4 de vita beati Patris nostri<sup>12</sup>; sed quia non satis foeliciter, opinor, res successit, illa non est in lucem prolata. Quare et hisce annis proximis aliam edidit, quam caeteris praetulit, et eius propterea exempla aliquot huc misit. Sed neque ipse in ea scopum attigit<sup>13</sup>.

30

[3] Caput aeneum<sup>14</sup> habet multa, quae Patrem referunt, sicuti habet altera, quae est ex gipso; sed quia ipsius gipsi vi facies beati Patris demortui intumuerat, caput aereum in ipsum gipsum postea infusum, non repraesentavit omnino virum beatum; [exis]tino tamen ita accedendum ad illud, ut corrigatur exu-[416v]berantia quam tumor intulit<sup>15</sup>. Deinde oculos componendos esse ad maiorem suavitatem quam praeferat imago in corio magna, quam P. Costerus ex Urbe retulit. Demum colorem adhibendum nativum, quoad eius fieri potest.

35

40

[4] Non erat beato Patri color niger aut valde fuscus, sed neque candidus; erat medius inter nigrum et candidum, comparare semper solitus sum grano tritici pulchro et bene colorato; et aspergebatur ipse color supernaturali quodam splendore, qui miram gratiam addebat, ut oblectaret intuentem, sicuti bene notavit beatus ille vir Philippus Nerius, princeps Oratorii, sicuti retulit ipse, tempore ultimae Congregationis<sup>16</sup>, mihi et Patri Mutio Viteleschi. P. Eleutherius Pontanus, cum cerneret Romae adhuc tyro vultum V. P. N. colucentem, offendebatur, ut saepe retulit, tacitus; putabat nimirum b. P. ungere et fuco oblinire faciem suam ad gra-

50

32 huc *add. sup. lin.* || 33 *charta aliquatenus fracta* || 34 aeneum non cereum nec aereum: lectio certa etiamsi in *Scripta* II, p. 490, dicatur dubia. *Diphlogus* ae nihil differt ab ea quae habetur paulo post in pronomine quae et alibi semper. In linea 36 (n. 3) legitur clare aereum || 51-55 P. Eleutherius Pontanus - gratiam captandum in marg. sine ulla indicatione loci ubi inserenda sint haec verba

<sup>12</sup> *Vita*, lib. IV, c. 18. De modo quo imago ab Alphonso Sánchez Coello depicta fuerit v. MON. 11.

<sup>13</sup> Simile iudicium expresserat Manareus in epsit. 1.

<sup>14</sup> Lectio certa. Vide apparatus.

<sup>15</sup> P. DE LETURIA, *La «mascarilla» de S. Ignacio*, in *AHSI*, 12 (1943) 119-134 (EI, I, 461-475).

<sup>16</sup> V Congregatio Generalis habita est a 3 novembris 1593, ad 18 ianuarii 1594. S. Philippus Nerius mortuus est 26 maii 1595.

55 tiam captandam. Facies porro non erat longa, ut pingi per errorem solet, sed brevis et rotunda<sup>17</sup>.

[5] Quod multi tribuant tantopere imagini in coenaculo appensae, hoc intelligo eos facere propter auctoritatem Patris nostri Laynez, qui eam non improbavit, sed neque certe illi  
60 probata est; retinuit vero eam, quia prima exivit post mortem beati Patris; retinuit autem, quam habere tum potuit. Eadem ratio fuit Patris nostri Borgiae et Patris Mercuriani, quibus numquam probata est; eam tamen retinuerunt, quia eam a praedecessore relictam invenerunt.

65 [6] Quando vidi eam, quam R. V. P. dignata est mihi mittere, in cupro et figura ovali parva, quam frater noster Hubertus<sup>18</sup> dicebatur asservare, iudicavi omnium, quas hactenus videram, fuisse maxime propriam; sed pileus, profundius iniectus, faciem nonnihil viciabat. Quare hic curavimus  
70 exempla duo ex ea educi, unum cum pileo, quale P. Costerus in Urbem retulit, alterum absque pileo et cum radiis caput cingentibus, quod misi eodem tempore per postam<sup>19</sup>; et haec quae sine pileo erat, iudicabatur propius quam ceterae ad beati Patris effigiem accedere. Post visam eam, quam P. Costerus  
75 attulit ex Urbe, eam ita laudavi et laudo, ut de ea priore minus modo sentiam; est tamen facta, ut apparet, cum esset iunior.

[7] Haec, Reverende admodum Pater, de imaginibus submittimus reverenter iudicia nostra resolutioni quam R. P. V. faciet, et eam obviis ulnis amplexabimur quam nobis imi-

70 quale *corr.* ex qualem || 71 alterum *corr.* ex alteram || 72 quod] quem *ms.* || 73 ceterae *deletum est aramento recentiore* || 74-76 Post visam - esset iunior *in marg.*

<sup>17</sup> De figura corporis S. Ignatii v. antiquos biographos. RIBADENEYRA, *Vita*, l. IV, c. 18; MAFFEI, *Vita*, l. III, c. 15. Vide etiam relationem Ioannis Pasqual, supra, MON. 8, p. 186.

<sup>18</sup> In primis catalogis Provinciae Romanae pauca invenimus de quodam Coadiutore Leodiensi, qui nomine Huberti vocatur. Fr. Hubertus quidam Leodiensis adest inter eos qui die 5 septembris 1560 missi sunt Roma Lauretum. *Rom.* 78b, f. 17v, n. 87. Idem invenitur in catalogo huius collegii circa id tempus confecto. Ibid. f. 160. In necrologio Prov. Belgicae invenimus quendam fratrem Hubertum Jamot (alias Jamotte), ex Jemeppe (Liège) mortuum Valencenis 19 oct. 1600. PONCELET, *Nécrologe*, p. 16. De eo agi putamus hoc loco. Alius Fr. Hubertus Ketelers, Mechliniensis, reperitur in catalogis Siciliae, ingressus Messanae anno circiter 1550, munere fungens sacristae Messanae a. 1554 (*Sic.* 59, f. 56), Cataniae a. 1565 (ibid. f. 147). Sed hic Frater semper in Sicilia mansisse videtur, unde minus probabiliter ei conveniunt ea quae in nostro documento dicuntur.

<sup>19</sup> De huius adventu informabat Manareum Aquaviva in ep. 6. Ex hac epistula eruimus secundam imaginem missam esse Romam die 17 octobris.



tandam proponet. Si P. V. R. reposcet, quas misit per P. Costerum, subito eas mittemus; et in parva remittenda quidem non erit difficultas; in maiore erit aliqua, quod involucrum sit maius. Interim eas mittam PP. Sommalio et Balduino ab Angelo<sup>80</sup>.

Deus R. P. V. nobis quam diutissime servet. Eiusdem sanctis sacrificiis humiliter me commendo. Bruxellis 2 decembris 1600.

V. R. servus in Christo Iesu in[dignus].

Oliverius Manareus.

8. *P. Franciscus Costerus P. Claudio Aquaviva*. Simul in eodem folio cum epistula Manarei transmissa. Autographa. - *Epp. NN. 52*, f. 417. Ed. *Scripta*, II, 492.

Ihs.

Admodum Rde. in Christo Pater. Iudicium de imaginibus b. P. N. hoc est meum: parva in aere magis refert illum quam alia quae mihi sit hactenus visa, sicut V.<sup>ae</sup> P.<sup>ti</sup> dixi coram. Idem dixit mihi P. Balduinus ab Angelo Leodii<sup>21</sup> (cuius P. Oliverius non meminit), nisi quod in ea plus paulo senectutis desideret, et aliquot in fronte rugas. Imago coriacea mihi magis placet quam quae a pictore belga picta fuit.

R. P. V. servus in Christo,

Franciscus Costerus.

*Inscriptio*: † Admodum Reverendo in Christo Patri N. Patri Claudio Aquaviva Praeposito Generali Societatis Iesu. Romae.

9. *P. Oliverius Manareus P. Claudio Aquaviva*, Bruxellis, 9 decembris 1600. Autographa. - *Germ. 179*, f. 288. Ed. *Scripta*, II, 492-494.

<sup>85</sup> *charta partim perfracta.*

<sup>20</sup> De his Patribus v. dicta in *Praefatione*. De P. Pontano, qui Duaci tunc versabatur, v. quae dixit supra, n. 1; vide etiam epist. 9, n. 1. P. Franciscus Costerus in ep. sequenti, n. 8, iudicium suum mittit una cum iudicio Manarei. P. Sommalio versabatur Gandavi (ep. 9); P. Balduinus ab Angelo, Leodii (epist. 8).

<sup>21</sup> V. epistolam sequentem, n. 1.

2 — MON. IGNAT. — FONTES NARRAT. III

## Admodum Reverende in Christo Pater noster

## Pax X.

[1] Statim ut huc reverti curavit P. Superior<sup>23</sup>, P. Costeri et meo consilio, accersiri Gandavo P. Henricum Somalium, ut de imagine utraque V. P. N. a R. P. V. transmissa disse-  
 5 reremus, ac iudicium nostrum tandem ad eam perscribere-  
 mus. Patris Balduini ab Angelo iudicium P. Costerus cum  
 Leodio ex Italia reversus transiret, expetiit et nobis iam retu-  
 lit<sup>24</sup>. P. Eleutherii ego nuper Duaci cognovi<sup>24</sup>: maiorem ima-  
 10 ginem in corio depictam abesse a vera effigie dixit, placere  
 vero parvam quod magis accederet (est ea quae in cupro est  
 in figura ovali), nisi quod facies esset paulo longior et iuve-  
 nem eum repraesentaret.

[2] Iam ab initio dixi omnes imagines quae ante duos  
 15 annos proximos prodierant, expressisse faciem nimis longam,  
 quod accidit meo quidem iudicio, quia omnes desumptae fue-  
 runt ex ea quae appensa cernitur in coenaculo R. P. V., inter  
 Patrum Generalium effigies, quae parum admodum V. P. N.  
 refert; quae causa extitit, ut parvam in cupro ovalis figurae,  
 20 quam hic extrahi curaveramus ex altera simili, sed quae  
 pileum habebat et nullum diadema, quam R. V. P. ad me  
 miserat, per P. Costerum remittendam, sicuti remisimus, iudi-  
 carem omnium quas ante videram, proxime ad veram b. P. N.  
 effigiem accedere<sup>25</sup>. Nam illa ex qua desumpta erat, quam  
 25 P. Costerus retulit in Urbem, propter pileum nimis profunde  
 intrusum, tetricum et insuavem vultum repraesentabat, non  
 sic illa quae pileum non habuit, hic facta cum radiis circum  
 caput, cuius exemplum hic nullum remansit, sed eius tantum  
 quae pileum habuit, quam frater noster Hubertus isthic asser-  
 30 vasse dicebatur<sup>26</sup>. Puto quod R. P. V. si eam sibi proponat  
 et eam emendari curaverit ad rationem notarum quas hic  
 ferimus et cum hac mittemus<sup>27</sup>, non omnino displicebit. Al-  
 tera parva quam P. Costerus ex Urbe attulit, pulchra quidem  
 est, sed Patrem nostrum non bene refert; nec hic formosita-  
 35 tem aut artem spectandam puto, sed rei veritatem.

<sup>23</sup> Superior residentiae Bruxellensis inde ab anno 1595 erat P. Thomas Sallius (de Saily), fundator missionis castrensis. *Fl. Belg.* 43, ff. 59, 64; PONCELET, *Nécrologe*, p. 33.

<sup>24</sup> Balduini iudicium habetur in epist. 8.

<sup>25</sup> Cf. epist. 7, n. 1.

<sup>26</sup> Cf. epist. 7, n. 6.

<sup>27</sup> Ib. n. 6, annot. 11.

<sup>28</sup> Vide infra, doc. 10.

[3] Patris nostri facies erat gravis et suavis ac plena, sed non erat illa speciosa sive formosa, ut de formositate hominum loquimur; sed ita faciem ille componebat, ita laetitia interior et quidam supernaturalis splendor, qua aspergebatur, illam pingebat et illustrabat, ut suavissima esset<sup>28</sup>. Et nos ita quidem hic sensimus fere omnes, quam V. R. P. nobis dabit sua manu, hanc venerabimur et exosculabimur ut optimam. Deus ea[m] quam diutissime nobis incolumem servet. Eiusdem sanctis precibus valde reverenter me commendo. Bruxellis, 9 decembris 1600.

V. R. P. servus in Christo Iesu

45

Oliverius Manareus.

*Inscriptio*: Admodum Reverendo in X<sup>o</sup> Patri nostro, Patri Claudio Acquaviva, Praeposito Generali Societatis Iesu. Romae.

*Sigilli vestigium*

10. *Iudicium quinque Patrum de Ignatii imaginibus*, 9 decembris 1600. Autographum Henrici Sommali. Iudicia PP. Costeri, Sommali et Manarei, autographa sunt horum Patrum. - *Germ.* 179, f. 302. Ed. *Scripta*, II, 494-495.

IUDITIUM PATRUM FRANCISCI COSTERI, BALDUINI  
AB ANGELO, ELEUTHERII PONTANI, HENRICI SOMMALII,  
OLIVERII MANARAEI, DE IMAGINE B. P. N. IGNATII, AD  
EOS MISSA A R. P. N. GENERALI, IN AERE, FIGURA OVALI<sup>29</sup>

1. Omnes censent representari h. Patrem, per eam, nimis juvenilem prae se ferentem aetatem<sup>30</sup>. 5
2. Item, frontem non esse satis latam iudicant Patres Costerus, Sommalius, Oliverius.
3. Idem iudicant genas in ea non satis extare; eas enim b. Pater habebat extantes. 10
4. Item, partem inferiorem faciei, id est, a labro inferiore ad mentum inclusive, debere esse brevior, quam imago representet.

<sup>28</sup> Vide epist. 7, annot. 10.

<sup>29</sup> P. Pontanus non subscripsit quia Duaci versabatur. Eius tamen sententiam exquisierat P. Manareus: vide epist. 7, n. 1, et epist. 9, n. 1. P. Sommalius Gandavo fuerat evocatus: vide epist. 9. P. Balduinus ab Angelo versabatur Leodii, eiusque iudicium indagavit P. Costerus: vide epist. 8 et 9, n. 1.

<sup>30</sup> Cf. epist. 8 et 9, n. 1.

5. Omnes iudicant in eadem imagine faciem esse paulo longiorem<sup>31</sup>. Sed pars inferior emendata tollet eum defectum magna ex parte<sup>32</sup>. Superior etiam nimium assurgit.
6. De altera imagine, picta in corio, nihil iudicarunt esse dicendum, quod illa nimis parum accedat ad veram b. Patris effigiem<sup>33</sup>.

20 De priori imagine idem iudico ego Franciscus Costerus; quae autem picta est in corio, videtur mihi a naso et infra multum habere P. Ignatii, et ab oculis sursum item faciei plenitudinem ac rotunditatem non male representari<sup>34</sup>.

Ego Henricus Sommalius, iudico imaginem Romanam huc  
25 missam, hac ratione emendandam, sicut et Patres reliqui iudicarunt. Est autem imago in aere sine pileo, ad quam ista censura confecta est.

Ego Oliverius imaginem parvam et ovalem censeo pulchram et ex arte pictam esse, sed non referre P. N. b. Ignatii  
30 vultum; emendatam, ad rationem superius expressam, multo melius b. P. repraesentare quam ea [quae] in corio est.

Oliverius Manareus.

*Manu antiqui archivistae*: † Diversorum Patrum iudicium de imaginibus B. Patris Ignatii. Ex Belgio, 9 Xbris 1600.

11. P. Oliverius Manareus P. Claudio Aquaviva, Bruxellis, 15 decembris 1600. Autographa. - *Germ.* 179, f. 291. Ed. *Scripta*, II, 495-496.

Admodum Reverende in Christo Pater. Pax X<sup>1</sup>

Speraveram me posse remittere hoc ordinario imaginem ovalem b. P. N., a V. R. P. per Patrem Costerum missam; sed quia bonus hic Pater, audito Patrum coeterorum iudicio, et secum omnia expendens, visus sibi est, posse alteram imaginem obtinere a pictore secundum cor suum, et quae futura sit b. Patris persimilis, eam imaginem duxit retinendam in hebdomadam insequentem. Iam vero eam mitto, quam communi sententia iudicavimus maxime omnium propriam; heb-

22 sursum corr. ex superius

<sup>31</sup> Cf. epist. 7, h. 4, et 9, n. 2.

<sup>32</sup> Vide n. 4.

<sup>33</sup> Vide epist. 7, n. 1, et 8.

<sup>34</sup> Vide epist. 8.

domada sequens dabit alteram, Deo bene propicio, Patri Costero. Nos ita hanc probamus, ut tamen intelligamus et fateamur b. P. N. non referre, sed arbitramur proxime accedere. Deus R. V. P. nobis quam diutissime conservet. Eiusdem P. V. Reverendae sanctis precibus et sacrificiis valde reverenter me commendo. Bruxellis, 15 decembris 1600.

V. R. servus in Christo Iesu indignissimus  
Oliverius Manareus.

*Inscriptio*: † Reverendo admodum in Christo Patri P. Claudio Acquaviva, Praeposito Generali Societatis Iesu, Roma  
*Sigilli vestigium*

12. P. Henricus Sommalius P. Claudio Aquaviva, Gandavo, 16 decembris 1600. Autographa. - *Germ.* 179, f. 293. Ed. *Scripta*, II, 496.

† Admodum Reverende Pater. Pax Chri.

[...] Superioribus diebus fui Gandavo Bruxellam, a P. Oliverio Manaraeo evocatus<sup>35</sup>, ut iudicia conferremus de quadam imagine R. P. N. Ignatii. Officium fecimus, et quidem octavo ab hinc die, Romam misit P. Oliverius censuram nostram<sup>36</sup>. Quae Lovanii est imago, et in Urbem delata, maxime, si quae alia, refert. Mallem, si V. R. Paternitati consultum videretur, nos iterum Bruxellam evocari, ac iudicium ferre de illa. P. Oliverius, P. Balduinus, et ego, iudicavimus semper, illam proxime accedere. [...] Gandavi, 1600 16 decembris.

T. R. P. servus in Christo

Henricus Sommalius.

*Inscriptio*: Admodum Rdo. Pri. in Chro. P. Claudio Aquaviva, Preposito Generali Societatis Iesu. Romae

13. P. Oliverius Manareus P. Claudio Aquaviva, Bruxellis, 29 decembris 1600. Autographa. - *Germ.* 179, f. 295. Ed. *Scripta*, II, 496-497.

Admodum Reverende in Christo Pater noster. Pax X.

Remitto in hoc litterarum fasciculo, quam imaginem P. Costerus, Vae. R. Paternitatis voluntate, ex Urbe attulerat<sup>37</sup>, ut qui de hac Belgica Provincia b. P. N. aliquando vidi-

<sup>35</sup> Cf. epist. 9, n. 1.

<sup>36</sup> Doc. n. 10.

<sup>37</sup> Vide epist. 7.

mus, iudicium nostrum de ea indicaremus, ac demum exemplum ex ea sumptum ad V. R. P. mitteremus ex sententia nostra omnium emendatum. Hoc praestitimus ante 15 dies<sup>38</sup>, sed cum omni ex parte non placeret quod misimus, P. Costerus audita omnium et pictoris sententia speravit nihilominus si solus cum pictore ageret, aliquid se effecturum<sup>39</sup>. Neque eius studium inane fuit, nam effigiem nobis curavit, quae maxime omnium Patrem nostrum b. Ignatium referebat, paucis mutatis nostro consilio. Hanc simul cum exemplari ex Urbe allato mittimus, quam speramus R. P. V. non displicituram. Certe nos nihil in ea desiderare scimus, et videor ex ea beatum virum recognoscere. Eam tamen ut optimam ac probatissimam amplexabimur reverebimurque, quam R. V. Paternitas nobis deinceps proposuerit. Bruxellis, 29 decembris 1600.

V. R. P. servus in Christo Iesu

Oliverius Manareus

14. *Scheda praecedenti epistulae adiuncta*. Autographa Manarei. - *Germ.* 179, f. 294. Ed. *Scripta*, II, 496, annot. 1.

† Hoc veredario remittitur sola, inclusa fasciculo litterarum, effigies b. P. N. ex Urbe per P. Costerum allata; illa quae iudicio Patris Costeri, ac deinde meo, postremo loco emendata et absoluta, mittetur veredario proximo; iudicatum est enim operae pretium, ut eius exemplum hic retineretur ob casus qui possunt incidere, et ut adhuc desiccarentur colores. Spero placituram R. P. V., quia b. P. N. multo melius videtur nobis repraesentare, quam ulla alia quam hactenus vidimus.

15. *P. Franciscus Costerus P. Claudio Aquaviva*, Bruxellis, 31 decembris 1600. Autographa. - *Germ.* 179, f. 297. Ed. *Scripta*, II, 497-498.

Ihs. Admodum Rde. in Chro. Pater.

Pax Christi etc.

Tertio abhinc mense scripsi P. V. de huius domus et Provinciae statu. Eadem repeto: domi pax est religiosa, quies,

<sup>38</sup> Doc. 10, et epist. 9. Iudicium Patrum et epistula Manarei data sunt die 9 decembris.

<sup>39</sup> Vide epist. 11.

amor, unanimitas. De Provincia nihil aliud hactenus cognovi. Conservet Deus Societatem suam.

Mittitur imago reformata iudicio quinque Patrum qui b. P. N. Ignatium non iam pueri sed proveciores viderunt, cum eoque versati, vultum eius nec raro nec obiter contemplati sunt. Nullam hactenus vidi quae verius b. Patrem repraesentet. Huius effigiei exemplar retinemus, ut si P. V. eam approbet, picturis et praelis vulgetur. Valeat P. V. Bruxellae, 31 decembris 1600.

R. P. V. servus in Chro.

Franciscus Costerus.

*Inscriptio*: Admodum Rdo. in Chro. Patri nostro Claudio Aquaviva, Praeposito Generali Societatis Iesu. Romae

*Sigilli vestigium*

16. P. Claudius Aquaviva P. Oliverio Manareo, Bruxellas. 4 ian. 1601. - *Fl. Belg.* 1, p. 787. Inedita.

Iudicium V. R. et istorum Patrum de imaginibus b. P. Ignatii, quod ad nos R. V. misit 9 decembris, accepi, et gratias ago, nam omnino carissimum fuit. Laudo autem diligentiam V. R. et affectum erga b. P., petoque a Deo ut labores itinerum pro hac re susceptos rependat in aeterna sua gloria; sicut admoneo ut valetudinem suam curet seque nobis diu conservet [...] Ceterum iudiciis istis utar suo tempore; interim V. R. Deum O. M. et b. Patrem pro me ac Societate hac sua oret, ut eam protegat semper et ad divinum obsequium promovere dignetur. Gratia. Romae, 4 ian. 1601.

17. P. Oliverius Manareus P. Claudio Aquaviva. Bruxellis, 6 ian. 1601. Autographa. - *Germ.* 180, f. 1. Inedita.

En effigiem b. P. N. quam possumus ex hac Provincia dare absolutissimam, in qua P. Costerus non infeliciter postremus laboravit <sup>40</sup>. Est paululum suavior illa quam ante quindecim dies misi, et ideo magis hic probata. Volebant plerique ex hisce duabus postremis exempla sumere, sed P. Superior <sup>41</sup>, auditis rationibus in partem negantem adductis, nulli id facere permisit. Exspectabimus eam quam Deus benedictus nobis

<sup>40</sup> Vide epistolas 11, 13, 15.

<sup>41</sup> Thomas de Saily. Vide annot. 22.

dabit per R. P. V.<sup>sm</sup>, ut omnes quas habemus ad earum lineam reformemus.

V. R. P. servus in Christo Iesu Oliverius Manareus.

*Inscriptio*: Admodum Reverendo in Christo Patri nostro Patri Claudio Acquaviva, Praeposito Generali Societatis Iesu.

18. *P. Claudius Aquaviva P. Oliverio Manareo*, Bruxellas. Roma, 11 ian. 1601. - *Fl. Belg. 1*, p. 788. Inedita.

Rescripsi proxime ad litteras V. R., et gratias egi de iudiciis illorum Patrum de imaginibus nostri b. Patris; nunc salutandi gratia V. R.<sup>sm</sup> haec scribo, cum optima sibi offerat occasio ex reditu Patris Guglielmi Hangouart [...]

19. *P. Claudius Aquaviva P. Henrico Sommalio*, Gandavum. Roma, 9 febr. 1601. - *Fl. Belg. 1*, p. 790. Inedita.

Cum imagine quam P. Oliverius huc misit accepi litteras V. R., quibus de illa iudicium suum exponebat <sup>43</sup>. Laetitiam igitur ex ea re non vulgarem percepi, cum intellexerim vobis ita cordi fuisse negotium, e quo multi non mediocrem voluptatis fructum haurirent. Asservabitur etiam hoc V. R. testimonium, quo probatior haec imago quam praefertis universi, et alii hic laudant, esse possit. [...]

20. *P. Claudius Aquaviva P. Francisco Costero*, Bruxellas. Roma, 9 febr. 1601. - *Fl. Belg. 1*, p. 789. Inedita.

Litteras V. R. 31 decembris datas <sup>43</sup> et imagines b. Patris, iudicio istorum Patrum probatissimam, accepi, gaudeoque labores V. R. tam felicem successum habuisse ut, quemadmodum scribit P. Oliverius <sup>44</sup>, in illa b. virum recognoscere tibi videatur, et non nihil in illa desiderare. Consideravi ego illam attentius, et spirare animadverti effigiem sanctitatis, quae in b. Patre omnium iudicio notabatur. Ostendi et aliquot Patribus, quibus haud sane mediocriter placuit. Spero ita probatum iri aliis, ut exemplar futura sit omnium; de quo tamen hoc tempore statuere, ob alia quae urgent negotia, minime vacat. Interim gratias ago nomine Societatis totius et V. R. et Patribus ceteris, atque testimonium tam illustre eorum, qui nec pueri nec per transennam illum sanctum virum viderunt, asser-

<sup>43</sup> Epist. 12.

<sup>43</sup> Epist. 15.

<sup>44</sup> Epist. 13, 17.



vandum curabo. V. R. sacrificiis et orationibus me assidue commendatum esse cupio. Romae, 9 febr. 601.

21. *P. Claudius Aquaviva P. Oliverio Manareo*, Bruxellas. Roma, 9 febr. 1601. - *Fl. Belg. 1*, p. 789. Inedita.

Plures habeo litteras R. V. et exactum de singulis imaginibus iudicium Patrum istorum; exemplar item ultimum, quod probatissimum esse V. R. testatur, ita ut nihil desiderare sciatis, et b. Patrem agnoscere in eo videamini, non accepi solum perlibenter, sed etiam contemplatus sum non mediocri cum voluptate, estque cur divinae Bonitati vobiscum et cum tota Societate gratias agam, quod imaginem aliquam Patris nostri optimi atque eximiae sanctitatis aliquando cernere et adumbrare possimus. Itaque dabo operam, expectatis etiam aliorum iudiciis, quam minime recedatur a vero, utque Societas intelligat quantum debeat istis Patribus, et in primis operae et studio R. V. Alias quoque imagines<sup>45</sup> testimonium amoris accepi, atque pro munusculo gratias ago, ut omni affectu et benevolentia, eidemque cupiam aliqua ex parte respondere. [...]

## 25

### IOANNIS THOMAE CANIZARO DE OBITU S. IGNATII RESPONSA AD P. LANCICIUM

1599

Bollandistae asserunt se in archivo Societatis Romano vidisse apographum litterarum a P. Nicolao Lancicio missarum Rhegium (Reggio Calabria) ad Fratrem Coadiutorem Ioannem Thomam Canizaro<sup>1</sup>, die 18 iunii 1599, quibus litteris additae sunt responsiones

<sup>45</sup> Significat alias imagines, non Sancti Ignatii. Scimus Manareum similia munuscula Aquavivae mittere solitum esse, quod testantur eius epistulae. Ita ex. gr. Aquaviva gratias agebat ei de missa imagine Crucifixi, 21 iulii 1601. *Fl. Belg. 1*, p. 811.

<sup>1</sup> Ioannes Thomas Canizaro, prout in catalogis vocatur, latine etiam Canicarus vel Cannicarus (n. c. 1541, i. 1555, † 1617?). De eo v. FN, I, 766<sup>a</sup>. Quae ibi diximus comple his quae sequuntur: Natus c. 1541 (*Sic. 59*, ff. 146v, 165v), patria Hieracensis (Gerace, in Calabria: *Sic. 60*, f. 248; *Sic. 61*, f. 100v); vocatur etiam Locrensis (Locri, in Calabria: *Sic. 60*, f. 58). Ingressus Societatem a. 1555 (*Sic. 59*, f. 146v).

huius Fratris, qui, quo tempore S. Ignatius mortuus est, in domo romana munere infirmarii fungebatur<sup>2</sup>. Has litteras iisque adiectas responsiones nobis videre non licuit. Eas mutuamur ex *AA. SS.*, pp. 511-512, nn. 535-538, ubi earum latina versio ex italico in lucem datur. Ex eodem fonte depromptae, partim (*responsio 5<sup>a</sup>*) editae sunt in *Chron.*, VI, 38, annot. 1.

### Textus

*De quibusdam rebus b. Ignatii responsio missa e Sicilia ab eo qui fuit infirmarius beati Patris, dum obiit.*

1<sup>o</sup>. *Lancicius* : Quando benedictus Pater Ignatius fuit apertus post mortem, an intestina relictæ fuerunt intus, an extracta foris, et alibi sepulta ? An sic illi tres lapides, qui in hepatis vena reperti fuere<sup>1</sup> ? — *Cannicarus* : Extracta et sepulta sunt in sacello Dominae nostrae : de lapidibus nihil scio.

2<sup>o</sup>. *Lancicius* : An corpus eius fuit conditum balsamo ; et an multum, an parum ? — *Cannicarus* : Fuit satis conditum balsamo.

3<sup>o</sup>. *Lancicius* : An fuit sepultus cum planeta, et cuius erat coloris ? — *Cannicarus* : Cum planeta ; sed coloris non recordor.

---

Coadiutor temporalis formatus 5 novembris 1582 (*Ital.* 40, f. 11). Catalogus triennalis anni 1599 (quo anno ad Lancicium misit responsa quæ hic denuo edimus) collegii Rhegini (Reggio in Calabria), hæc de eo tradit : « Jo. Thomas Canizaro. Calaber. Jeracensis. Aetas : 63. Vires : mediocris valetudinis. Tempus Societatis : 44. Ministeriorum : fere omnia. Coadiutor temporalis » (*Sic.* 60, f. 153v). Quæ de ætatis et Societatis anno in hoc catalogo dicuntur, corrigenda videntur secundum ea quæ initio posuimus, desumpta e catalogis antiquioribus. Ingressus eius in Societatem videtur evenisse post diem 30 septembris 1555, quia in catalogo Romano, confecto a P. Cornelio Wishaven eo die, Fr. Canizaro non adest (*Rom.* 78b, ff. 114-116). Inde colligitur eum Societatem ingressum esse paucis ante S. Ignatii mortem mensibus. Anno 1616 Canizaro versabatur etiam in collegio Rhegino, socius procuratoris (*Sic.* 155, f. 34). Anno 1618 iam non invenitur in catalogis. Neque in catalogo defunctorum (*Hist. Soc.* 43, 43a), neque in necrologiis Prov. Siculae (*Sic.* 189-191) nuntium eius mortis invenimus.

<sup>1</sup> De S. Ignatii obitu v. præcipue fontes editos in FN, I, 761-776, id est, Polanci epistolam, ephemeridem Theodorici Geeraerts, et notationem inclusam in dicta ephemeride. De eadem re agunt : DALMASES, *La muerte de S. Ignacio*, in *Razón y Fe*, 154 (julio-agosto 1956) 9-28 ; H. RAHNER, *Der Tod des Ignatius*, in *Stimmen der Zeit*, 158 (1956) 741-753.

<sup>2</sup> Cf. FN, I, 768. De corporis sectione a Realdo Colombo peracta vide ibid. 769<sup>14</sup>. Vide etiam LABURU, *La salud corporal y san Ignacio de Loyola*, (Bilbao, 1956<sup>2</sup>), p. 35-37.

4<sup>o</sup>. *Lancicius* : An per illud biduum, quo mansit insepultus<sup>2</sup>, habebat malum odorem ? — *Cannicarus* : Non habebat ; sed bonum.

5<sup>o</sup>. *Lancicius* : An recordatur a quo communionem acceperit, et qua hora ; et an eam acceperit intra lectum, vel extra flexis genibus ; et an recordetur actionis alicuius, ab eo factae, quae non exstet in Ribadeneira ? — *Cannicarus* : Non recordor<sup>3</sup>.

6<sup>o</sup>. *Lancicius* : Quid factum est de vestibus et aliis rebus, quibus tunc utebatur ? — *Cannicarus* : Divisa sunt hic et illic pro devotione.

7<sup>o</sup>. *Lancicius* : Qua hora mortuus est : quia dicunt nonnulli eum non esse mortuum illa hora quae habetur in *Vita* ? — *Cannicarus* : Secunda hora post ortum solis<sup>4</sup>.

8<sup>o</sup>. *Lancicius* : An sacellum in quo solebat dicere Missam tempore quo obiit, est illud in quo nunc prandet P. Generalis, ante suum cubiculum ; et an ibi mortuus est P. Ignatius ? — *Cannicarus* : Non scirem dicere ad amussim, quia res omnino mutata est.

9<sup>o</sup>. *Lancicius* : An multo tempore fuit aegrotus in Balbina, antequam domum venerit ? — *Cannicarus* : Non fuit nisi duobus tribusve diebus.

10<sup>o</sup>. *Lancicius* : Quisnam ei fuit a sacris confessionibus sub extremum vitae ? — *Cannicarus* : P. Petrus Riera<sup>5</sup>.

<sup>2</sup> S. Ignatius mortuus est die veneris, 31 iulii, ante duas horas post ortum solis, sepultus die sequenti, post Vesperas. FN, I, 769, 776.

<sup>3</sup> Cf. dicta ipsius Canizaro in responsione ad P. Masselli, infra MON. 32, nn. 3, 4. p. 585. Etiam P. Nadal asserit S. Ignatium ultima sacramenta non suscepisse, hanc tradens huius rei interpretationem : « Quod sine sacramentis obierit Pater Ignatius, dispensatio fuit Dei ; non enim potuisset id pati, quin fuisset mortuus ex plenitudine devotionis, in tanta praesertim corporis debilitate. Etiam ex missae celebratione vel ex communione sola in amorem vel lachrimas solebat, firmo etiam dum corpore, debilitari atque etiam in febrim incidere ; quae erat causa quod non ita frequenter missam celebraret. Adde quod erat eius vita supra communem hominum captum ex selecta gratia ac privilegio. Itaque accipiebat gratiam solitam etiam sacramentorum absque sensili sacramentorum receptione, ex illorum devotione et voto. Denique ad humilitatem res tota referri potest, ut in eius morte totus affectus noster in Christum conferretur, qui noster est Praepositus Generalis, qui est Deus benedictus in saecula, et P. Ignatii humilitatem cordi infigeremus ... » : EN, IV, 698-699.

<sup>4</sup> Polancus scripsit : « antes de dos horas de sol » : FN, I, 767. Vide ibid. 773, 775.

<sup>5</sup> Cf. ea quae de P. Riera dicuntur in responsione Canizari ad interrogationes P. Masselli, MON. 32, n. 5, p. 586. De eo haec habemus in *Regesto epistolarum S. Ignatii* : « Pedro Riera. Catalán. Entró en casa

11°. *Lancicius* : Quanto ante tempore mortuus fuit P. Iacobus Egula, qui erat ei a sacris confessionibus ? — *Cannicarus* : Non memini ad amussim <sup>6</sup>.

12°. *Lancicius* : An concurrat populus ad cubiculum P. Ignatii, quando erat mortuus, vel ad ecclesiam. Et quibus signis ostendebant opinionem quam de eius habebant sanctitate ? — *Cannicarus* : Fuit concursus magnus, quia habebatur pro sancto <sup>7</sup>. In cubiculo unum mancipium cardinalis Sancti Iacobi <sup>8</sup>, effractis foribus, tetigit eum corona.

13°. *Lancicius* : An meminit miraculi strumarum, a quibus liberata fuit puella ista per vestem Patris Ignatii. — *Cannicarus* : Nihil scio <sup>9</sup>.

## 26

## DE COMMORATIONE S. IGNATHI IN OPPIDO AREVALO

E NARRATIONE SCRIPTA ANNO 1599

*Praefatio*

I. - EDITIONES : 1) P. Fidelis FTA : *San Ignacio de Loyola en la Corte de los Reyes de Castilla*, in *Boletín de la Real Academia de*

examinado para estudiante, a los 11 de marzo 1549 \* (*Epp. NN. 50*, f. 219v, cf. *MI, Epp., II, 314, 334, 337*). Die 19 eiusdem mensis destinatus est Messanam cum Antonio Vinck ut sacra duo crania virginum coloniensem portaret et alia munia obiret : *ibid. 359, 362, 364*. Anno sequenti, Messanae graviter decubuit, *ibid. 719*. Ut vires reficeret, a. 1551 missus est in Hispaniam cum H. Doménech et Lucio Croce (*MI, Epp. III, 493, 580*) ; inde reversus, Romae mansit (v. eius epistolam ad P. Manareum, datam 8 iunii 1555 : *MI, Epp., IX, 112-113*) ut ostendunt catalogi a. 1555 (*Rom. 78b*, ff. 4r, 116) et 1556, mensis maii (*ibid. f. 19*). Anno 1564 missus in Indiam, Iaponiam, Sinas (*Inst. 117a, f. 231a*), sed dum iter parat, fuit cappellanus classis hispanicae (SACCHINI, P. II, p. 309, n. 50). Anno 1568 in Indiam profecturus cum P. I. B. Ribera, mandatum acceperunt ut omni conatu in Sinarum regnum penetrare tentarent (*Id., P. III, p. 197, n. 280*). Mortuus est in India Orientali a. 1573 (*Hist. Soc. 42, f. 25*).  
<sup>6</sup> P. Iacobus de Egula mortuus est 16 iunii 1556 (*MI, Epp. XI, 591-592*).

<sup>7</sup> Vide Canizari responsiones ad P. Masselli, *Mon. 32, n. 11*.

<sup>8</sup> Ioannes Alvarez de Toledo O. P., dictus cardinalis Burgensis, et post eius translationem ad sedem metropolitanam Compostellanam, 27 iunii 1550 (*EUBEL, III, 189*), cardinalis Compostellanus vel Sancti Iacobi.

<sup>9</sup> Vide FN, I, 774 ; *Chron., VI, 44*. Testimonium matris puellae sanatae v. in *Scripta, II, 71-73*.

la *Historia* (Madrid), 17 (1890) 492-520 ; textus ipse, pp. 497-498. - 2) ASTRAIN, *Historia*, I, 7-9, editio documenti prout a P. Petro de GUZMÁN insertum est in sua *Historia de la Compañía de Jesús de la Provincia de Castilla la Vieja*. Astrain, fide ductus P.<sup>ls</sup> Van Meurs, tunc Archivi Societatis custodis, putavit agi de ipso originali documentum (vide p. 9<sup>1</sup>). - 3) *Scripta*, II, 471-473 : documentum ex Astrain desumptum, textu ipso non inspecto.

II. - TEXTUS : Scimus anno 1599 scriptam esse relationem, desumptam ex alia quam P. Antonius Lárez (de quo v. textum, annot. 6) composuit de origine collegii Arevalensis. Textus originalis huius relationis non servatur, exstat tamen apographum eius in *Diario* Patris Antonii López († 7 novembris 1652), procuratoris illius collegii. *Diarium* illud in Societatis expulsionem ex Hispania, anno 1767, cum omnibus documentis illius collegii a gubernio captum est. Quando P. Fita suum scribebat articulum (signatus est Matriti, 13 decembris 1890), inveniebatur in archivo notariorum Arevalensi, ubi repertum est a domino Theodoro de San Román. Hoc apographum edidit Fita, loco supra allato § 1.

P. Petrus de GUZMÁN adhibet hanc narrationem in sua *Historia de la Compañía de Jesús de la Provincia de Castilla* (cuius prologus signatus est ab auctore : « En Valladolid a 13 de abril de 1600 »). Servatur in ASIR, *Castell.* 35. Narratio de qua hic fit sermo adest in foliis 484v-485v. Hic est textus unde P. Astrain narrationem nostram deprompsit, agi putans de originali : vide supra § I.

Mercuriani, quo tempore, anno 1578, P. Aloysius Odescalchi petivit Transilvaniam. Sed nihil impedit quominus recentiores memoriae antiquis annotationibus misceantur. Si de privatis Rosephii annotationibus vix dubium esse potest, difficilius dictu est quandonam opus ipsum, quale nos possidemus, exaratum fuerit. Cum autem agatur non de autographo sed de apographo, etiamsi ab auctore signato, fieri potest ut Rosephius a librario quodam transcribi fecerit ea quae multo antea ipse collegerat: limites temporis assignandi inter annos 1599 et 1609. Etenim opusculo religando adhibitum est folium in quo scripta adest epistula data 11 decembris 1609, unde hanc diem praecedere debuit. Praeterea, filigranum chartae (scutum cum quadam quasi columna inter duas cruces) invenitur in catalogis triennialibus Provinciae Germaniae Superioris annorum 1599-1611 et non ultra. Verisimile itaque videtur librarium Rosephii, tunc Praepositi illius Provinciae (1600-1609), chartam illam adhibuisse quae in curia Provincialis in usu erat.

VI. - NATURA DOCUMENTI ex ipso eius titulo deprehenditur. Agitur de promptuario sive collectione dictorum et factorum quorundam Patrum et Fratrum Societatis Iesu « ex quorum ore accepta a me ». Rosephius igitur nobis refert quae immediate ex testibus a se allatis audivit. Initio antepositur elenchus horum testium, qui, secundum temporis usum, ordinantur ordine alphabetico nominum baptismi testium. In hoc elencho recensentur 87 nomina Patrum Fratrumque quos praecipue Romae Rosephius vidit quibuscumque communem vitam degit annis 1563-1566. Inter hos adsunt antiquissimi Societatis Patres: Bobadilla, Lafnez, Nadal, Polanco, Ribadeneira, Palmio, alii; Superiores ipsius Rosephii, ut P. Sebastianus Romei, collegii Romani Rector; professores eiusdem: Ledesma, Sa, Toletus, Mariana, Pérez, Acosta; Rosephii condiscipuli vel socii, prout Aloysius Odescalchi, Ioannes Ricasoli, Alexander Höller, nec desunt Fratres Coadiutores insignes.

Facta quae narrantur multiplicis generis sunt. Eventus externi miscentur exemplis aedificationis sentiis vitae spiritualis. In his omnibus seligendis Rosephius nobis apparet oculatus observator, qui vel minima quaeque ad suum scopum pertinentia colligit nobisque humaniter et lepide ea enarrat. Veritas eorum quae dicit generatim in dubium revocari nequit, prout ei patebit qui testimonia Rosephii cum fontibus primigeniis comparaverit. Adsunt certe lapsus, ut cum nomen Friderici Manrique cum Mendoza confunditur (n. 177), quae omnia quantum potuimus in annotationibus ad trutinam revocare conati sumus.

VII. - RATIO EDITIONIS: Integrum Rosephii opusculum edimus, tum quia nobis sese offert occasio fortasse unica hoc monumentum haud exigui valoris publici iuris faciendi, tum quia dicta factave

ignatiana, quae nostra praecipue intersunt, tam sparsa per totum opusculum reperiuntur, ut difficulter ab aliis separentur, ea videlicet quae non stricte ad Sanctum Condito rem pertinent, sed quae etiam ad primos eius socios primaque Societatis tempora referenda sunt. Prout diximus, Rosephius Romae versatus est a septimo usque ad decimum annum post S. Ignatii mortem elapsam, cum multi adhuc viverent qui cum eo consuetudinem habuerant, eiusque memoria apud omnes in veneratione erat. In hoc opere minus est quod unusquisque testis affert, parvum saepe et exigui fortasse momenti, quam ipsa vivendi et agendi ratio primorum Societatis Patrum et Fratrum, principia vitae spiritualis, tenor regularis disciplinae, quorum exempla hic nobis exhibentur.

Singulas paragraphos continua numeratione distinguimus, quo facilius allegari queant. Prior numerus designat textum *R*, alter numerus textum *M*, in hoc ipso ms. positus. Hos numeros inspicienti facile apparebit quidnam textus *M* contineat, quidque omittat. Numeri extra [ ] positi adsunt in textu *R* ad distinguenda dicta et facta singulorum testium.

In apparatu variantes lectiones textus *M* notamus necnon correctiones textus *R*.

In annotationibus conati sumus praecipua nomina recurrentia illustrare, ita tamen ut, ubi de sociis agitur, ea praesertim indicarem quae nobis monstrent quonam tempore cum eis agere potuerit Rosephius. Hac in re valde nos iuvat P. Ladislaus Lukács.

Loci qui directe de S. Ignatio verba faciunt, sunt hi qui sequuntur : P. Achilles Gagliardi, n. 7 ; M. Biagio pittore ; Francesco Sartore ; P. Franciscus Toletus, n. 11 ; P. Hieronymus Natalis, nn. 1 ad 30 ; P. Hieronymus Sorianus, nn. 4, 5 ; P. Ioannes a Victoria, nn. 13, 15, 16, 17, 18, 19 ; P. Iacobus Ledesma, nn. 3, 7 ; P. Iacobus Páez, nn. 4, 5, 6, 16 ; P. Iacobus Acosta, n. 3 ; P. Iacobus Abbas, nn. 5, 7 ; P. Ioannes Ricasolus, nn. 3, 8 ; P. Io. Nic. de Notariis, n. 1 ; P. Iacobus Jiménez, n. 6 ; P. Iosephus Blondus, nn. 13, 17, 19, 29 ; P. Ioannes Nicolaus, nn. 1, 3 ; P. Paulus Hoffaeus, nn. 9, 23-26, 29, 31-33 ; P. Petrus Ribadeneira, nn. 1, 2, 4-7, 9-15 ; Petrus Paulus, n. 1 ; P. Sebastianus Romaeus, nn. 1, 7, 8, 9 ; P. Theodoricus Westphalus, nn. 7, 8, 9, 15.

BIBLIOGRAPHIA DE P. GREGORIO ROSEPHIO : AGRICOLA, *Historia Provinciae Germaniae Superioris*, pars prima, p. 97, n. 163 ; pars tertia, p. 417, n. 980 ; pars quarta (auctore P. Francisco Xaverio KROFF), pp. 326-329, nn. 232-244 (necrologium) ; DE GUILHERMY, *Ménologe, Ass. Germanie*, I, 440 ; CORDARA, *Historia*, p. VI, p. 421, n. 25 ; NADASI, 15 maii, p. 267 ; SOCHERUS, *Historia Provinciae Austriae*, l. III, p. 96, n. 43 ; SOTUELLUS, *Bibliotheca*, p. 307 ; SOMMERVOGEL, *Bibliothèque*, VIII, 135-138 ; THOELLEN, *Menologium*, pp. 307-309.

*Textus*

[f. 1]

## P R O M P T U A R I U M

DICTORUM ET FACTORUM, QUORUNDAM SOCIETATIS IESU.

[f. 1v]

*Colligite fragmenta, ne pereant.* [Io. 6, 12]*Etiam Domine nam et catelli edunt de micis, quae cadunt de mensa dominorum suorum.* [Mt. 15, 27]*Si vis, vadam in agrum, et colligam spicas, quae fugiunt manus metentium.* [Rut 2, 3]NOMINA EORUM, EX QUORUM ORE ACCEPTA A ME, QUAE IN SEQUENTIBUS CONTINENTUR <sup>1</sup>.

[f. 2]

A

Folio

	Folio		Folio
<i>Achilles Galgiardus</i>	1 (1)	<i>Carolus Grimm</i>	7 (10)
<i>Aloysius Odescalculus</i>	1 (3)	<i>Cornelius Exorcista</i>	7 (10)
<i>Alexander Sartor Coad.</i>	3 (3)	<i>Cornelius Confess. Viennae</i>	7
<i>Andreas Gallus</i>	3 (4)	<i>Christianus Noviomagensis</i>	7 (11)
<i>Antonius Sutor</i>	3	<i>Casparus quidam</i>	7 (11)
<i>Antonio Faligname</i>	3	<i>Christophorus Rodriguez</i>	7 (11)
<i>Antonius Gallus</i>	3		
<i>Athanasius</i>	4		

B

E

<i>Benedictus Palmius</i>	4	<i>Emmanuel Sa</i>	8 (12)
<i>Baptista Romanus</i>	4 (5)		
<i>Baptista Hispanus concion.</i>	4 (6)		
<i>Biaggio Pittore</i>	4 (6)		
<i>Bernardinus Volterrannus</i>	4 (7)		
<i>Baptista Venetus</i>	4 (7)		
<i>P. Borgia</i>	6 (8)		
<i>P. Bobadigl[i]a</i>	5 (7)		

C

F

<i>Georgius Scherer</i>	12 (20)		
<i>Carolus Ursinus</i>	6 (9)	<i>Gorraea</i>	12 (20)
<i>Christianus Westphalus</i>	7 (10)	<i>Georgius Anglus</i>	12

<sup>1</sup> Typis italicis distinguimus ea nomina quae tum in cod. *R*, tum in cod. *M* reperiuntur, etiamsi in hoc non omnia dicta factave inserantur. Numeri intra ( ) indicant numerum paginarum in *M*.

Gabriel Mercado	12	<i>Leonardus Neapolitanus</i>	35 (62)
Gratianus	12 (21)	<i>Lucas Polonus</i>	35 (61)
H		M	
<i>Hieronymus Natalis</i>	13 (21)	Michaël Spes	35
Hieronymus Mur	16	<i>Matthaeus Gallus</i>	36 (62)
Hieronymus Soriano	16	<i>Morales Gabriel</i>	36 (62)
<i>Hieronymus Vanegas</i>	17 (31)	N	
I		Nicolaus Lanoyus	36
<i>Iacobus Laynez</i>	18 (34)	Nicolaus Sardus	
<i>Ioannes a Victoria</i>	19 (34)	O	
<i>Iacobus Ledesma</i>	21 (38)	<i>Organtinus</i>	36 (63)
<i>Ioannes Mariana</i>	23 (42)	P	
<i>Iacobus Paijz</i>	25 (45)	<i>Paulus Hoffaeus</i>	36 (63)
<i>Iacobus Acosta</i>	26 (49)	<i>Petrus Parra</i>	39 (66)
<i>Iacobus Abbas</i>	27 (49)	<i>Philippus Widmanstadius</i>	42 (71)
<i>Ioannes Riccasulus</i>	27 (50)	<i>Petrus Paulus</i>	42 (71)
<i>Ioannes Antonius</i>	28 (51)	<i>P. Petrus Ribadeneira</i>	40 (69)
<i>Ioannes Nicolaus de</i>		R	
<i>Notariis</i>	28 (52)	<i>Robertus Hybernus</i>	42 (71)
<i>Ioannes Xavier</i>	28 (52)	<i>Richardus Hybernus</i>	42 (72)
<i>Iacobus Ximénez</i>	29	<i>Rossius</i>	42 (72)
<i>Ioannes Polancus</i>	29 (52)	S	
<i>Iacobus Scotus</i>	29 (53)	<i>Sebastianus Romaeus</i>	42 (72)
<i>Ioannes Bernardinus</i>	30 (53)	Salvator	44
<i>Ioannes Paulus</i>	30 (53)	Salustius	44
<i>Iacobus Salvatus</i>	30 (53)	Stanislaus Polonus	44
<i>Ioannes Latinus</i>	30 (53)	T	
<i>Ioan. Paulus Campanus</i>	30 (54)	<i>Theodoricus Westphalus</i>	44 (73)
<i>Iacobus Sekler</i>	30	V	
<i>Iosephus Blondus</i>	30 (54)	<i>Vincentius Bruno</i>	45 (74)
<i>Iosephus Fabritius</i>	33 (59)		
<i>Ioannes Nicolaus</i>	34		
L			
<i>Laurentius Magius</i>	34 (59)		
<i>Laurentinus Belga</i>	35 (61)		
<i>Leonetus Galgiardi</i>	35		

Lectorem memorem volumus, ut ea quae inter geminas O litteras, margini inscriptas, legerit, unius alicuius Patris varia dicta factave, e regione arithmetice numeris distincta, cognoscat<sup>2</sup>.

<sup>2</sup> Hoc signum O in nostra editione utpote inutile omittendum duximus. Sufficit enim inspicere nomina testium, a nobis typis maiusculis distincta, ut clare appareat quid cuiquetribuendum sit.

[f. 4]

A

[1, 1] 1 P. ACHILLES GALGIARDUS<sup>1</sup>. Prothonotarius (erat is illo tempore magni nominis vir Romae, cum propter doctrinam, tum propter insignem pietatem; nomen proprium non expressit, quia tunc temporis ab omnibus sic appellabatur)<sup>2</sup>, semel loquebatur de daemone victo, et dicebat: — Scribit 5 S. Athanasius Alexandriae fuisse quendam maximum leonem, cui omnes dentes excusserant et ungulas pedum amputarant; hinc factum, quod etiam pueri illi illudebant eumque percutiebant. Sic modo diabolo leoni rugienti contingit: postquam a Christo spoliatus fuit, pueri et minima vetula illum 10 vincere possunt —.

[2, 2] 2 De eodem prothonotario referebat, nunquam habuisse affectum erga ullas res, exceptis ducentis scutis quae acceperat a cardinali quodam; cumque timeret ne latrones furarentur, exiens domo semper ferebat secum. Accidit tamen, 15 ut illa in itinere amitteret; quibus inventis, expendit statim<sup>3</sup>.

Istum virum P. Salmerón magni faciebat, multaue ab eo hausit<sup>4</sup>; quando enim cupiebat aliquid scire, loquebatur ei de aliis rebus; inter loquendum autem studio transitum faciebat ad illam materiam, et ille bonus senex statim dicebat quid sentiret; quae notabat statim Pater in domo notarii 20

6 quendam om M || 8 illi ei M

<sup>1</sup> Natus c. 1538 Patavii (*Hist. Soc.* 176, f. 161), i. 29-IX-1559 Romae (*Rom.* 170, f. 34v) una cum duobus fratribus Leonetto et Ludovico, prof. 4 vot. 8-IX-1575 Romae (*Ital.* 3, f. 166), † Mutinae 6-VII-1607 (*Hist. Soc.* 43, f. 37). Quo tempore Rosephius Romae versatus est, A. Gagliardi fuit professor philosophiae in col. Romano (*Rom.* 78b, ff. 29, 31v). De eo v. MHSI, *Directoria*, 801<sup>1</sup>; AHSI, 14 (1945) 1-72, 104-106, 115, 118.

<sup>2</sup> Gulielmus Sirleto, natus a. 1514 in op. Guardavalle prope Stilum (Stilo) in Calabria. A. 1540 Romam pervenit, ubi intima amicitia devinctus est cum Marcello Cervini aliisque primariis viris. Custos fuit Bibliothecae Vaticanae. A. 1557 mense ianuario a Paulo IV. factus est protonotarius apostolicus. Creatus cardinalis sub Pio IV die 12 martii 1565. Mortuus est 6 maii 1585 in Curia Romana. De eo CIACONIUS, II, 1197; EUBEL, III, 46; PASCHINI, *Tre ricerche sulla storia della Chiesa nel cinquecento* [Roma, 1945] III. *Guglielmo Sirleto prima del cardinalato*, pp. 155-203.

<sup>3</sup> Res paulo aliter narratur ab Antonio Caracciolo in vita Pauli IV. PASCHINI, op. cit., pp. 228-229. Narratur etiam a Io. RHO, *Variae virtutum historiae* (Lugduni, 1644), p. 382.

<sup>4</sup> De amicitia Sirleti cum Salmerone v. inter alia ES, II, 236-237, 241, 257, 370, 377.

Cargae <sup>5</sup>, etiam antequam domum veniret. Ad eundem senem saepius scribere solebat cardinalis Moronus ex concilio Tridentino <sup>6</sup>.

25 [3, 3] 3 Quidam magnus mathematicus in Lusitania<sup>7</sup> volebat legere regi Sebastiano adolescentulo sphaeram, et eam ob causam reginam et Patrem nostrum N. <sup>8</sup> accedebat, qui praeceptorem agebat regis. Is respondit civiliter mathematico: — Domine, scio te in hac arte doctiorem me esse, nihilominus  
30 ego praelegam regi; quod si difficultatis aliquid occurrerit, te conveniam —. Iste bonus vir non habuit quod responderet.

[4, 4] 4 Idem magnus ille Pater, regis Sebastiani magister, habebat virgam deauratam pro persona regis, nec alia volebat castigari, et plorabat amarissime, tam generosi animi, quando  
35 debebat alia caedi.

[5, 5] 5 In concilio Tridentino fuit cardinalis quidam mediolanensis, qui deinde Romae obiit <sup>9</sup>. Is cum vidisset et audisset tam doctos praelatos, ita accensus fuit erga studia, ut noctu surgeret, famulisque mandaret ut ipsum induerent omnino,  
40 etiam si viderent dormientem.

[6, 6] 6 P. Laynez solebat dicere [4v] optimum esse, ut novitii in mortificationibus ad extrema inclinent; nam ab extremo facilius ad medium reducuntur. Contra vero difficilius est, si quis a principio habitu quodam tepido incipiat, ut  
45 desistat postea ab illo.

[7, 7] 7 Quando nostri primi Patres ex Gallia venerunt Venetias, statim ille bonus senex <sup>10</sup> assignavit illis bona sua. Sed cum obstarent amici maximi viri, causa fuit agitata per pro-

34 post generosi add. erat M || 47 illis] ipsis M

<sup>5</sup> Ioannes Carga, vir in Curia Romana amplis muneribus insignitus a tempore Iulii III ad Gregorium XIII. SICKEL, *Römische Berichte*, I, 104-108. Frater eius Camillus Societatem ingressus a. 1563, ex ea discessit a. 1568.

<sup>6</sup> Cf. PASCHINI, op. cit., pp. 263-266.

<sup>7</sup> Petrus Nunes. QUEIROZ VELOSO, *D. Sebastião (1574-1578)* (Lisboa, 1935<sup>2</sup>), pp. 35, 89; RODRIGUES, *História*, II/2, 256.

<sup>8</sup> P. Ludovicus Gonçalves da Câmara, rogante regina Catharina, uxore Ioannis III, munus suscepit praeceptoris futuri regis Sebastiani a. 1560, inde a tempore Paschali. FN, I, 323<sup>1</sup>; 362; LETURIA, *Luis González de Cámara, maestro del rey D. Sebastián*, in AHSI, 6 (1937) 97-106.

<sup>9</sup> Videtur agi de card. Ioanne Morone, n. Mediolani a. 1509, defuncto Romae 1-XII-1580, vel de card. Ludovico Simonetta, n. Mediolani c. 1500, defuncto Romae 30-IV-1568.

<sup>10</sup> Andreas Lippomani, qui Prioratum S. Mariae Magdalенаe cessit in favorem collegiorum Patavini et Veneti Societatis, quam cessionem nonnulli impugnarunt. De hac re v. FN, II, 353-355; TV, II/2, 305-324.

curatores. P. Laynez defendebat causam nostram, indutus  
 veste et pallio attrito. Cum ergo procuratores rem proposuis- 50  
 sent senatui, P. Laynez magno cum candore et simplicitate  
 dixit: — Iste bonus vir assignavit nobis hoc et hoc: ecce  
 voluntatem eius ultimam; vos iudicate, et quicquid vobis  
 visum fuerit facite —. Tunc fere omnes dederunt vota sua,  
 etiam amici adversae partis, pro nostris, licet essent hispani, 55  
 quibus veneti solent esse infensi<sup>11</sup>.

[8, 8] 8 Bernardinus Occhinus, apostata Capuccinus<sup>12</sup>, suis  
 concionibus totam Italiam movebat, facie enim et barba vene-  
 randa et brachiis macilentis, quae fere nuda videbantur; con-  
 cionabatur etiam in plateis, tantumque efficiebat, ut nobiliores 60  
 nudis pedibus in supplicationibus incederent.

[9, 9] 1 ALOYSIUS ODESCALCUS<sup>13</sup>. Ad puritatem conscientiae  
 multum iuvat, mane considerare errorem et imperfectionem  
 in quam saepius cadere solet; modum item, quo labi solet,  
 tempus similiter; his consideratis, proponat sibi contrario 65  
 prorsus modo pugnandum esse.

[10, 10] 2 De Patre Leone<sup>14</sup> (non erat autem ille P. Leo  
 procerae staturae, qui meo tempore vivebat in collegio Ro-  
 mano, et curam horti nostri habebat) referebat magnum zelum  
 animarum habuisse, quem P. Laynez Bassani ad Christum 70  
 duxerat. Cum Patavii degerent, solebat bonus adolescens sin-  
 gulis diebus flores in horto nostro colligere et P. Laynez  
 adferre; qua ex re magnam laetitiam capiebat Pater.

52 ecce corr. ex esse || 71 degeret M

<sup>11</sup> Acta suffragationis in senatu Veneto factae v. in FN, II, 354<sup>55</sup>.

<sup>12</sup> De Bernardino Ochino v. Karl BENRATH, *Bernardino Ochino* (Braunschweig, 1892<sup>3</sup>); *Lexicon Capuccinum* (Romae, 1951), 1234-1236.

<sup>13</sup> Aloisius Odescalchi, comensis, n. ca. 1547 (*Rom. 78b*, f. 220; *Hist. Soc. 41*, f. 92), i. Romae 24-VIII-1562 (*Rom. 170*, f. 57), annis 1564-1566 in col. Rom. philosophiae vacavit (*Rom. 78b*, ff. 29, 31v, 37). Finitis studiis missus est in Poloniam. A. 1581, 10 aprilis, in gravem morbum incidit; brachiorum pedumque usu fere amisso, in Italiam reductus est. Patavii 24-IV-1583 professionem 4 vot. fecit (*Ital. 4*, f. 7). Obiit Neapoli, 1585 vel 1586 (*Hist. Soc. 7*, f. 55v). De eo A. VERESS, *Epistolae et Acta Jesuitarum Transylvaniae*, t. I (Kolosvár-Budapest, 1911). De eius morbo, ibid., p. 136; Ioan. WIALEWICKI, *Historici Diarii Domus professorum Cracoviensis S. I.*, t. I (Cracoviae, 1881), p. 8.

<sup>14</sup> Leo Gigli (Giglio, Lilius, Leo da Bassano, Leo), bassanensis, cum concive Laurentio allectus ad Soc. a Lainez a. ca. 1547 (*Ital. 58*, f. 69). Graecis litteris a. 1548 Patavii operam dabat (EM, V, 656; LM, I, 89, 95, 102). † in col. Romano, a. 1562 mense decembri (*Hist. Soc. 42*, f. 2v); SACCHINI, P. II, l. VI, n. 16. Quae a Rosephio usque ad num. 7 dicuntur, ad hunc P. Leonem referenda sunt.

[11, 11] 3 Et quoniam P. Leo multum amabat Aloysium,  
 75 multa ei communicabat. Dicebat ei se in iuventute gravissimas habuisse tentationes, se autem iam experiri quantum ei profuerint. P. Laynez statim postquam vocatus ad Societatem, dederat ei in patronam S. Catharinam martyrem, a qua multum adiutus; eandem dedit Aloysio in prima confessione,  
 80 quam ei fecerat. [5]

[12] 4 Referebat iudicium P. Ledesmae<sup>15</sup> de illo P. Leone fuisse, quod is suis orationibus facillime impetrabat a Domino Deo quod volebat. Solebat se noctu in lecto erigere et conqueri in conspectu Dei, quando aliquis suorum spiritualium filiorum minus bene procederet<sup>16</sup>. Referebat semel Aloysio in tertia persona de quodam, qui cum noctu mansisset in oratione, eidem Beatissimam Virginem Mariam apparuisse Filiumque monstrasse.

[13] 5 Per tres annos habebat gravissimos quosdam dolores, quos nemini indicavit. Quando ibat ad collegium Germanicum ut ibi audiret confessiones, revertebatur ad nostrum collegium Romanum subinde cum tantis doloribus, ut cogeretur se super asseres lecti prosternere. Et aliquando solebat dicere: — Ibo ad collegium Germanicum, ut ibi comedam —;  
 90 sed fiebat, ut in neutro collegio comederet.

[15] 6 In sua infirmitate acceperat cauterium in brachio; et cum haberet subuculam valde angustam, quando cogeatur illam exuere, sentiebat maximum semper dolorem, ille autem addebat alium dolorem comprimendo cauterium dicens:—  
 100 O quam dulce est, pati!—. Cum illi iudicio medicorum et alterum cauterium inustum fuit, nihil prorsus se movit, cum interim P. Rector<sup>17</sup> qui intererat, caderet in deliquium.

[15] 7 Quum mors istius Patris vicina erat, multi nostrum erant praesentes, quos mira efficacitate verborum hortabatur  
 5 ad constantiam, dicens securissimum esse mori in Societate. Videbat angelos et apostolos; cumque P. Organtinus<sup>18</sup> ab

---

76 quantum] quam M

---

<sup>15</sup> De P. Ledesma, v. infra, annot. 124.

<sup>16</sup> « Pietati promovendae inter collegas praefectus fuerat ». SACCHINI, l. c. in annot. 14.

<sup>17</sup> P. Sebastianus Romei, col. Romani Rector anno 1554-1568. Vide infra, n. 442.

<sup>18</sup> P. Organtinus anno 1562 Minister erat in col. Rom. (*Rom.* 78b, ff. 28v, 31v). Vide infra, n. 360 <sup>208</sup>.



illo peteret : — Ubi est Dominus Iesus ? — respondebat : —  
In corde meo —. Media hora ante mortem vertit se ad parietem, et complicatis manibus cum rosario obiit ; cuius animam quidam devotus Pater vidit ad coelum evolare. Solebat etiam dicere : — Cogito de altero mundo, ubi de omnibus reddenda ratio, sed consolatur multum quemvis pura conscientia —.

[16] 8 Cum quadam vice reverteremur ex templo SS. Martyrum Ioannis et Pauli, multa dicebat Aloysius de collectione animi, quaque ratione quis studere posset, simul et mentem habere ad Deum elevatam. Addebat plurimum iuvare, si quis sibi imaginaretur, se non in suo, sed in cubiculo B. Virginis studere. Fatebatur optimus iuvenis se non pati distractiones in sensibus exterioribus. [5v]

[17] 9 Cum alia vice in via loqueremur de oratione, petebam ab ipso quare tam diu semper oraret in sacello Sanctissimi Sacramenti ; respondebat se tantum ter Pater et Ave dicere ; et cum instarem, qui fieri posset, cum alius interim longe plura dicere posset, affirmabat se ob distractiones mentis saepius repetere eadem verba, Pater, Pater etc. seque oblivisci sui ipsius. Inde colligebam bonam et salutarem esse distractionem istam.

[18] 10 Euntes alia vice ad S. Ioannem Lateranum, petebam quidnam hodie sensisset in sanctissima communione ; volebat dicere quicquam, sed a me obnixè petebat, ut aliquid de confessione vel communione dicerem ; se enim inter caetera exercitia pietatis, maxime desiderare haec duo bene et cum fructu posse exercere.

[19] 11 Quum ad S. Pancratium<sup>19</sup> fuimus, aliquid terrae adhaesit strophilo, in quo erant coronae. Cum hoc in cubiculo domum reversus animadvertisset, ne aliqua irreverentia excuteretur illa terra, ipsam comedit.

[19a] 21 Alia vice descendimus ad carcerem S. Petri sub Capitolio, et quia multum aquae pro nobis hauserat ex illo puteo, ne quid remaneret, ebibit totam quae remanserat.

[20, 12] 13 Quando videmur aliquando magna praestare, quae causa, quod minus sint Deo grata ? quia appendimus, aiebat, nostra arma et insignia, hoc est in illis quaerimus nosmetipsos, nec pure ob amorem Dei facimus.

<sup>35</sup> coronae in marg. eadem manu

<sup>19</sup> Templum Sancto martyri Pancratio dicatum ad viam Aureliam antiquam. Titulus presbyteralis.

45 [21] 14 Eo die quo ivimus ad septem ecclesias, cum in via  
versus S. Petrum ab illo peterem, quid cogitandum cum quis  
orationem facit ad confessionem alicuius sancti? respondebat  
se imaginari praestantiam illius sancti illumque intueri, inde  
enim nasci magnam laetitiam, et contingere ut homo diu hae-  
50 rere possit in aliqua meditatione. Eodem die in reditu multa  
loquebatur de amore Dei.

[22] 15 P. Sebastianus Romaeus, collegii Romani Rector,  
concessit mihi et Aloysio facultatem eundi ad stationes quoti-  
dianas per totam quadragesimam, citra iacturam lectionum  
55 et studiorum. Et quoniam Aloysius meus erat ductor, tan-  
quam versatus, duxit me fideliter, et semper miscebat collo-  
quia spiritualia. Fecit autem mihi P. Rector hanc singularem  
gratiam, quod [6] germanus essem, et memoriam locorum  
sanctorum mihi aliquando profuturam speraret. Erat ille  
60 bonus frater tam accuratus in rebus suis, ut semper sibi simi-  
lis esse videretur. Exemplo sit: cum illo tempore templum  
collegii nondum esset absolutum<sup>20</sup>, celebrabamus in quibus-  
dam distinctis locis et cubiculis. Erat satis diu meus quoti-  
dianus minister in sacro, et ita observabat me quoad libri  
65 positionem, ut vix opus esset illum a me moveri et aliter  
disponi, quod paucis contingit.

[23] 16 Cum tempore P. N. Everardi cum P. Possevino venit  
Augustam, iturus in Transilvaniam<sup>21</sup>, renovavimus antiquam  
nostram familiaritatem gestaue nostra romana, non sine  
70 utriusque consolatione. Toto autem tempore quo Patavii usu  
membrorum destitutus decubuit, plurimas ad me scripsit lit-  
teras plenas spiritu et charitate, humilitate et patientia<sup>22</sup>.

59 speraret in marg. eadem manu

<sup>20</sup> Templum dicatum Annuntiationi B. Mariae Virginis, vulgo vo-  
catum « Annunziata », constructum a Fr. Laurentio Tristano annis  
1561-1567, primum templum quod Soc. Iesu Romae erexit. An. 1650  
eversum est, ut locum cederet ampliori templo in honorem S. Ignatii  
dedicandum. PIRRI, *Giovanni Tristano*, pp. 27-30.

<sup>21</sup> P. Possevino, a. 1578 iturus in Suetiam, secum duxit duos sa-  
cerdotes in collegio Germanico formatos et duos Patres Societatis,  
Aloysium Odescalchi et Basilium Cerini. Mense februarii 1579 Augustam  
pervenerunt (*Opp. NN. 328*, f. 160). Odescalchum Possevinus reliquit  
Cracoviae, unde venit in Transilvaniam. A. 1581 fundatum est collegium  
Societatis in urbe Kolozsvár. DORIGNY, *Vita del P. Antonio Possevino*,  
t. I, pp. 134, 138-139; Antonii POSSEVINI, *Transilvania* (Budapest, 1913),  
p. 134.

<sup>22</sup> Vide supra, annot. 13.

[24] 1 ALEXANDER, SARTOR COLLEGII ROMANI<sup>23</sup>. Cum quadam vice navigio Patavio descendisset Venetias cum alio quodam socio, multi, ut solet, erant in illa navi, dicentes et facientes mala; qui cum a socio Alexandri reprehenderentur, parum curabant. Tandem venit unus ad Alexandrum et petebat: — Quid tu facis apud istos? Esne cocus, an aliquid aliud? — Iste bonus frater nec unum verbum ei respondit; sicque factum ut suo silentio aliis imposuerit silentium. 75

[25] 2 De sanctitate nostri M. Laurentii muratoris<sup>24</sup> narrabat, quod per totam quadragesimam, non obstantibus gravioribus laboribus, ieiunaret, nec quicquam peteret pro se a 80

<sup>23</sup> In Catalogo col. Rom. an. 1564, inter Fratres Coadiutores adest: « Alexander, sartor » (*Rom.* 78b, f. 29). Videtur esse Alexander di Pietro (Petri), n. 1531 (*Rom.* 53, f. 16v, 61, 78), ingr. Romae 6-XI-1558 (*Rom.* 170, f. 23v), † Romae 5-XII-1589 (*Hist. Soc.* 42, f. 9).

<sup>24</sup> Laurentius Tristano, ferrariensis, faber murarius, ingr. 1552 Romae (*Hist. Soc.* 41, f. 88), † ibid. 24-IX-1586 (*Hist. Soc.* 42, f. 8v: « F. Laurentius Tristano [mortuus] in domo professa 24 septembris, faber murarius, vir infatigabilis, exemplaris admodum vitae, sanctus »). De eo v. PIRRI, *Giovanni Tristano e i primordi della architettura gesuitica*, pp. 180-184. Quanti fieret a S. Ignatio virtus huius fratris, apparet in *Chron.* II, 491: « ... Admissus, est m. Laurentius, faber caementarius egregius, cuius virtus tantopere P. Ignatio probabatur, ut si alius fructus ex collegio Ferrariensi perceptus non esset, hunc non poenitendum esse diceret, quod Societati m. Laurentium acquisisset, qui non minus exemplo vitae, quam arte aedificationi fuit. Celebris erat in suo officio Ferrariae ». - Liceat hac occasione hic transcribere alia testimonia de S. Ignatii amore erga eum, desumpta ex eius necrologio scripto a Fr. Iacobo Belardi: « Il N. B. P. Ignatio diceva al fr. Milano et ad altri fratelli di questo fratello: Come il M.<sup>o</sup> bisognaria che ne avessimo molti ». [...] « Al tempo del N. B. P. Ignatio, lui lo contava, che da un fratello gli fu dato un pero, perchè non era stato a merenda. Lui, per non contristare il fratello che gli lo diede, sello mise in petto senza mangiarlo. Poco dappoi N. B. P. andò dove lavorava m.<sup>o</sup> Lorenzo, et in presentia di N. B. P. gli casò il pero dal petto: il P. non gli disse niente, ma col bastone che aveva in mano giocava con la pera. Partito N. P., m.<sup>o</sup> Lorenzo ricolse la pera e la buttò sopra un tetto, nè mai più volse pigliare niente da niuno. [...] M.<sup>o</sup> Lorenzo solea dire che il N. B. P. gl'imparò come si doveva obedire, e fu in questo modo: N. B. P. gli disegnò col suo bastone che facesse una finestra in una muraglia vecchia: — e non la fate nè più grande, nè più piccola —. Intanto passò il P. Procuratore della Casa e gli disse: — M.<sup>o</sup> Lorenzo, questa finestra è troppo piccola, fatela un poco più grande —. Lui semplicemente la ingrandì. Finita che fu, N. B. P. tornò, e s'accorse che era più grande. Disse: — Fratello, che avete fatto? è più grande di quello che io vi disegnai —. Lui rispose: — Paternità, il P. Procuratore mi disse che io la facessi più grande —. Gli la fece guastare e far piccola. Finita che fu, N. B. P. ritornò e gli disse: — Fratello, tornatela a guastare et fatela come prima —. E così la rifece, senza replicar parola. E d'alora in poi sempre obedì alla ceca » [...] PIRRI, l. c., 257-258.

sartoribus ; sed cum cognoscerent illius mortificandi studium,  
 85 portabant illi omnia ad cubiculum.

[26, 13] 3 Narrabat se audivisse in exhortatione P. Maria-  
 nae, quod sicut non solemus vas fractum in manus accipere in  
 eo loco, ubi fractum est, sed ubi illaesum, sic non debemus ea  
 in fratribus attingere, quae fracta, id est, imperfectiones, sed  
 90 integra, ut virtutes.

[27] 1 P. ANDREAS GALLUS. Haeretici non legunt S. Augu-  
 stinum eo animo, ut veritatem intelligant et amplectantur, sed  
 quaerunt, ut inveniant aliquid quod praeconceptis illorum  
 erroribus suffragio esse possit ; alioquin fieri non posset, quin  
 95 manifestam veritatem etiam palparent.

[28] 1 ANTONIUS SUTOR italus in collegio Viennensi<sup>25</sup>.  
 Mihi aliquando dicebat [6v] se tantam dulcedinem et conso-  
 lationem experiri in lavandis pannis, quod delitiae imperatoris  
 cum illa comparari non possent.

100 [29] 2 Alia vice referebat mihi se fuisse saepius tentatum  
 propter linguam germanicam et latinam ; sed cum animad-  
 vertisset tentationem esse, incoepisse daemone dicere : — Vien  
 qua parlari loco [sic] in tudesco, « Ave Maria » — ; et statim  
 evanuisse tentationem. Addebat : — Etiam si mihi nemo loque-  
 5 retur, non curarem, cum Deus loquatur intra me.

[30] 3 Cum aliquando tentatus esset contra superiores,  
 quasi dissimularent videre vestes ipsius laceras, postquam se  
 collegit, sensit magnam consolationem ; dicebatque intra se :  
 — Ego non sum tractus ad Societatem per superiores ; ante-  
 10 quam enim ingrederer, nihil de Societate scivi ; sed Dominus  
 Deus vocavit me, ab illo ergo petam etiam vestes (et non a  
 superiore) mihique eas dabit, sive hic, sive in altero mundo.

[31] 4 Semel debebat facere calceos cum alii irent ad lyta-  
 nias ; et cum solus manens laboraret, supervenerunt tot ten-  
 15 tationes, quae illum quasi ad desperationem adigebant. Sed  
 gratia Dei visitatus, cognovit errorem, dixitque : — Domine,  
 in posterum simpliciter faciam obedientiam in omnibus —.

[32, 15] 5 Dicebat P. Laynez Generalis : Quando aliquis  
 venit ad portam et vult ingredi Societatem, alloquitur illum

12 superiore corr. ex superioribus

<sup>25</sup> Antonius de Baracia, n. ca. 1530 Brigae nunc in Pedemonte, i.  
 Romae 27-VI-1559 (*FGes.* ms. 77/I, f. 108 ; *Austr.* 122, f. 4v), † Vien-  
 nae peste 5-XI-1563 (*Austr.* 122, f. 3). SOMMERVOGEL, *Les jésuites de*  
*Rome et de Vienne en M. D. LXI.*

Dominus Deus noster. Vide, tu neque studere, nec quicquam 20  
aliud facere vel proponere debes, sed illud tantum, quod obedientia tibi imposuerit. Debes frangere crura.

[33] 1 ANTONIO FALIGNAMO <sup>26</sup>. Si aliquis esset inclusus in  
pallatio aureo, tapetibus ornatissimo, ubi tamen semper ei manendum foret, experiretur dubio procul magnam poenam; et 25  
si ab aliquo educeretur, magni beneficii loco haberet. Nos Deus non ex pallatio aureo, sed ex paenis aeternis eduxit, ubi perpetuo mansissemus; quantum hoc beneficium!

[34, 16] 1 ANTONIUS GALLUS <sup>27</sup>, referebat se Parisiis a  
P. Pascasio audivisse, quod per quindecim annos a Domino Deo 30  
petierit humilitatem, et « con tutto questo » se parum adhuc humilitatis habere. Et addebat daemonem illi saepius ster-  
cora ante faciem eius deicere solitum, ubi nullus erat locus  
[7] ex quo tales sordes possent cadere. Timebat diabolus  
illum bonum Patrem. 35

[35, 17] 2 Quodam tempore erat ille Pater Laureti, et nostri omnes non poterant eiicere quendam doemonem, imo illudebat Fratribus nostris; quando vero praesensit Patrem Pascasium, tunc timuit vehementer, et expulsus ab eo dicebat: 40  
— Hunc timeo.

[36] 1 P. ATHANASIUS <sup>28</sup>. Arbor quanto plures fructus habet, tanto magis se inclinat versus terram. Sic nostri quanto plura dona habent, tanto maiori studio in humilitate se conservare student.

## B

[37] 1 P. BENEDICTUS PALMIUS <sup>29</sup>. Mare magnum et immen- 45  
sum sunt Deus resque divinae; si nos volumus committere huic tam immenso pelago, navicula exigua intellectus nostri facillime submergetur. Oportet igitur ut accipiamus baculum

34 tales om. M || 36 ille] iste M

<sup>26</sup> In catalogo col. Germanici a. 1565, inter FF. Coadiutores fabros lignarios adest quidam nomine *Antonius* (*Rom.* 78b, f. 32).

<sup>27</sup> Videtur esse Antonius Blondetus, qui a. 1564 in col. Rom. dialecticus, an. 1565 physicus erat (*Rom.* 78b, ff. 29, 31v).

<sup>28</sup> Ioannes Bapt. Atanasio, n. 1532 (*Hist. Soc.* 41, f. 192), i. Romae 9-VI-1565 (*Rom.* 170, f. 80v, ubi vocatur: « P. Giovan Batt. » Attanasio fiorentino), † Romae 8-XI-1630 (*Hist. Soc.* 43, f. 10).

<sup>29</sup> Vide sup., Mon. 6, p. 153.

fidei nostrae, et illo procedere ac quaerere fundum veritatis  
50 catholicae.

[38, 8] 2 Qui haberet pulchrum equum quo vellet mare ingredi, diceret nihil valere, licet in se magni pretii. Sic natura nostra misera non potest penetrare res divinas, nisi divinae gratiae spiritu illustretur.

55 Si nobilis haberet hortum in quo aquae ductus lapidei ducerent aquam ad irrigandum totum hortum, et diceret: — Deus bone, isti aquae ductus non faciunt nec gignunt ex se fructum —; an non imprudenter loqueretur, cum ducant aquam ad irrigandum? Sic, qui bene concionatur etc.

60 [39, 19] 3 Si haberes hortulannum, cui tuum commisisses hortum, ille autem, cum vir bonus et devotus sit, semper domi sederet in cubiculo, oraret, contemplaretur, nihili faceret hortum, quid diceres? — Iste quidem vir bonus est, sed interim in meo horto sunt serpentes, zizania; hoc mihi minime  
65 probatur, volo ut curet hortum meum —. Sic status Ecclesiae exigit ut non solum sint boni viri, sed etiam docti et versati.

[40, 20] 4 Quae est causa quod Christus tam rudes et simplices elegerit in Apostolos, cum tamen Papa eligat prudentissimos in legatos? Vide, mercator non vadit ad forum ut  
70 emat ligna, sed sellam factam, frenum, non simplex ferrum; sed fabri emunt lignum et ferrum, quia norunt facere sellam et fraenum. Sic Papa non eligit malos, simplices, quia non potest illos facere bonos et doctos. Sed Christus, tanquam faber, novit facere quod vult.

75 [41] 1 P. BAPTISTA ROMANUS<sup>30</sup>. Cum rediisset an. 1563 ex Cayro Aegypti, habebam in mandatis a R. P. Laynez, qui tunc erat in concilio Tridentino, ut pergerem Venetias et mecum assumerem Patrem Baptistam Romam, ut ibi circa reno-

54 post illustretur add. Ita Pater Benedictus Palmius M || 67 quod] cur M

<sup>30</sup> Ioannes Bapt. Romanus (Elianus), n. Romae 1530, i. 1551 Venetiis (*Rom.* 53, f. 85v; *Hist. Soc.* 41, f. 103; *Hist. Soc.* 176, pp. 119, 128), † Romae 3-III-1589 (*Hist. Soc.* 42, f. 9). Fuit socius P. Christophori Rodríguez in missione ad procurandam unionem coptorum in Aegypto cum Ecclesia catholica (1561-1563). In reditu a. 1563 ei iniunctum est a P. Lafnez, tunc Tridenti in concilio commorante, ut illuc veniret (LM, VII, 128). Inde Venetias profectus est, ubi utiliter sacris ministeriis operam dedit (ib. 405, 410, 411, 445). De eo v. J. C. SOLA, *El P. Juan Bautista Eliano. Un documento autobiográfico inédito*, in *AHSI*, 4 (1935) 291-321; M. SCADUTO, *La missione di Cristoforo Rodríguez al Cairo (1561-1563)* *ibid.*, 27 (1958) 237 ss.

vationem studiorum legeret linguam haebraicam<sup>31</sup>. Quando eo  
 veni, duxit me bonus Pater ad plures ecclesias; et cum venis- 80  
 semus ad illam, in qua baptizatus fuerat, ostendebat mihi  
 portas templi, dicens magna cum voluptate: — Per hanc in-  
 gressus fui hebraeus, per istam egressus sum christianus.

[42, 21] 2 Cum cardinalis Borromaeus a nostro Patre Ge-  
 nerali peteret, quomodo in conclavi deberet dare vocem suam, 85  
 respondit Pater: — Qui debet esse Papa, is iam est coram  
 Deo. Si dederit suffragium suum aliter, quam in conscientia  
 sentit, ille forte Papa non erit tuus amicus, aut si fuerit, saltem  
 Deo inimicus erit. Si autem elegerit quem in conscientia sentit  
 debere esse Papam, aut erit amicus et Deus etiam, aut si inimi- 90  
 cus fuerit, parum refert, cum Deum habiturus sis amicum.

[43, 22] 3 Cum quadam vice simul pergeremus ad S. Petrum,  
 comitabatur nos vir bonus, qui per admirationem dicebat:  
 — O quam strenue laborant vestri in dīvino servitio, suaque  
 talenta omnia exercent! — Respondebat P. Baptista Roma- 95  
 nus: — Charissime, hoc nihil est respectu nostri, imo haec est  
 misericordia Dei, quod nos dignos fecerit, qui laborarent ad  
 laudem et gloriam nominis sui.

[44] 4 Cum visitaret frequenter in palatio quodam nella  
 piazza d'Agone<sup>32</sup> infirmum magnum et opulentum illum he- 100  
 braeum Eliam, quem pontifex Pius V cum aliis, suis manibus  
 baptizaverat eique nomen suum Michaëlis imposuerat<sup>33</sup>, pro  
 suo fervore optimus Pater volebat explorare constantiam in-  
 firmi in fide christiana; et cum visum ante mortem pene ami-  
 sisset, dicebat: — Domine Michaël, [8] dicas aliquid iudaeis 5  
 praesentibus pro conversione illorum —. Iste bonus Dominus  
 se, ut poterat, erexit in lecto, multaque dicebat de vero Messia  
 Iesu Christo.

[45, 23] 1 P. BAPTISTA HISPANUS, magnus concionator<sup>34</sup>, lo-

83 fui prius sum || 88 tuus] eius M || 100 piazza] pleza ms.

<sup>31</sup> Tunc temporis Rosephius, ex Germania procedens, Romam pe-  
 tebat ad studia theologiae peragenda. Tridento cessit 14-X-1563. Vide  
 supra, *Praefationem*.

<sup>32</sup> Nunc dicta: Piazza Navona.

<sup>33</sup> Die 4 iunii 1566, inter alios hebraeos, Pius V propria manu bap-  
 tizavit septuagenarium virum, nomine Eliam, synagogae praesidem, cum  
 tribus eius filiis et nepote. Haec sacra caerimonia locum habuit in ba-  
 silica S. Petri, adstantibus aliquibus cardinalibus multoque populo.  
 PASTOR, *Geschichte der Päpste*, VIII, 248.

<sup>34</sup> Ioannes Baptista Sánchez, toletanus, i. 1548 Salmanticae iam  
 sacerdos (*Chron.*, I, 297), † Romae 26-XI-1572 (*Hist. Soc.* 42, f. 6); CASTRO,

- 10 quens de pharisaeo qui Christum invitarat <sup>35</sup> : — Vocat iste Christum magistrum sed non dominum, cum tamen Christus discipulis dixerit : « Vos vocatis me magistrum et dominum, et bene, sum etenim » <sup>36</sup>. Cur autem iste non vocavit dominum, ratio est, quia non erat ex illis (vos). Non volebat ut Christus  
 15 eius esset dominus, sed ut tantum doceret illum. Sic multi in scientiis volunt esse praeclari, sed non propter coelum, non propter obedientiam Christi mandatis exhibendam.

[46] 2 Dicit peccator luxuriosus : — Manebo iam in peccatis, deinde surgam — O miser. Ecce similitudinem : — Infigas clavum muro. — Feci. — Extrahas. — Non possum. —  
 20 Infigis fortius malleo ; minus poteris extrahere. Sic facis infelix ; peccando semper profundius immergeris.

[47, 24] 3 Non times mortem, quomodo circa illam agitaris in animo tuo ? Qui tenet arcum manibus et fixis oculis  
 25 aspicit scopum, saepissime tamen aberrat ; quid fieret de illo, qui ab alio traheretur hinc inde, nec sineret illum collimare fixis oculis ad metam ? Tam traheris a tuis cogitationibus et imaginationibus, ut vix unquam consideres scopum tuum ; quomodo poteris in morte attendere ?

- 30 [48, 25] 1 M. BIAGIO PITTORE, SOTTOMINISTRO DEL COLLEGIO ROMANO <sup>37</sup>. Quaedam nobilis matrona, cuius filius ingressus fuerat Societatem, venit aliunde Romam, et impetraverat a Pontifice facultatem accedendi Patrem Ignatium et repetendi filium. Venit ad Patrem, sed nihil eorum, quae prius  
 35 volebat, assecuta ; ita enim Pater emollivit animum eius, ut mansuetissima instar agni ab eo discederet <sup>38</sup>.

[49, 26] 1 BERNARDINUS VOLTERRANUS. Sicut mulieres solent se in speculo contemplari, quando exiturae sunt, num sint comptae, sic mors deberet esse speculum nostrum, quod diligenter aspiciendum, si quando exeundum multum prodest.  
 40

13 vocavit] vocat M || 33 facultatem om. M || 35 est consequuta M

*Historia del Colegio de Alcalá*, l. II, cap. 10 ; ASTRAIN, *Historia*, I. 300, 309, 310, 421. Anno 1565, inter missos Roma in varias Provincias, adest « P. Baptista concionator », missus in Provinciam Aragoniae (*Rom.* 78b, f. 34v).

<sup>35</sup> Lc. 7, 36-50.

<sup>36</sup> Io. 13, 13.

<sup>37</sup> Blasius Signorelli, cortonensis, n. ca. 1516 (*Hist. Soc.* 41, f. 99v), i. 3-VI-1557 (*Rom.* 170, f. 13v), pictor, Subminister in col. Romano (*Rom.* 78b, ff. 7, 29, 37v ; *Rom.* 126, f. 51v), † 27-XII-1595 Neapoli, ubi diu vixerat (*Hist. Soc.* 42, f. 29v ; 43, f. 20).

<sup>38</sup> Videtur agi de matre Lucii Croce. Cf. FN, I, 571-572.



[50] 1 P. BAPTISTA VENETUS (quem intellexi factum delirum)<sup>39</sup>. Senex ille, [8v] parens Bartholomaei (qui iam Laureti emotae mentis est) muratoris<sup>40</sup>, solet singulis diebus accipere benedictionem a P. Rectore. Venit quodam die cum multis panibus ad collegium, et cum pulsaret ad eius ostium (noverat autem illum optime), ut supprimeret eius sanctitatem dicebat: — Quid vis? — Respondit senex: — R. Vestra oret pro me —. Cui P. Rector: — Et propter hanc causam debuisti impedire negotia mea[?] —. Ille autem respondit: — An non multum est orare pro peccatore? — Tunc extraxit panes et obtulit P. Rectori, qui dixit: — Ubi eos accepisti, fortassis domi a fratre tuo? sane esses dignus, ut per tres dies nihil comederes —. Discessit his auditis bonus vir, et ieiunavit usque ad diem Dominicum. Finita confessione, petiit num liceret comedere. Cui confessarius: — Quare non? — Iste autem dixit: — Pro delictis meis ieiunavi —. Quae cum intellexisset P. Rector, mirabatur, et statim etiam relicta communione debuit comedere, quod illi fuit gravissimum onus.

[51, 27] 2 Solebat de eodem P. Provincialis dicere: — Si vellem vivum exemplar obedientiae per collegia Provinciae circumducere, istum acciperem. Solet inter diem et noctem orare triginta rosaria. Semel P. Rector per iocum dicebat nives esse furfures farinae coelestis, et quod ipse deberet comedere. Iste bonus vir per integrum diem aliud praeter nivem nihil comedebat, et perrexisset, nisi frater eius eum apud Patrem Rectorem detulisset.

[52, 28] 3 Flumina habent propria nomina, sed quando exonerant se in mare, amittunt; sic in mundo homines, dum vivunt, fluunt et videntur aliquid esse, sed quando ingrediuntur mare mortis, perdunt nomen, nec est illorum amplius memoria.

[53, 29] 1 P. BOBADILLA dicebat quibusdam collegialibus:

51 P. Baptista Venetus. De hoc solebat P. Provinciali dicere *M* || 64 per *om.* *M*

<sup>39</sup> Ioannes Bapt. Vitalis (Vidal), venetus, i. Romae 20-II-1557 (*Rom.* 170, f. 9; *Hist. Soc.* 175, f. 103), 1562/63 «phys. secundi anni» aetatis 23. Soc. 6 (*Rom.* 78b; f. 27), 1564 «metaphysicus» (ib. 28v), 1565 «theologus» (ib. f. 31v), † Patavii 1574 (*Hist. Soc.* 42, f. 85).

<sup>40</sup> Videtur agi de Bartholomaeo de Verdina di Valdelugano, qui i. Romae 25-IX-1562 (*Rom.* 170, f. 58v). An. 1574 dicitur annorum 27, Societatis 12, non formatus, faber murarius (*Hist. Soc.* 41, f. 89). Frater erat Dominici de Verdina, etiam fabri murarii. PIRRI, *Giovanni Tristano*, p. 245.

— Vos estis iam hic, studetis quiete, comeditis et estis sicut capones qui infarcituntur et pinguescunt, deinde occiduntur;  
 75 sic Fratres nostri comedunt, student, et deinde mittuntur ut vadant ad martyrium.

[54, 30] 2 Cum Parisiis studeret una cum aliis P. Xaverius, quando videbat pueros hebraeos, dicebat: — Quomodo possemus istas animas iuvare? — [9] illoque tempore videbatur  
 80 desiderium illius sancti Patris iuvandi infideles a Deo ad hoc electus<sup>41</sup>, ut portaret nomen Christi<sup>42</sup>.

[55, 31] 3 Quadam vice decumbebat in domo professa Romae; cumque visitarem illum iacentem in misera subucula ex variis coloribus consarcinata, dicebat: — Discite paupertatem, iuvenes, amare.  
 85

[56, 32] 1 P. BORGIA. O quanti pretii est, quod Deus homini dederit oculos. Vultis huius doni dignitatem agnoscere? Considerate illum qui privatus est visu. Omnia oculis videmus sine fatigatione, imo magna cum delectatione. Est, nescio quid  
 90 divini in oculis. Sed debent tamen a longe res perspicui, alias abutimur illis, tantumque abest ut bene videantur, quin etiam excaecent, sicut experimur quando nimis prope adhibemus; tunc nihil prorsus videmus. Sic, quando creaturas nimis applicamus nobis, excaecant nos. Quid remedii contra istam caecitatem? Linire oculos luto, sicut Christus fecit caeco<sup>43</sup>, videre  
 95 nimirum vanitatem et vilitatem earum. Et quod signum huiusmodi sani hominis? Si omnia in verbo viderimus, sicut Christus ab instanti Incarnationis omnia vidit in Verbo; non sic quidem nos ut videamus Dei essentiam, non; sed Deum  
 100 loquentem in creaturis.

[57, 33] 2 Cum aliquando in generalatu male haberet, evocati fuimus ad domum aliquot cantores, ut illum recrearemus cantu. Petivit is librum, et quaesivit psalmum: « Laetatus sum in his, quae dicta sunt mihi »<sup>44</sup>. Ego observabam Patrem; aliquando elevabat in lecto oculos in coelum, aliquando claud  
 5 debat suavissime. Alia vice cum esset in collegio, Dominica « Oculi »<sup>45</sup>, pransus sum cum sua Paternitate. Finito prandio,

73 iam *sup. lin.* || 74 capones *add. postea* || 88-89 Omnia — delectatione *om. M* || 91 quin] quod *M*

<sup>41</sup> FX, 241.

<sup>42</sup> Cf. Act. 9. 15.

<sup>43</sup> Io. 9, 6.

<sup>44</sup> Ps. 121, 1.

<sup>45</sup> Dominica III in Quadragesima.

referebat quidam praecedenti die quinque fuisse suspensos. Pater sedens ad caminum iuxta ignem nihil dicebat ad haec, sed manibus gestus faciebat, oculos ad coelum levabat, et cogitabundus incipiebat orare. Ego haec omnia observabam diligenter.

[58, 34] 3 Cum adhuc viveret rex Sebastianus <sup>46</sup>, P. Generalis Borgia concio-[9v]nem habuit in festo S. Sebastiani apud S. Antonium de Padua, ubi est hospitale Lusitanorum <sup>47</sup>, cui concioni ego interfui, quae iam extat excusa, de Sagittis. Mirabar humilitatem tanti Patris; cum enim esset procerae staturae, cathedram tamen habebat tam humilem et angustam, ut non attingeret femur; ille tamen pergebat cum suo fervore; alius sensisset vertiginem, quia vix manibus attingebat cathedram.

[59, 35] 4 In suo generalatu habebat vestem inferiorem sottanam ex panno crasso, qui nec videbatur attonsus, adeo erat pilosus.

## C

[60, 36] 1 CAROLUS URSINUS (quem duxi in Germaniam Patavio) <sup>48</sup> de P. Baptista procuratore domus professae <sup>49</sup>, quod is soleret aliquando facere exhortationes nobilium; quando non poterat statim habere audientiam, convocabat domesticos quos poterat, et aliquid boni dicebat.

[61] 2 Solebat etiam aliquando accedere mensas nobilium, quando ludebant chartis et accipere pecunias ad impediendum ludum, dicens hilari modo: — Scio locum, qui magnopere indiget eleemosyna; et aliquando nolebant iterum accipere pecunias, quas tantum ioco acceperat.

25 (quem - Patavio) om. M || 26 post professae add. narrabat M || 27-31 non poterat - nobilium quando om. M ||

<sup>46</sup> Rex Lusitaniae (1554-1578).

<sup>47</sup> Templum vulgo dictum *San Antonio dei Portoghesi*, cui annexum erat hospitium nationale Lusitanorum.

<sup>48</sup> Carolus Ursinus (Orsini) romanus, n. 1544 (*Hist. Soc.* 175, f. 72), i. Romae 17-IX-1558 (*Rom.* 170, f. 20), 1564 \*physicus\*, 1565 \*physicus superioris classis\* (*Rom.* 78b, ff. 28v, 31v), 1565 missus Patavium (ib. f. 34), 1566 Rosephio et sociis Patavii se adiunxit, cum illis in Germaniam Superiorem destinatus (ib. 35v). † Romae 14-IX-1571 cum magno dolore Generalis Borgiae (*S. F. Borgia*, V, 639). SACCHINI, P. III, l. VII, n. 19.

<sup>49</sup> P. Io. Bapt. Pezzana († 1571), qui per annos circiter viginti fuit procurator domus professae romanae Societatis.

35 [62, 37] 3 Semel a cardinali quodam petiit eleemosynam, qui Patri dixit: — Padre mio, voi havete un buon mantello e una buona veste —. Respondit P. Baptista: — Monsignor Illmo.: Io non domando mantello nè una veste, ma denari.

[63] 4 Alius cardinalis amicus dixit P. Baptistae conquerendo: — Pater, vos abstrahitis mihi meos servitores —. Respondit Pater: — Ego sane nihil scio; ma se lui ha fatto questa resolutione, ha fatto molte bone [sic].

[64] 5 Iste Pater novit omnes suos; accedit aliquando eos et dicit: — Mei domi non habent quod manducent, moriuntur fame —; vel dicit: [10] — Data [sic] una botta di vino.

[65, 38] 1 P. CHRISTIANUS WESPHALUS professor theologiae Viennae<sup>50</sup>. Cum excinderentur mori arbores in nostra area pro scholis aedificandis, aiebat: — En istae arbores iam produxerunt flores, et spes affulgebat magnae fertilitatis, iam  
50 autem trunci iacent. Sic etiam, homo multa sibi proponit, et apparent signa magni fructus; sed ex insperato cadit.

[66, 39] 2 Iste P. Christianus, cum esset professor in academia, et quadam vice nulli auditores essent, haerebat, quidnam ei agendum esset, an legendum, vel domum revertendum.  
55 Denuo intra se dixit sibi: — Vide superbiam; propter auditores velles legere, non ita fiat —. Ascendit igitur cathedram et scamnis legit, subito autem supervenerunt duo auditores.

[67, 40] 1 P. CAROLUS GRIMM<sup>51</sup>, primus ex nostris Oeniponti fuit. Referebat nobis Viennae, illum servum gratiorem  
60 Domino esse, qui audita saepius liberalitate erga servos suos, se suamque operam isti Domino obstrinxisset, quam illum qui tantum ad tempus et pro mercede se obligasset ad serviendum. Ideo et Domino Deo magis grati sunt ii qui liberaliter se illi consecrant.

65 [68] 2 Dicebat aliquando se optare, ut saltem tam diu in servitio Dei vivere posset in Societate, quamdiu mundo servierat.

38 Io] ex M Un[†]R || 55 Denuo] Deinde M || 56 fiet M || 61 adstrinxisset M

<sup>50</sup> Christianus Rivius (Halverius, Halveranus: *Ital.* 53, f. 261), n. Bonn 1532, i. Romae 14-IX-1556 (*Germ.* 131, f. 275). A. 1561 Viennae inter professores theologiae adest: « P. D. Christianus concionator, Rectoris consiliarius, Wespha. ». † Fuldae 9-I-1581 (*Hist. Soc.* 42, f. 117).

<sup>51</sup> Carolus Grim, tyrolensis, n. ca. 1531 (*Germ.* 121, f. 207), i. Viennae 1551 (ib. 244), primus pervenit Oenipontem a. 1561 (DUHR, I, 188). De eo informationem misit Ignatio P. Delanoy (EM, II, 799). † Oeniponte m. decembri 1561 (*Hist. Soc.* 42, f. 99).

[69, 41] 1 P. CORNELIUS EXORCISTA DAEMONUM<sup>52</sup>, qui obiit Laureti, solebat dicere : — Si sentis te distractum in oratione, imiteris agasones, hi enim quando advertunt extra viam 70 declinasse bestias ad dextram vel sinistram, non regrediuntur, sed ex obliquo per arbusta et tribulos impellunt, donec iterum redeant ad viam rectam. Sic nos quando habemus distractiones.

[70] 1 P. CORNELIUS CONFESSARIUS<sup>53</sup> Viennae, ubi etiam mortuus est. Cum loqueremur de Leopoldo quodam iuvene, qui nobis invitis a senatu saeculari fuerat restitutus parentibus suis lamentantibus, dicebat inter suspiria et lachrymas : — Taedet me quodammodo vitae meae, quoniam talia videre cogor. [10v] 80

[71, 42] 1 CHRISTIANUS NOVIOMAGENSIS<sup>54</sup>. Cum illum P. Rector Ioan. Victoria<sup>55</sup> ad indulgendum fratri provocaret, narrabat exemplum quod P. Laynez Generalis Romae pro concione adduxerat. Medici apponunt sanguisugas, quae totum sanguinem exugere cupiunt ; sed medicus eas pro medicina appo- 85 suit, ideo sufferimus patienter et relinquimus. Sic ignoscendum inimicis, etiamsi nobis valde male cupiant, quia Deus nobis apponit pro medicina.

[72, 43] 1 CASPARUS QUIDAM. Obedientia et religio est mater nostra, a qua sugimus lac, sed quando maiores sumus habentes dentes, solemus matrem nostram quandoque mordere, 90 id est, molestias creare et cruciatus.

[73, 44] 1 P. CHRISTOPHORUS RODRIGUEZ<sup>56</sup>. Cum iremus ad S. Petrum, petebat a me, quot annos haberem in cursu theo-

<sup>52</sup> Cornelius Wishaven, qui aliquando munus exorcistae gessit. PC, II, 613-616, 619. KLEISER, *Ein Seeleneroberer*, p. 146.

<sup>53</sup> Cornelius Broghelmans, natus Brugis 1514, ingr. Lovanii 1546, prof. 4 vot. Romae 1556, † Viennae 21-VIII-1578 (*Hist. Soc.* 42, f. 105).

<sup>54</sup> Christianus Peijnincks (Numicius), noviomagensis, n. 1573, i. 16-XII-1559 Ingolstadii (*Germ.* 131, f. 272; *Austr.* 122, f. 35v); informatio de eo, facta a P. Henrico Blysssemio a. 1582 in *Austr.* 122, f. 40. Fuit professor Theologiae et Scripturae Sacrae Viennae. † Graecii 29-I-1599 (*Hist. Soc.* 42, f. 107).

<sup>55</sup> Ioannes de Vitoria Rector fuit col. Viennensis ann. 1558-1562.

<sup>56</sup> Natus 1520 in oppido Hita, dioec. Toletanae, i. 1554 Compluti, Rect. col. Gandiensis (1556), Vallisoletani (1557-1559), professor 4 votorum 22-VII-1559. Missus in Aegyptum ad procurandam unionem coptorum (1561-1563), deinde in Apuliam (1563-1564). Praepositus Prov. Tusciae (14-I-1565—VII-1571). † 12 - II - 1581. CASTRO, *Historia del Colegio ... de Alcalá*, I, ff. 125-133; SCADUTO, *Tra inquisitori e riforma-*

- <sup>95</sup> logico ; et cum responderem, tertium iam annum <sup>57</sup>, dicebat :  
 — Sufficiunt — ; et addebat bonum studium esse studere  
 patientiae, humilitati et mortificationi. Petebat etiam a me  
 (quia me noverat familiariter, fueram enim eius socius cubi-  
 culi, cum Viennam infirmus venisset) <sup>58</sup>, an desiderium habe-  
<sup>100</sup> rem fatigandi me pro Christi gloria ? Cumque diu cogeremur  
 ante portam cubiculi Pontificis Pii Quinti expectare, dicebat :  
 — Bonum opus facimus, quia explemus obedientiam.

- [74] 2 Omnia ad finem suum tendunt, adeo, quod etiam  
 terra, licet non in loco suo sit naturali, nimirum in tecto,  
<sup>5</sup> tamen producit herbas et flores, quandoque etiam arbores.  
 Quanto magis homo, qui creatus ad Dei visionem, ubique fruc-  
 tificare debet. Qui proficiscuntur Neapolim, non curant, etiamsi  
 una et altera nocte minus commode habitent. Sic nos, qui  
 tendimus ad beatam patriam, non debemus unam aut alteram  
<sup>10</sup> curare tribulationem, scientes finem fore cito.

- [75, 46] 3 In religione facit se homo certo quodam modo  
 impeccabilem. Cum enim omnia peccata procedant ex propria  
 voluntate et indiscreto abusu rerum creaturarum, nos qui sumus  
 indifferentes, et non magis praeponimus sanitatem infirmi-  
<sup>15</sup> tati, fit ut simus impeccabiles, modo [11] velimus. Ad tam  
 faelicem statum transtulit nos Deus.

## D

- [76] 1 P. DOMENICO. Sicut pictor multas habet imagines :  
 in una imitatur brachium, in altera caput, manus, oculos  
 etc., sic et nos debemus facere in sanctorum imitatione. Non  
<sup>20</sup> omnia conveniunt nobis, quae sancti fecerunt, sed ex omnibus  
 faciat sibi quisque imaginem quandam imitationis in vita et  
 moribus secundum nostrum institutum.

---

<sup>99</sup> venisset prius fuisset

ti, in AHSI, 15 (1946) 14-15 ; ID., *La missione di Cristóbal Rodríguez al Cairo (1561-1563)*, ibid., 27 (1958) 233-278.

<sup>57</sup> In catalogis dicitur eum studuisse theologiae annos 3, ex. gr., *Germ. Sup.* 21, ff. 35, 97v ; *Germ. Sup.* 19, f. 68. Haec studia Romae peregit annis 1563-1566.

<sup>58</sup> P. Rodríguez Viennam venit a. 1559, ubi mansit usque ad men-  
 sem iunium sequentis anni. De eius morbo v. *Quadrim.*, VI, 388-389.

## E

[77, 48] 1 P. EMANUEL SA <sup>59</sup>. Loquens quadam vice de fervore christianorum in India, dicebat : — Dominus videtur misisse ignem illum in illas terras, de quo locutus est in evangelio <sup>60</sup>.

[78, 49] 2 Nonne si habes vestem vel imaginem chari amici, illam servas, veneraris et oscularis, acsi ibi praesens esset in imagine ? Nam propter illum facis, cuius recordaris, et quasi in illam vestem collocas. Sic nos facimus cum imaginibus Christi et sanctorum et aliis rebus sacris.

[79, 50] 3 Quanta damna inferunt falsarii litterarum Apostolicarum et monetarum ? Ideo merito excommunicantur et extremo supplicio afficiuntur, quia totam rempublicam invadunt. Quid aliud faciunt haeretici et mali christiani ? Litteras Christi et monetas, quibus regnum coelorum emitur, falsificant. Quando miselli et pauperculi seducti, cum tali moneta venient ad Christum, dicet : — Non novi hanc monetam.

[80, 51] 4 Strenuus miles non cognoscitur domi in otio, sed tempore belli et conflictus. Sic Christus permittit ut, qui sunt eius, manifesti fiant et probentur. Sic Thomas ille Beatus Morus <sup>61</sup>, cum peteret spatium cogitandi de Pontificis potestate, studuit valde, et postea exclamavit : — O quam mirabiliter fundata est Romani Pontificis potestas ! —. Adeoque confirmatus fuit in sententia, ut mortem oppeteret.

[81, 52] 5 Solent mundani homines esse curiosi, currunt ad doctos, mirantur magnates ; Christum nemo fatigat accedendo, admirando. Si venisset in curru aureo [11v], o tunc Christi actio deberet esse nostra instructio. Sed quoniam pauper, pauci currunt post illum, sed omnes tantum loquuntur semper de pecuniis, fastu etc.

[82, 53] 6 Obiecta debent esse proportionata potentiis, nam auris non videt, nec nasus audit. Sic animalis homo non percipit ea, quae sunt spiritus Dei <sup>62</sup>, quia non est proportionatum obiectum, cum ipse sit carnalis.

<sup>49</sup> quoniam] quia *M*

<sup>59</sup> FN, I, 304<sup>1</sup>, 531<sup>6</sup>. Professor theol. in col. Romano 1556-1558, 1560-1561 ; Sacrae Scripturae 1557-1564, 1569-1570.

<sup>60</sup> Cf. Lc. 12, 49.

<sup>61</sup> Thomas More (1478-1535) sanctorum albo adscriptus a. 1935 una cum Ioanne Fisher, episcopo Durobrivensi (Rochester).

<sup>62</sup> 1 Cor., 2, 14.

[83, 54] 7 Pueri equitant super cannas et baculos, existimantes se aliquid magni esse. Sic qui in vanitatibus mundi versantur, putant se aliquid esse, equitant super istas arundines et frustra fatigantur; videbunt in fine quod innixi fuerint baculo arundineo.

60 [84, 55] 8 Nos imitatur frequenter rusticos, qui, ut calceis parcant, nudis pedibus incedunt per lutum. Sic, quando aliquid occurrit quod durum corpori, exuimus, nolumus illud pati; potius anima debet transire lutum, id est peccare, ut  
65 corpori bene sit.

[85, 56] 9 Eram in collegio quodam in illis initiis, in quo singulis diebus faciebamur triginta mortificationes, quod nec laudo, nec vitupero. Saltem modo deberemus nos vincere, ut, quando ad examen noctu accedimus, possimus invenire et  
70 videre, nos aliquid evacuasse, et Christo locum praeparasse. Alias nunquam erimus pleni Dei donis, nisi eiiciamus acetum imperfectionum.

[86, 57] 10 Religiosis loqui, qui se iuvant, paucis fieri potest. Sicut vas, quod integrum et fundum habet, facile et cito impletur, sed si vas confractum sit, nec fundum habeat, tota cisterna  
75 non sufficeret ad implendum illud, nam quod per unam partem ingreditur, per aliam iterum exit; sic qui non est fundatus in humilitate, etiamsi vas appareat ornatum aliis coloribus et donis, nihil est.

80 [87, 58] 11 Ad orationis praeparationem necessaria est gratia Dei; non potest anima assurgere in Deum. Sicut enim omnes medici et astrologi non possunt elicere nubes, nisi Deus eleve vapores, sic nisi Deus etc. [12] Deinde necessaria est puritas mentis a peccatis. Dicebat quidam sanctus: — Anima  
85 nostra est instar plumae; quando est humida, manet in terra, si est sicca surgit in aërem. Sic anima etc.

[88] 12 Qui vult transilire fossam, solet aliquot passus retrocedere, ut fortius currat et saltet. Nos qui debemus transire per mortem, deberemus nos retrahere, ne cadamus in abyssum aeternae miseriae.

[89, 59] 13 Gutta cavat lapidem etc. Flumina beneficiorum Dei fluunt et cadunt super cor nostrum, nec tamen emollitur cor nostrum marmoreum.

61 frequenter *om.* *M* || 64 id est peccare additum postea, ut videtur manu eiusdem librarii || 66 quo corr. ex quibus || 79 et donis *om.* *M* || 93 marmoreum prius ferreum



[90, 60] 14 Res pretiosas includit dominus, ut a servis  
aperiri non possint; qui si attentarent, castigarentur. Sic Domi- 95  
nus in sacramento inclusit mysterium altissimum, quod totus  
mundus aperire non potest; et tu tua curiositate vis atten-  
tare? Castigaberis.

## F

[91, 61] 1 P. FRANCISCUS TOLETUS <sup>63</sup>. Baptizans dicit par-  
vulo: « Epheta »; qui mittit angelos suos spiritus <sup>64</sup>, ait David. 100  
Nostri Fratres sunt angeli Dei; quando mittuntur a Domino,  
debent esse spiritus, viri spirituales et ignis ardens, comburens  
charitate et vitia exurens.

[92] 2 Quando peccator conteritur propter sua peccata,  
statim datur illi gratia; quando accedit ad confessionem, 5  
multiplicatur et maior efficitur gratia; quod si nolit ad con-  
fessionem accedere et id quod videbatur habere, auferetur  
ab eo.

[93] 3 Gentiles non possunt conqueri, quod Dominus illis  
abstulerit in lege naturae vim iustificandi; nam si Pontifex 10  
exueret hominem veste sordida, eique diceret: — Venias ad  
S. Petrum, ego tibi dabo vestem auream —; quod si non  
veniret, sibi deberet culpam ascribere. Sic Deus dicit: — Fa-  
cite vos, gentiles, quod in vobis est, vivite secundum legem  
naturae, ego monstrabo vobis veritatem. [12v] 15

[94, 63] 4 Plato scribit de quodam, qui habebat excellentem  
olfactum, cumque quadam vice sentiret fumum gratum, inci-  
piebat miser masticare. Miser et simplex erat ille; debebat  
quaesivisse, undenam proveniret ille fumus. Sic multi semper  
aspirant ad bene esse, et quando sentiunt solum fumum, illum 20  
comedunt, honores scilicet, voluptates etc.; miseri tales sunt,  
cum deberent potius currere ad fontem satietatis, qui Deus  
est.

[95, 64] 5 Sicut cedri et arbores Italiae magna cura in Ger-  
mania conservantur, quia non sunt illius regionis, sic gratia 25  
Dei magno studio et sollicitudine conservanda, ne pereat, quia

11 venies M

<sup>63</sup> Franciscus Toledo (1532-1596), professor theologiae scholasticae  
in col. Rom. 1562-1568, postea cardinalis. In catalogo anni 1562 dicitur  
esse 29 annorum, 5 Societatis (*Rom.* 78b, f. 27).

<sup>64</sup> Ps. 103, 4.

non est humanum quid, aut mundi huius, sed quid coeleste et beatificum.

[96, 65] 6 Homines qui non expectant futuram gloriam, sed  
 30 sua solatia hic quaerunt, sunt similes iis hominibus, qui invitati ad prandium splendidum, non possunt tempus prandii expectare, sed antevertunt, comedentes interim panem siccum, cepas. Quando autem appropinquat tempus prandii, non habent amplius appetitum, nec facultatem comedendi. Sic illi,  
 35 quando evocantur ex hoc mundo, nullum gustum sentiunt ad gloriam futuram.

[97, 66] 7 Vis videre gratiae pulchritudinem? Si carbonarius in gratia Dei constitutus occurreret principi, qui videre posset pulchritudinem carbonarii, optaret is ut semper staret  
 40 in conspectu suo.

[98] 8 Est quaedam fames in humana natura, quae nunquam in vitiis satiari potest. Cogitat enim peccator et secum concludit: — Hoc faciam tantum hac vice, deinde quiescam et ad Christum me convertam —. Sed, miser, postea multo  
 45 magis desiderabit. Sunt isti miselli similes illis, qui noctu somniant se comedere, bibere, pecunias possidere. Dormiunt somnum suum, sed quando evigilant, nihil horum fuisse experiuntur. Sic contingit in hoc mundo. Semper est fames ad haec et illa etc. Deus hoc sciens, voluit remedium instituere,  
 50 unde posset satiari appetitus tuus: Sanctissimum nimirum Sacramentum.

[99, 67] 9 In Sanctissimo Sacramento substantia panis facit, sicut quando ingreditur [13] magnus dominus domum alterius; iam cedit domino tanto, et sicut servus stat in pedibus.  
 55 Sic substantia panis recedit, et omnia accidentia manent sine subiecto.

[100, 68] 10 Quadam vice S. Basilius disputabat cum quodam de divinitate, et cum alter ex suo errore quaedam facillima obiiceret, quae quivis in lumine naturae cognoscere posset,  
 60 dicebat ei S. Basilius: — Ego magis pie et magnifice sentio de meo inenarrabili, quam tu; tribuo enim ei tanta, quae neque tu neque angeli cognoscere possunt.

[101, 69] 11 Pater noster beatæ memoriae (arbitror intellexisse P. Laynez) solebat dicere: — Quando rustici veniunt ad  
 65 confessionem, non est ab illis extorquendum, quanto tempore se praepararint ad confessionem. Nam quod intra brevissi-

54 iam] nam *M* || 62 cognoscere] intelligere *M*

mum tempus non faciunt, non plura praestarent, imo fere minus, si per octo dies se praepararent.

[102, 70] 12 Agebat aliquando de fraterna correctione, et dicebat : — Humilitas est regina omnium virtutum, sine illa enim nihil fieri potest. Vultis videre ? In istis ruinis romanis, quando volunt iacere fundamenta, debent fodere profunde, quia inniti antiquis ruinis nihil solidi est, nisi forte parvus murus erigendus sit. Sic nihil magni momenti praestare possumus in religione sine humilitate ; fieri quidem potest, ut aliquid appareat forinsecus, sed erit sine solido fundamento.

[103] 13 Vis videre exemplo, quam bono animo debeas accipere admonitionem ? Si ad portam collegii veniret magnus nobilis, qui te vocaret, tu autem scripseras et atramento maculaveras faciem ; ianitor autem te moneret, ut lavares te prius nonnihil ; tantum abest, ut irascereris ianitori, ut etiam pro admonitione illa magnas gratias ageres. Quanto magis ergo deberes gratias agere de maculis et erroribus, qui coram Deo magis abominabiles apparent.

[104] 14 Dicas mihi : si in aliqua silva essent latrones, qui omnes portantes [13v] tales et tales pileos, interficerent, te autem quidam admoneret : — Cave ne talem feras pileum, alias interficeris —, quales illi gratias ageres ? Vide, omnes poenae totius mundi nihil sunt respectu poenarum futuri saeculi, etiam pro minimo peccato veniali.

[105, 71] 15 Posset aliquis dicere : — Sum contentus ut alius in me notet defectum, sed vellem ut mihi et non superiori diceret —. Sed hoc sine ratione dicitur. Dicas mihi : si aliquis te voluisset admonere de aliquo defectu, tu autem noluisses audire, sed dixisses : — Eas et dicas Superiori — ; certe tunc nullam haberes occasionem expostulandi cum illo. Vide, mi Frater, idem plane fecisti quando ingressus es Societatem in qua inter caeteras, est una regula quae de hac re loquitur <sup>65</sup>. Ergo dedisti licentiam universalem.

[106] 16 Sed dicet adhuc aliquis : nollem hoc scire superiorem de me quia cogitabit nescio quid sinistri de me. Male suspicaris. Si Deum non times, qui debet iudicare, quare hominem vermiculum times ? Deinde certissimum est, quod superiores meliora de nobis cogitent, quam revera simus. Utinam tam

<sup>68</sup> si - dies corr. ex quam si octo dies || <sup>77</sup> debeas corr. ex deberes

<sup>65</sup> De correctione fraterna agunt regulae 9 et 10 *Summarii*, exceptae ex *Examine*, cap. 4, n. 8.

5 bonus ego sim, quam bonum vos me esse iudicatis. Sed times poenitentiam? Sed nec hanc quidem timere debes. Audi, cum quidam destinatus ad patibulum fuisset, ex gratia damnatus ad triremes, videbatur sibi adeptus novam vitam. Quid fecisset et dixisset, si tantum quinque Pater et Ave ei fuissent recitanda? Sic nos peccatis nostris meremur gravissimas poenas, superiores interim delent levissima quadam poenitentia.

[107] 17 Semel quidam devotus valde instanter orabat. Hoc diabolus invidens, quadam vice apparebat ei in forma angeli  
15 dicebatque: — Quandoquidem tam devote oras, Dominus Deus misit me ad te, tibi ut revelarem, te esse reprobatum et damnatum; ne igitur fatigeris in posterum —. Cui respondit devotus ille: — Ego non inservio Deo meo, ut mihi coelum det, neque ut fugiam poenas inferni, sed quia dignus est, [14] cui  
20 serviam; poteris igitur cum tua revelatione abire —. Sicque disparuit malus spiritus.

[108, 72] 18 Vas foramen habet, per quod egreditur vinum sine ulla difficultate per se, si foramen relinquatur apertum. Sic se res habet cum nostris sensibus; si fuerint aperti, quicquid  
25 quid est in anima facile effluet. Quando homo interdum est distractus, non facile reducet animam suam ad quietem, sicut aqua minimo digito mota, intra mediam horam vix quiescet.

[109] 19 Horologium rotatum parvulum facillime irritatur, sed illud redigere iterum in ordinem, hoc opus, hic labor<sup>66</sup>; sic quando intermittitur aliquis actus virtutum, non tam  
30 facile restituitur.

[110] 20 Si quis invitatus ad splendidum prandium, prius domi comedisset allia, pro stulto haberetur. Sic Christus nos in oratione invitat ad suam mensam, nos autem prius sensuum  
35 nostrorum allia comedentes, an non stulti reputabimur?

[111, 73] 21 Quando aliquis est in molendino, nihil audit propter strepitum, nec quidem facile, etiamsi exeat. Sic quando quis deditus est istis exterioribus, ita impeditur, ut audire non possit quid Dominus Deus illi loquatur.

40 [112, 74] 22 Si aliquis haberet baculum, cum quo si tangeret quadrinos statim fierent scuta aurea, haberet autem plurimos quadrinos, nollet autem eos tangere illo baculo, an non stultissimus esset? Ecce nostra opera, etiam minima, si referantur in Deum, fiunt aurea et merentur vitam aeternam.

<sup>66</sup> Cf. *Aeneis*, VI, 129.

[113, 75] 1 FABIANUS <sup>67</sup>. Noster coadiutor Matthaeus natione gallus <sup>68</sup> semel ivit cum sua mula pro aqua. Incidit in illum quidam monachus augustinianus, eumque interrogavit: — Quis es, theatine? — Respondit Matthaeus: — Non sum theatinus, sed de Societate Iesu —. Cui iterum monachus: — Cur ita cum mula per plateas incedis, et non sicut alii tui ordinis? <sup>50</sup> — Respondit Matthaeus: — Ego facio meam obedientiam —; et concionabatur monacho, ita ut remaneret stupidus, diceretque: — Utinam, Frater mi, [14v] ita ego obedirem superiori meo, sicut tu tuo.

[114, 76] 2 Alia vice illa mula alba noluit ulterius procedere; et cum in platea subsisteret un cocchio, clamabat more suo: — Via, mula vecchia —. In curru autem sedebat annosa quaedam matrona. Auriga putans Matthaeum vetulae insultasse, voluit eum percutere. Sed bonus Frater excusavit se coram adstantibus, qui accurrerant, monstrans dentes mulae, <sup>60</sup> quod esset antiquissima, et quod soleret illi ita inclamare. Contenti alii, discessit bonus Frater incolumis.

[115, 77] 3 Eadem mula alia vice insiliit in equum alterius, qui aquam vendebat, fregit lagenas et haesit in funibus, et trahebatur ab equo; tamen funes fuerunt abscissi, et magna <sup>65</sup> cum furia venit alter, poscens satisfactionem pro lagenulis et funibus. Matthaeus respondit: — Questa mula è cattiva e mi dà gran travaglio, siuma [sic] ancora poveri —. Adeo contentus discessit alter, ut Matthaeo faceret semper reverentiam, quando occurrebat. <sup>70</sup>

[116] 4 Profectus idem Tibur pro lapidibus, quidam in itinere vexabant illum semper: — O Galle etc. —; ipse vero exhibuit eis reverentiam inclinato capite. Tandem incidit in dominum illorum servorum, quem salutavit Matthaeus dixitque: — Domine, tu habes famulos, qui vexant me, ego autem sum <sup>75</sup> pauper religiosus. Tu certe non deberes pati in domo tua tales servos, praebent enim aliis magnum scandalum —. Dominus his auditis acerrime reprehendit famulos, quod sanctum hominem non relinquerent in pace, qui non serviret pro pecuniis, sed ex amore Dei, quique serio curaret salutem animae suae. <sup>80</sup>

<sup>50</sup> et non - ordinis om. M || <sup>68</sup> travaglio in marg.

<sup>67</sup> Fabianus Lalli, italus. A. 1564 professor grammaticae in col. Rom., (*Rom.* 78b, f. 29); 1566 prof. humanitatis in Seminario, Romae (ib. f. 38v); 30-IV-1572 dimissus e Societate (*Inst.* 117a, f. 295a).

<sup>68</sup> « Matthaeus gallus, laniator »: SOMMERVOGEL, *Les jésuites de Rome*, « Matthaeus gallus, lanius »: (cat. 1562, *Rom.* 78b, ff. 27v, 29).

[117, 78] 1 M. FRANCESCO, sartore vecchio del collegio Romano<sup>69</sup>. Quando accedebat P. Ignatium in aliqua tribulatione statim evanescebat. Et aliquoties ex manibus eius communicabat, sentiebatque in anima sua talem consolationem, quae  
 85 exprimi non poterat. Et quando [15] ille Pater cubiculum ab oratione egrediebatur, videbatur ambulare cum quadam laetitia.

[118, 79] 1 P. FRANCISCUS STEPHANUS<sup>70</sup>. Messanae in Bachanalibus quatuor e nostris exierant, ut concionarentur in plateis non habita licentia P. Rectoris, licet eis fecisset potestatem P. Antonius † Vinck †, qui prius fuerat Rector<sup>71</sup>. Concionati sunt; quod cum rescivisset P. Rector, statim ex obedientia venit Frater missus ad locum, ubi concionabatur P. Stephanus, quem non fuit ausus interpellare, sed concione finita  
 95 significavit mandatum P. Rectoris. Venerunt domum, sed ad ultimam portam non fuerunt intromissi, petierunt eleemosynam, quae illis data; quam cum absumpsissent alla portoria, vocati ad cubiculum Rectoris Patris Hannibalis Codreti, qui bonam eis iniunxit disciplinam.

100 [119] 2 Alia vice cum venisset ex quodam loco, et videret pugnam praeparari inter Calabres et Turcas et aedificatum ex ligno aliquid, ipse ascendit, praeparavit sibi suggestum, et mirabiliter concionatus est populo spectanti. Finita concione supervenit maxima pluvia, sicque impeditum illud spectaculum cruentum.  
 5

[120, 80] 3 Alia vice accessit illum Patrem quidam nobilis, quin potius invasit, et petiit an sciret ludere chartis. Pater respondit: — Quidni? —. Accepit igitur omnia folia et laceravit in partes. Nobilis magnas ei gratias egit. Cum alia vice  
 10 videret histrionem *salta in banco* ad se traxisse catervam ma-

91 Vinck] Ruick [1] R M || 9-13 Cum alia - rebus maneret om. M.

<sup>69</sup> Nomen Francisci sartoris itali invenitur in omnibus catalogis collegii Romani annorum 1561-1564 (*Rom. 78b*, ff. 20, 25v, 27v, 29).

<sup>70</sup> Franciscus Esteban (dictus Stephanus) hispanus valentinus, n. 1536/7, i. 1552, † 1576. A. 1553 missus est in col. Meesanense (*Chron.*, III, 200), unde nonnullas litteras quadrimestres exaravit. Informationes de eo habentur in *Quadrim.*, V, 375<sup>4</sup>, *Sic. 59*, f. 104v, *Hist. Soc. 41*, f. 125v. A. 1562 «physicus secundae classis» in col. Romano (*Rom. 78b*, f. 27), a. 1564 «theologus» ibid. (ib. f. 28v).

<sup>71</sup> A. 1553 Rector col. Messanensis erat P. Antonius Vinck, sed eodem anno missus est Bibonam, eiusque vices gessit ad tempus P. Hannibal de Coudreto nondum sacerdos (*Chron.*, III, 193, 221), qui sequenti anno Panormum venit ad sacros ordines suscipiendos.

gnam hominum, Pater e regione illius nugatoris incepit concionari, cui abstraxit auditores, ita ut levis ille homo solus maneret.

## G

[121, 81] I P. GEORGIUS SCHERER <sup>73</sup>, quadam vice mihi dicebat: Si accurrunt homines (quando excitatum incendium in aedibus proximi, vel quando aliquid aliud accidit) ita ut obli-  
viscantur suarum rerum domi, quare nos non accurreremus  
quando videmus animas proximorum perire? [15v]

[122] I GEORGIUS ANGLUS <sup>73</sup>. Quando video saeculares homines sedentes, videntur mihi desolati et afflicti. Narrabat mutationem mirabilem P. Thomae angli <sup>74</sup> (studebat is mecum theologiae Romae) fuerat enim doctor et archidiaconus Londini, facetissimae naturae, iam effectus agnus, humilis, simplex, taciturnus.

[123] I GABRIEL MERCADO <sup>75</sup> fuerat Viennae. Ausus fuit P. Bobadilla ire ad Paulum IV Pontificem Maximum, eique dicere: — Pater Sancte, nisi hoc feceritis, ibitis ad infernum —. Summe amabat et venerabatur Pontifex illum Patrem, et aliquando ita excipiebat illum, ut amplecteretur <sup>76</sup>.

[124, 82] I P. GORRAEA. O miser, si tibi apponerentur quadraginta fercula, et inter illa tantum unum esset veneno mixtum, vellesne omnia secure comedere, quasi ultimum tantum esset infectum? Non hoc faceres. Sic peccator tot annos habet,

30 quadraginta] 40 M

<sup>73</sup> Natus Schwatz in Tyrolia a. 1540, ingr. 1559, † 26-XI-1605. (*Hist. Soc.* 41, f. 146v; *Hist. Soc.* 34, f. 192v); DUHR, I, 798-820.

<sup>73</sup> Georgius Warus, anglus, i. Romae 13-X-1562 (*Hist. Soc.* 170, f. 59), philosophus in col. Rom. a. 1564 (*Rom.* 78b, f. 28), an. 1566 mense martio missus Lauretum cum P. Couvillon (ib. f. 35), deinde in Prov. Aquitaniae. A. 1574 Viennae versabatur (*Hist. Soc.* 41, f. 148). De eo v. *Responsa* (FGes. 77/II), f. 222.

<sup>74</sup> Thomas Darbighicius (Darvisirus), anglus, i. Romae 1-V-1563 (*Rom.* 170, f. 61v, 1562-1564 theologus in col. Rom. (*Rom.* 78b, ff. 27, 28v), VIII/1564-I/1565 missus in Germaniam Superiorem (ib. f. 32v), a. 1566 Dilinga missus in Angliam (PC, II, 663).

<sup>75</sup> Romanus, i. Romae 19-IX-1558 (*Rom.* 170, f. 20), † Romae 25-VII-1621 (*Hist. Soc.* 42, f. 13). Vid. *Hist. Soc.* 41, f. 104v; *Rom.* 53, f. 34; *Austria*, 122, f. 4.

<sup>76</sup> LETURIA, *Los « Recuerdos » presentados por el jesuita Bobadilla al recién elegido Paulo IV*, in: EI, I, 447-459.

sperat se in ultimo velle resipiscere, cum tamen forte tertium  
 35 aut quartum ferculum anni vitae sit morte mixtum.

[125, 83] 2 Qui transit ponticulum lubricum fluminis et  
 aspicit aquam praeterfluentem, patietur cerebri vertiginem;  
 oportet igitur sursum aspicere. Sic qui vivunt in isto mundo,  
 qui aspiciunt labentia, corruunt facile; sed qui aeterna con-  
 40 templantur, transeunt illaesi.

[126, 84] 3 Abraham habebat duos filios, luctabantur simul  
 sed fortior erat Ismaël, Sara autem amabat unice Isaac, quem  
 iuvabat. Sic nos debiles sumus, quando volumus luctari cum  
 carne, sed si accesserit gratia Dei, efficiemur fortiores.

45 [127, 85] 1 GRATIANUS, coadiutor optimus Viennae <sup>77</sup>. Semel  
 loquebatur ille de missionibus nostrorum hinc inde, narrabat  
 se magno affici gaudio quando ignoti et peregrini veniebant.  
 Inter caetera dicebat: — Nostra Societas nobiscum procedit si-  
 cut sartor, quidam qui multas easque diversas habet particulas,  
 50 una non est apta pro hac parte, sed commoda et optima pro  
 altera re. Sic aliquando non sumus adeo apti pro hoc loco, vel  
 officio, mutamur et aptissimi efficimur. [16].

## H

[128] 1 P. HIERONYMUS NATALIS cui post Deum multum  
 debeo, cum enim Viennam venisset Commissarius anno 1562,  
 55 meque obrutum concionibus vidisset et deficere corpore, volun-  
 tate R. P. Generalis Laynez me Romam ad theologiae studia  
 secum abduxit anno 1563 4 septembris, cum agerem annum  
 vigesimum quintum aetatis meae <sup>78</sup>.

[129, 86] 2 Antonius Rion, coadiutor <sup>79</sup>, in saeculo agebat  
 60 mulam. Romae vocatus a nostro B. P. Ignatio ad se in qua-

44 efficiemur *M* || 46 loquebatur ille] loquebar illi *M* || 50 apta] comoda *M* |  
 commoda] apta *M*

<sup>77</sup> Faber lignarius et murarius italicus mortuus Viennae peste 13-  
 X-1563 (*Austr.* 122, f. 3, 4v; *Hist. Soc.* 24, f. 103v).

<sup>78</sup> P. Natalis visitationem col. Viennensis instituit a. 1563, in-  
 de a die 18 martii (BAUNSBERGER, IV, 117 <sup>2</sup>; de hac visitatione v. SOCHER,  
*Historia Prov. Austriae*, p. 103). Absoluta visitatione domorum Ger-  
 maniae, die 12 februarii 1564 Romam pervenit, ubi Superintendens col.  
 Romani fuit nominatus (PC, II, 635-636), habitans primum in hoc col-  
 legio (*Rom.* 78b, f. 28v) et inde a mense ianuario 1565 (saltem) in domo  
 professa (ib. f. 31).

<sup>79</sup> Antonius Rion, coadiutor, n. ca. 1529 in Pedemonte, i. Romae  
 mense ian. 1543. De eo v. FN, I, 591, 611, 712.



dam domo, petivit a nostro Patre : — Qui estis vos ? — Pater explicavit ei nostrum Institutum et statim secutus est Patrem.

[130, 87] 3 Quidam Iacobus <sup>80</sup>, mirae simplicitatis homo, venit ad nostros Parisiis primos Patres, et P. Faber traxit illum. Semel voluit fieri eremita, discessit Lutetia ad quam- 65  
dam silvulam, et ibi componebat se, suaeque omnia. Et ecce media nocte veniebant agasones, Lutetiam cum mercibus petentes. Auditis nolis et campanulis mulorum, putabat daemones esse, et incepit clamare : — « Et Verbum caro factum est ». — Mane statim rediit ad domum nostram. Mirabilis plane 70  
vir erat, cui tantum noster B. Pater fidebat, ut illum mitteret ad mulieres peccatrices, quas convertibat. Solebat etiam ire ad forum, et iuvenes derelictos quaerere, quos eleemosynis tam corporalibus quam spiritualibus iuvabat.

[131, 88] 4 Erat quidam germanus iuvenis, qui valde abhor- 75  
rebat a disciplinis, quem consolabatur P. Natalis his verbis : — Non facias ullam disciplinam, nisi P. Ignatius tibi dicat. — Paulo post idem factus est omnium ferventissimus.

[132, 89] 5 Idem coadiutor Iacobus, antequam noster esset venit ex Gallia Barcinonam, volebat omnino studere. Quae- 80  
dam matrona dedit ei quasdam pecunias. Venerat etiam ad quoddam monasterium, petens a Priore sustentationem, se enim velle studere, et studuerat Lutetiae legere. Debebat is semel concionari, ibat ad nostrum B. Patrem et petebat : — Pater, quid debeo dicere ? — Respondit Pater : — Quid tibi 85  
videtur ? — [16v] Dixit Iacobus : — O, Pater, apud Cicero- nem est pulchra oratio pro Milone, crediderim fore valde com- modam ad concionandum —. Respondit Pater : — Legas ergo, erit sane bona —. Bonus Iacobus admodum consolatus, ibat gaudens ad alios, dicens : — O, Pater dixit me debere legere 90  
orationem pro Milone, valituram enim ad concionandum.

[133, 90] 6 B. P. Ignatius semel ut concionaretur P. Nata- lis conabatur persuadere multis rationibus : — Tu es doctus,

68 mularum M || 92 post semel add. voluit M

<sup>80</sup> In documentis vocatur Iacobus Hispanus vel Jacome spagnolo. Videtur esse unus e tribus nepotibus Archidiaconi barcinonensis Diego Caçador (MI, *Epp.*, I, 94). Ingressus Romae in Societatem, a. 1546 Ignatius eum adhibuit in conversione meretricum (FN, II, 206 : ubi corrige errorem quo Iacobum interpretati sumus Eguía). Eodem anno missus est Venetias, 1548 Messanam, 1552 Bassanum, 1554 in Germaniam (*Chron.*, VI, 127), 1556 Venetias, ubi ut videtur an. 1557 mortuus est. FX, 241 <sup>8</sup>. Eandem rem narratam vide infra, MON. 30, n. 5, pp. 579-580.

sperat se in ultimo velle resipiscere, cum tamen forte tertium  
 35 aut quartum ferculum anni vitae sit morte mixtum.

[125, 83] 2 Qui transit ponticulum lubricum fluminis et  
 aspicit aquam praeterfluentem, patietur cerebri vertiginem;  
 oportet igitur sursum aspicere. Sic qui vivunt in isto mundo,  
 qui aspiciunt labentia, corruunt facile; sed qui aeterna con-  
 40 templantur, transeunt illaesi.

[126, 84] 3 Abraham habebat duos filios, luctabantur simul  
 sed fortior erat Ismaël, Sara autem amabat unice Isaac, quem  
 iuvabat. Sic nos debiles sumus, quando volumus luctari cum  
 carne, sed si accesserit gratia Dei, efficiemur fortiores.

45 [127, 85] 1 GRATIANUS, coadiutor optimus Viennae <sup>77</sup>. Semel  
 loquebatur ille de missionibus nostrorum hinc inde, narrabat  
 se magno affici gaudio quando ignoti et peregrini veniebant.  
 Inter caetera dicebat: — Nostra Societas nobiscum procedit si-  
 cut sartor, quidam qui multas easque diversas habet particulas,  
 50 una non est apta pro hac parte, sed commoda et optima pro  
 altera re. Sic aliquando non sumus adeo apti pro hoc loco, vel  
 officio, mutamur et aptissimi efficimur. [16].

## H

[128] 1 P. HIERONYMUS NATALIS cui post Deum multum  
 debeo, cum enim Viennam venisset Commissarius anno 1562,  
 55 meque obrutum concionibus vidisset et deficere corpore, volun-  
 tate R. P. Generalis Laynez me Romam ad theologiae studia  
 secum abduxit anno 1563 4 septembris, cum agerem annum  
 vigesimum quintum aetatis meae <sup>78</sup>.

[129, 86] 2 Antonius Rion, coadiutor <sup>79</sup>, in saeculo agebat  
 60 mulam. Romae vocatus a nostro B. P. Ignatio ad se in qua-

44 efficiemur *M* || 46 loquebatur ille] loquebar illi *M* || 50 apta] comoda *M* |  
 commoda] apta *M*

<sup>77</sup> Faber lignarius et murarius italicus mortuus Viennae peste 13-  
 X-1563 (*Austr.* 122, f. 3, 4v; *Hist. Soc.* 24, f. 103v).

<sup>78</sup> P. Natalis visitationem col. Viennensis instituit a. 1563, in-  
 de a die 18 martii (BAUNSBERGER, IV, 117<sup>2</sup>; de hac visitatione v. SOCHER,  
*Historia Prov. Austriae*, p. 103). Absoluta visitatione domorum Ger-  
 maniae, die 12 februarii 1564 Romam pervenit, ubi Superintendens col.  
 Romani fuit nominatus (PC, II, 635-636), habitans primum in hoc col-  
 legio (*Rom.* 78b, f. 28v) et inde a mense ianuario 1565 (saltem) in domo  
 professa (ib. f. 31).

<sup>79</sup> Antonius Rion, coadiutor, n. ca. 1529 in Pedemonte, i. Romae  
 mense ian. 1543. De eo v. FN, I, 591, 611, 712.

dam domo, petivit a nostro Patre : — Qui estis vos ? — Pater explicavit ei nostrum Institutum et statim secutus est Patrem.

[130, 87] 3 Quidam Iacobus <sup>80</sup>, mirae simplicitatis homo, venit ad nostros Parisiis primos Patres, et P. Faber traxit illum. Semel voluit fieri eremita, discessit Lutetia ad quam- 65 dam silvulam, et ibi componebat se, suaque omnia. Et ecce media nocte veniebant agasones, Lutetiam cum mercibus petentes. Auditis nolis et campanulis mulorum, putabat daemones esse, et incepit clamare : — « Et Verbum caro factum est ». — Mane statim rediit ad domum nostram. Mirabilis plane 70 vir erat, cui tantum noster B. Pater fidebat, ut illum mitteret ad mulieres peccatrices, quas convertibat. Solebat etiam ire ad forum, et iuvenes derelictos quaerere, quos eleemosynis tam corporalibus quam spiritualibus iuvabat.

[131, 88] 4 Erat quidam germanus iuvenis, qui valde abhor- 75 rebat a disciplinis, quem consolabatur P. Natalis his verbis : — Non facias ullam disciplinam, nisi P. Ignatius tibi dicat. — Paulo post idem factus est omnium ferventissimus.

[132, 89] 5 Idem coadiutor Iacobus, antequam noster esset venit ex Gallia Barcinonam, volebat omnino studere. Quae- 80 dam matrona dedit ei quasdam pecunias. Venerat etiam ad quoddam monasterium, petens a Priore sustentationem, se enim velle studere, et studuerat Lutetiae legere. Debebat is semel concionari, ibat ad nostrum B. Patrem et petebat : — Pater, quid debeo dicere ? — Respondit Pater : — Quid tibi 85 videtur ? — [16v] Dixit Iacobus : — O, Pater, apud Cicero- nem est pulchra oratio pro Milone, crediderim fore valde commodam ad concionandum —. Respondit Pater : — Legas ergo, erit sane bona —. Bonus Iacobus admodum consolatus, ibat gaudens ad alios, dicens : — O, Pater dixit me debere legere 90 orationem pro Milone, valituram enim ad concionandum.

[133, 90] 6 B. P. Ignatius semel ut concionaretur P. Natalis conabatur persuadere multis rationibus : — Tu es doctus,

68 mularum M || 92 post semel add. voluit M

<sup>80</sup> In documentis vocatur Iacobus Hispanus vel Jacome spagnolo. Videtur esse unus e tribus nepotibus Archidiaconi barcinonensis Diego Caçador (MI, *Epp.*, I, 94). Ingressus Romae in Societatem, a. 1546 Ignatius eum adhibuit in conversione meretricum (FN, II, 206 : ubi corrige errorem quo Iacobum interpretati sumus Eguía). Eodem anno missus est Venetias, 1548 Messanam, 1552 Bassanum, 1554 in Germaniam (*Chron.*, VI, 127), 1556 Venetias, ubi ut videtur an. 1557 mortuus est. FX, 241 <sup>8</sup>. Eandem rem narratam vide infra, MON. 30, n. 5, pp. 579-580.

versatus in linguis, habes praesidia multa —. Tunc P. Natalis  
 95 respondit : — Bene, Pater, concionabor quidem, sed tu interim orabis pro me —. Sed nunquam fuit ausus Pater ipsum mittere ad concionandum Romae.

[134] 7 P. Andreas Frusius erat vir mirabilis ; dixerat Patri  
 se nunquam habuisse praeceptorem, interim erat in omnibus  
 100 versatissimus. Venit Romam cum P. Polanco Patavio <sup>81</sup>. Quando concionabatur Romae, paucissimos habebat auditores, videbaturque nostrum templum desolatum.

[135] 8 In Sicilia erat quidam Frater, qui nunquam poterat  
 ab aliis tentari. Pater subornabat aliquos qui ipsum vexarent,  
 5 sed frustra, non enim poterant illum movere ; erat plane homo mirabilis.

[136, 91] 9 Quando P. Natalis venit ad Societatem, habebat  
 famem caninam ; semper de ea confitebatur, quod nimium  
 comedisset. Interim tamen confessarius non ei auferebat scrupulum.  
 10 Semel accessit P. Ignatium in horto, et Pater dicebat : — Quid vis ? — Cui P. Natalis : — Cuperem habere consilium, nam in mensa semper nimium comedo —. Dixit P. Ignatius : — Quid ergo comedis ? — Respondit P. Natalis : — Comedo, quod alii comedunt —. P. Ignatius ulterius quaesivit : — Quare  
 15 comedis ? — Ad laudem Dei, Pater —. Conclussit B. Pater : — Ergo comedas —. Hoc verbo absternit illi omnem scrupulum, haud secus ac si pallium exuisset.

[137, 92] 10 In festo S. Ioannis Baptistae, tempore recreationis petiit ab Antonio sutore nostro italo Viennae <sup>82</sup> ut aliquid  
 20 boni diceret in corona Fratrum. Incoepit narrare : — Diabolus me saepe tentat quod sim illitteratus. Ego ei respondeo me doctum esse, et tres litteras scire : charitatem [17], obedientiam, perseverantiam. Quando hoc audit, recedit.

[138] 11 Cum semel mihi loqueretur de P. Lamberto Auro <sup>83</sup>

<sup>81</sup> Absolutis theologicis studiis Patavii (1542-1546), Andreas Frusius, Ioannes de Polanco et Hieronymus Otello inde egressi sunt 4 sept. 1546 (*Chron.*, I, 172, n. 120). Frusius et Otello recta via Romam petierunt. Polancus in aliis urbibus immoratus est. MARTINI, *Gli studi teologici di Polanco*, in AHSI, 21 (1952) 259; LUKÁČS, *Le catalogue-modèle du Père Latnez*, in AHSI, 26(1957)59.

<sup>82</sup> Cf. annot. 25.

<sup>83</sup> Lambertus Auer, natus Rattenberg in Tyrolia (DUHR, I, 108), i. 1551. Nadal eum secum Romam adduxit, quo melius studere posset (EN, I, 308). Anno 1558 doctor renunciatus Viennam venit, professor universitatis et contionator. Primus fuit Rector col. Moguntini a. 1561 ; professionem 4 vot. fecit ibi 8-VIII-1563 (EN, II, 591). Contionator ce-

(qui Viennae professorem theologiae, et concionatorem in tem- 25  
plo nostro agebat, meque ad Christum, eiusque Societatem  
traxit anno 1559, anno autem 1561 a cardinali Comendono  
nobis abstractus, ut senem [*sic*] in concilium haberet tantum vi-  
rum germanum, quando invitabat nomine Pontificis Pii IV prin-  
cipes protestantes ad concilium Tridentinum. Fuit ille Pater 30  
primus collegii Moguntini, et Romae obiit in Congregatione  
Generali, quando electus fuit R. P. Everardus), dicebat mihi  
P. Natalis : — Quando fui Moguntiae, finita visitatione <sup>84</sup>, cum  
sub discessum aliquid a me pro more Societatis instructionis  
peteret, respondi : — Non sis tam fervens, Pater, in tuis rebus 35  
— ; videbatur habere naturam hispanicam.

[138a, 93] Noster B. P. Ignatius solebat dicere illum esse  
optimum concionatorem qui maiorem fructum faceret et plures  
haberet auditores, nam plures ad Christum trahit.

[139] 12 Cum semel missus esset cum P. Polanco ad expe- 40  
diendum quoddam negotium, inter eundum dixit P. Polancus :  
— Non minus possem concionari quam Magister Hieronymus —.  
Respondere ei simpliciter P. Natalis : — Ego non credo —.  
Cum ergo venissent domum, et cum P. Ignatio pranderent,  
inter comedendum retulit P. Natalis Patrem Polancum dixisse 45  
haec in via meque negasse. Statim P. Ignatius respondit iis-  
dem verbis : — Ego non credo —.

[139a, 94] Iacobus Spez [*sic*] <sup>85</sup> erat optimus, aliquando  
gravissime tentabatur. Semel cum in ultimo sacro communica-  
set, et transiret locum ubi Pater solebat comedere, dixit ei Pater 50  
ioco : — Tu es tentatus —. Ille autem pessime accepit. Cum affir-  
maret Pater se ioco dixisse : — Sed iam video te vere tentatum,  
vade ergo ad sacellum, nolique comedere donec te vocem —.  
Nolebat is aspicere imaginem, sed cogitabat de pecuniis. Tandem  
quando fuit vocatus, paenituit. Pater autem dedit ei paeniten- 55  
tiam, ut sequenti tertia die totam suam tentationem dice-  
ret. [17v]

28 senem, ut videtur, est lapsus pro : secum || 48 aliquando] alloquin M

leberimus, saepe moneri debuit ut suum ardorem temperaret (BRAUN-  
BERGER, II, 472, 737). Vocatus Romam ad tertiam Congr. Generalem, ibi  
mortuus est 4-V-1573. De eo v. DUHR, I, 108-109.

<sup>84</sup> P. Nadal visitationem col. Moguntini peregit a. 1562. EN, II,  
100.

<sup>85</sup> Iacobus Spez (Espech). FN, I, 147 <sup>6</sup>, 150; infra, p. 557.

33 — MON. IGNAT. — FONTES NARRAT. III

[140, 95] 13 P. Hieronymus, arbitror esse Otellum, in tota Societate insignis concionator, quando Patavio venit Romam<sup>86</sup>, fuit ianitor, et habebat secum librum scriptum cras-  
 60 sum. P. Natalis tunc temporis erat Minister<sup>87</sup>, ad quem venit P. Hieronymus : — O Pater, ego vellem concionari —. Respondit Minister : — Bonam habes concionem, observa tuam portam —. Sed ille Pater ita urgebat concionem, ut cogeretur  
 65 Minister accedere B. P. Ignatium, qui concessit ut concionaretur, hac tamen conditione, ut simul etiam esset ianitor, qui propter amorem Dei rogabat Fratres, ut se sublevarent in tenendis clavibus. Factum est ut una hebdomade habuerit septendecim conciones. Quadam vice accidit, ut sciret apud  
 70 S. Annam<sup>88</sup> moniales esse proprietarias, quibus quater iam fuerat concionatus; ultima vice in fervore dicebat : — Omnes estis in inferno. Probo : qui facit peccatum mortale est damnandus, sed vos proprietariae estis ; vobis amplius nolo concionari, nisi vestra feratis ad chorum et ponatis ad pedes Abbatissae —.  
 75 Omnes, nulla excepta, iverunt ad sua cubicula, suaeque scrinia et reliqua portarunt ad pedes Abbatissae. Tunc dixit Abbatissa : — Pater, concionari perge, iam enim portarunt omnia.

[141] 14 P. Ribadeneyra semel profectus in Hispaniam, duxit secum Fratrem quendam flandrum iuvenem elegantem.  
 80 Cum venissent hispani milites exploratores dixerunt : — O vos etc. : habetis vobiscum mulierem —. Quibus respondit Pater : — Ergo est ista mulier ? — Exuerunt bonum Fratrem, et cum magna ipsorum confusione invenerunt nostrorum innocentiam.

[142, 96] 15 Cum Viennae suas celebrasset primitias P. Ioannes flander<sup>89</sup>, admittebat aliqua in refectorio in gratiam novi sacerdotis, et dicebat B. P. Ignatium solitum fuisse honeste iocari. Quadam vice dabat facultatem comedendi omnes melones contra sitim optimos. Alia item vice in vinea praedae  
 85 exponebat uvas nostris. Alio tempore cum domi fuissent placentae optimaee ad festum Nativitatis, dedit facultatem [18]  
 90

71 omnes in marg. corr. ex vos M || 88 praedae videtur lapsus pro praedii

<sup>86</sup> Vide annot. 81. De P. Otello v. FN, I, 583 <sup>45</sup>. Quae hic narrantur v. etiam in *Chron.*, I, 208-209.

<sup>87</sup> A. 1546, quattuor menses post ingressum in Societatem, P. Nadal factus est Minister domus romanae.

<sup>88</sup> Agitur de monasterio, nunc destructo, cuius nomen erat *S. Anna dei Falegnami*, quo sub finem a. 1544, Victoria Colonna, marchionissa de Pescara, se recepit. Vide *Chron.*, I, 208-209 ; TV, II/2, 205.

<sup>89</sup> Ioannes Nicolaus Donius, de quo v. infra sub: *Ioannes Nicolaus*.

illas comedendi antequam veniret festum Nativitatis, licet Minister male esset contentus.

[143] 16 Quidam dicebat nostro B. P. Ignatio : — Pater, solus mihi attendens meditando, orando etc. — Cui Pater respondabat : — Quomodo ? an non proficis iuvando proximum ? 95  
Haec enim est praxis nostra.

[144] 17 Cum in Hispania esset, accepit litteras de morte b. P. Nostri <sup>90</sup>. Noluit eas legere coram aliis, sed inclusit se in cubiculum, ibique intra se dixit : — Oimè, è morto il nostro Padre ! O, che morte ! — Tandem sentiebat magnam animi 100  
tranquillitatem.

[145, 97] 18 Quidam externus autoritate pollens, cum audivisset de P. Polanco quod tot negotiis occuparetur, ivit ad domum nostram hanc solam ob causam, ut hominem videret. Vocatus fuit P. Polancus, quem cum vidisset ille externus, 5  
miratus fuit hominem ; imaginabatur enim sibi virum procerae staturae <sup>91</sup>.

[146, 98] 19 Societas est quoddam corpus instar maximae statuae, quae tendit ad caelum. Germania et India sunt instar alarum quae illam sublevant ad caeleste illud Hierusalem, 10  
tribulationibus, laboribus, persecutionibus.

[147, 99] 20 In Hispania magnus et doctus quidam vir dicebat : — Quid est hoc ? ego sum aequè doctus, habeo eosdem libros, et tamen non possum concionari sicut vos ? — Causa est quia est diversa gratia : nos habemus in nostris actionibus 15  
gratiam Societatis ; tu habes aliam.

[147a 100] Si hac gratia possemus simplificare animam nostram, non turbaremur animo in actionibus nostris, discurrendo hinc inde, sed suaviter cum illa gratia, quae animabus nostris impressa est, operaremur. Verum ad hoc non pervenit qui non 20  
fecerit habitum operandi in illa gratia, in illo lumine, quod Dominus nobis infudit <sup>92</sup>.

[148, 101] 21 Solebat b. N. Pater dicere : — Non debemus proximum nostrum iuvare frigide et stando —. Et hac simplici locutione (uti solebat) exprimebat finem Societatis nostrae : 25

<sup>90</sup> P. Nadal rescivit obitum S. Ignatii cum esset Septimancis (Simancas). EN, II, 48. Vide eius epistolam ad P. Polancum, 20-IX-1556, EN, I, 345.

<sup>91</sup> In catalogo col. Patavini a. 1545, Polancus dicitur « parvae staturae, sed compositae et venustae faciei, debilis visus, aptus ad labores ». (Rom. 78b, f. 207) ; cf. AHSI, 26 (1957) 64.

<sup>92</sup> De gratia Societatis propria disserit Nadal tum alibi, tum in adhortationibus habitis a. 1557 in col. Romano : FN, II, 3-10.

currere nimirum ferventer ad salutem [18v] et perfectionem proximi. Et hinc patet quod omnis nostra perfectio non est omnino nostra, sed extendit se etiam ad proximum. Si ergo aliquis se tantum curat et non afficitur erga salutem proximi,  
 30 non bene facit.

[149, 102] 22 Est praxis B. P. Ignatii: — Vis te iuvare? vis proficere? iuva proximum. Quomodo? Concionaris, verbi gratia: oras prius, invocas Deum, studes, sumis ista principia, et pergis in illo officio, proficis et gratiam accipis. Quando redis  
 35 ad orationem, sentis maiorem devotionem, etc.; sicque est perfectus circulus; iterum redis devotus magis ad concionem <sup>23</sup>.

[150, 103] 23 Narrabat N. b. P. Ignatius P. Natali de B. Petro Fabro, qui fuit primus quem Pater sibi adiunxit in socium  
 40 et per exercitia spiritualia lucratus fuit, quod is mirabilem haberet gratiam in conversando, e sapeva de pietra cavar l'acqua; id est, excitat homines suis colloquiis <sup>24</sup>.

[151, 104] 24 Praxis etiam n. B. Patris est: si vis iuvare proximum, intelligat charitatem quam erga illius salutem habes, et accomoda te illius colloquiis, et semper applices suaviter. Hoc intelligendum etiam de Fratribus nostris, qui fere  
 45 semper loquuntur de rebus suis. Tunc te insinues illis.

[152, 105] 25 In collegiis Societatis perinde est, ac si Christus cum discipulis suis esset. Tunc enim instruebat illos in  
 50 mysteriis fidei, in lege ecclesiastica, in perfectione. Sic nos instruimus nostros in doctrina christiana, in virtutibus, in scientiis; et quid postea? Ite, praedicate Evangelium, patimini pro me, honorate me tribulationibus vestris, martyrio etc. Haec est praxis nostra, Fratres mei.

[153, 106] 21 Si vis in Societate esse perfectus, non quaeras multos modos, sed serva modum Societatis, et cum gratia eiusdem pervenies ad illam perfectionem, mediis scilicet praescriptis a Deo per superiorem. Certe scis Deum velle tuam perfectionem; praefecit tibi superiorem qui te dirigat; est igitur ut minister  
 60 Dei. Nam Generalis maiorem gratiam habet quam ullus alius in rebus Societatis. Sic Provincialis omnibus Rectoribus, [19] Rector omnibus sibi subiectis.

27 patet om. M

<sup>23</sup> Cf. supra, n. 143.

<sup>24</sup> Donum conversandi quo praeditus fuit P. Faber notatur ex testimonio ipsius Patris Nadal in ephemeridibus Gerardi: PC, II, 618, n. 15.



[154, 107] 27 Semel relicta fuerat domus porta aperta ; ingressa quaedam devotissima mulier et venit usque ad refectorium. B. P. Ignatius Ministro, Subministro, ianitori, coco statim dedit paenitentiam acerrimam, disciplinam nimirum per Miserere. 65

[155, 108] 28 Cum aliquando laboraret ex capite graviter in quadragesima, B. P. Noster interdixerat ei, ne ieiunaret. P. Natalis dicebat : — O Rde. Pater, timeo ne alii scandalizentur —. Cui P. Ignatius : — Quis scandalizaretur ? Si scirem aliquem, hodie eiicerem ex Societate —. Ut tamen a scrupulis liberaret P. Natalem, misit ad Vicarium Pontificis <sup>95</sup>, eique rem totam exposuit per alium, deinde misit P. Natalem, quem statim Vicarius allocutus uti valeret, respondit P. Natalis : — O R.<sup>mo</sup> Domine, si me hac in parte iuvaret ! P. Ignatius non vult ut ieiunem —. Cui R.<sup>mus</sup> Vicarius : — Ego praecipio tibi in virtute sanctae obedientiae ne ieiunes. 70 75

[156, 109] 29 Si quis vel parum se sentiret indispositum, statim b. Pater solebat dicere : — Ne celebres Missam —. Tam enim erat innocens, ut putaret omnibus ita esse, sicut ipse sentiebat in Missae celebratione, quam fere cantillando celebrabat <sup>96</sup>. 80

[157, 110] 30 Quidam magnus concionator noster P. Benedictus Catalano <sup>97</sup> cum quadam vice peregrinaretur, incidit in nobilem virum, qui magnum spiritum Patris norat in concionando. Et cum adessent etiam aliqui monachi benedictini, petiit nobilis ille vir, an non posset illis concionem facere. Cui Pater respondit : — Libenter —. Et mirabilem habuit concionem. Sed quia fuerat lacer circa genua, monachi riserunt. 90

[157a, 111] De impedimento essentiali habitum sumpsisse alterius religionis, respondebat noster B. Pater simpliciter hoc modo : — Ego nolo esse interpret divinae gratiae. Deus vocavit hunc ad suam religionem, nolo igitur dicere quod non fuerit vocatus ; nolumus nos esse iudices aliarum religionum <sup>98</sup>. 95

[19v]

77 Rd.mus om. M || 85 Catalano M

<sup>95</sup> Agitur probabiliter de Philippo Archinto, Vicario Summi Pontificis inde a 26 augusti 1542 (TV, II/2, 154<sup>4</sup>).

<sup>96</sup> S. Ignatius saepe a Missa celebranda impediabatur. FN, I, 639, 643-644 ; II, 390. De modo quo eam celebrabat v. inter alia, FN, I, 644.

<sup>97</sup> Significare videtur P. Benedictum Perera.

<sup>98</sup> De hoc impedimento v. *Memoriale*, n. 155, FN, I, 623.

[158] 1 P. HIERONYMUS MUR<sup>99</sup>. Quidam Pater in Hispania, ut se mortificaret, induit cilicium asperrimum integrum, seque  
100 soli ardentissimo exposuit.

[159] 2 P. Andreas factus episcopus deinde<sup>100</sup>, cum Neapoli quidam legisperitus quaedam ab illo sciscitaretur, mirabili dexteritate ad omnia respondit, ac resolvit dubia. Cumque ille Pater vere humilis arbitraretur se nimis diligenter fecisse  
5 officium, accepit librum, dixitque : — Domine, ne putes ex me haec profecta, quasi tam doctus sim ; en librum, ex quo omnia hausi.

[160] 1 P. HIERONYMUS SORIANUS<sup>101</sup> dicebat se in Hispania novisse Fratrem quendam, qui tempore orationis visus est a  
10 terra elevatus.

[161] 2 Salmanticae cum quidam a P. Provinciali impetras-  
set licentiam mortificandi se, rasit se omnino, et ingressus classem cum ligno, sicut stulti faciunt.

[162] 3 Alius cum vitro fracto mittebatur foras, ut refi-  
15 ceretur ; ille simpliciter fecit, uti ei erat dictum, licet fractum vitrum refici amplius non posset. Externus quidam ita fuit aedificatus in sua obedientia et simplicitate, ut ei novum et integrum vitrum dederit.

[163, 112] 4 P. Araoz ter aut quater pedes venit Romam,  
20 cum tamen haberet infirmitates gravissimas<sup>102</sup>. Venit aliquando ex composito, ut P. Ignatium averteret a suo proposito, putabat enim infectum illa haeresi hispanica<sup>102a</sup>, sed contrarium accidit. Pater enim Ignatius duxit illum ad Christum. Solet orare quatuordecim horis, in tantum quod cogantur illi pistum  
25 infundere, nihil enim fere comedebat, a multis annis tantum

2 quidam] allquot M

<sup>99</sup> Hispanus, valentinus, i. Valentiae 23-XII-1556 (*Hist. Soc.* 41, f. 197). Romae studiis philosophicis vacavit 1562-1564 (*Rom.* 78b, f. 27, 28v) inde a. 1565 missus in suam Provinciam (ib. f. 34v ; *Arag.* 15, f. 69).

<sup>100</sup> Andreas de Oviedo consecratus est episcopus Hierapolitanus Ulyssiponae, die 5 maii 1555. *Chron.*, V, 609-611.

<sup>101</sup> Cursum vitae v. FN, II, 425-426.

<sup>102</sup> De itineribus Araozii v. FN, I, 134<sup>22</sup>, 241-244, 242-244, 277<sup>13</sup>, 658.

<sup>102a</sup> Sic vocat errorem illuminatorum, hispanice *alumbrados*. Araoz Romam venit a. 1538, eo tempore quo Ignatius sociique persecutionem sustinebant ex parte quorundam qui dicebant eos ex Hispania aufugisse eo quod talis erroris suspecti essent. Post sententiam absolutariam in favorem Ignatii et sociorum, datam 18-XI-1538, Araoz tranquillus fuit, immo exercitiis peractis se Ignatii comitem dedit an. 1539. De Araozii vocatione v. POLANCO, *Sum.* n. 147-151, I, 241-244 ; FX, 430-431.

duabus horis dormiebat. Animam tam teneram habebat, ut non posset aspicere imaginem, aut paenitentiam Fratris alicuius, quin statim liquesceret anima eius.

[164, 113] 5 P. Ignatius semel in missione quadam comitabatur P. Araoz, et mirabiliter ipsum adhortabatur ad ferendum incommoda, ita ut miraretur cur ita inculcaret ei hanc rem, nec sciebat quem in finem. Venerunt ad flumen, ubi tantus dolor invasit eum, ut in oppido ad quod delatus fuerat, [20] cum chirurgus alius non esset, ille qui equis aperire solet venas, etiam illi aperuit. Venit tandem ad civitatem, et ibant ei obviam homines cum cruce; haec viderat Pater in spiritu. 30 35

[165, 114] 6 P. Borgia ad tantam devenerat humilitatem suique despectionem, cum in Hispania transiret quasdam officinas sartorum et sutorum, timebat ne illum interficerent ob sua peccata. 40

[166] 7 Cum veniret Romam, in festo Corporis Christi P. Baptista in processione dixit ad illum: — Nonne bonum esset petere scabellum et parum concionari? — Petiit Hieronymus in quadam domo; Pater facto signo sanctae crucis ascendit scabellum, innitebatur Fratri socio. Erant pauci auditores a principio, paulatim confluebant multi; videns ergo tantam multitudinem, in mirabilem exarsit fervorem. Eodem die adhuc semel concionatus, et diversa dicebat, sed deficiebat bonus ille Pater. 45

[167] 8 Quando ille Pater concionatur in plateis, semper in fine concionis solet dicere Pater et Ave; quod si aliquando obliviscatur, ita contraxerunt homines etiam nobiles habitum, ut per se publice in platea genua flectant et orent. Quando quis loquebatur verba otiosa, numquam solebat respondere. 50

[168, 115] 9 Ad discretionem spirituum bonum est ut homo cognoscat quo spiritu agitur, nihil facere contra suum Institutum, contra officium et regulas. Quod si quid haesitationis occurrat, communicet cum superiore, ille enim est, ut Pater quidam dicebat, sicut aurifaber in civitate, qui probat num aurum sit bonum vel falsum. 55 60

[169] 10 Fulgentius<sup>108</sup> cum esset apud Turcas captivus, facie-

<sup>108</sup> Fulgentius Freyre, coadiutor lusitanus. Cum ex India in Aethiopiam navigaret, captus est a turcis qui eum Cahirum deduxerunt et tamquam mancipium vendiderunt. Sic vixit duos annos (1561-1562). Postea redemptus (LM, V, 648; VI, 113, 436) rediit in Europam; sed rursus missus in Indiam, paulo postquam navis qua vehebatur e portu Ulyssi-

[158] 1 P. HIERONYMUS MUR <sup>99</sup>. Quidam Pater in Hispania, ut se mortificaret, induit cilicium asperrimum integrum, seque  
100 soli ardentissimo exposuit.

[159] 2 P. Andreas factus episcopus deinde <sup>100</sup>, cum Neapoli quidam legisperitus quaedam ab illo sciscitaretur, mirabili dexteritate ad omnia respondit, ac resolvit dubia. Cumque ille Pater vere humilis arbitraretur se nimis diligenter fecisse  
5 officium, accepit librum, dixitque : — Domine, ne putes ex me haec profecta, quasi tam doctus sim ; en librum, ex quo omnia hausi.

[160] 1 P. HIERONYMUS SORIANUS <sup>101</sup> dicebat se in Hispania novisse Fratrem quendam, qui tempore orationis visus est a  
10 terra elevatus.

[161] 2 Salmanticae cum quidam a P. Provinciali impetras-  
set licentiam mortificandi se, rasis se omnino, et ingressus classem cum ligno, sicut stulti faciunt.

[162] 3 Alius cum vitro fracto mittebatur foras, ut refi-  
15 ceretur ; ille simpliciter fecit, uti ei erat dictum, licet fractum vitrum refici amplius non posset. Externus quidam ita fuit aedificatus in sua obedientia et simplicitate, ut ei novum et integrum vitrum dederit.

[163, 112] 4 P. Araoz ter aut quater pedes venit Romam,  
20 cum tamen haberet infirmitates gravissimas <sup>102</sup>. Venit aliquando ex composito, ut P. Ignatium averteret a suo proposito, putabat enim infectum illa haeresi hispanica <sup>102a</sup>, sed contrarium accidit. Pater enim Ignatius duxit illum ad Christum. Solet orare quatuordecim horis, in tantum quod cogantur illi pistum  
25 infundere, nihil enim fere comedebat, a multis annis tantum

2 quidam] aliquot M

<sup>99</sup> Hispanus, valentinus, i. Valentiae 23-XII-1556 (*Hist. Soc.* 41, f. 197). Romae studiis philosophicis vacavit 1562-1564 (*Rom.* 78b, f. 27, 28v) inde a. 1565 missus in suam Provinciam (ib. f. 34v ; *Arag.* 15, f. 69).

<sup>100</sup> Andreas de Oviedo consecratus est episcopus Hierapolitanus Ulyssiponae, die 5 maii 1555. *Chron.*, V, 609-611.

<sup>101</sup> Cursum vitae v. FN, II, 425-426.

<sup>102</sup> De itineribus Araozii v. FN, I, 134 <sup>22</sup>, 241-244, 242-244, 277 <sup>13</sup>, 658.

<sup>102a</sup> Sic vocat errorem illuminatorum, hispanice *alumbrados*. Araoz Romam venit a. 1538, eo tempore quo Ignatius sociique persecutionem sustinebant ex parte quorundam qui dicebant eos ex Hispania aufugisse eo quod talis erroris suspecti essent. Post sententiam absolutariam in favorem Ignatii et sociorum, datam 18-XI-1538, Araoz tranquillus fuit, immo exercitiis peractis se Ignatii comitem dedit an. 1539. De Araozii vocatione v. POLANCO, *Sum.* n. 147-151, I, 241-244 ; FX, 430-431.

duabus horis dormiebat. Animam tam teneram habebat, ut non posset aspicere imaginem, aut paenitentiam Fratris aliquius, quin statim liquesceret anima eius.

[164, 113] 5 P. Ignatius semel in missione quadam comitabatur P. Araoz, et mirabiliter ipsum adhortabatur ad ferendum incommoda, ita ut miraretur cur ita inculcaret ei hanc rem, nec sciebat quem in finem. Venerunt ad flumen, ubi tantus dolor invasit eum, ut in oppido ad quod delatus fuerat, [20] cum chirurgus alius non esset, ille qui equis aperire solet venas, etiam illi aperuit. Venit tandem ad civitatem, et ibant ei obviam homines cum cruce; haec viderat Pater in spiritu.

[165, 114] 6 P. Borgia ad tantam devenerat humilitatem suique despectionem, cum in Hispania transiret quasdam officinas sartorum et sutorum, timebat ne illum interficerent ob sua peccata.

[166] 7 Cum veniret Romam, in festo Corporis Christi P. Baptista in processione dixit ad illum: — Nonne bonum esset petere scabellum et parum concionari? — Petiit Hieronymus in quadam domo; Pater facto signo sanctae crucis ascendit scabellum, innitebatur Fratri socio. Erant pauci auditores a principio, paulatim confluebant multi; videns ergo tantam multitudinem, in mirabilem exarsit fervorem. Eodem die adhuc semel concionatus, et diversa dicebat, sed deficiebat bonus ille Pater.

[167] 8 Quando ille Pater concionatur in plateis, semper in fine concionis solet dicere Pater et Ave; quod si aliquando obliviscatur, ita contraxerunt homines etiam nobiles habitum, ut per se publice in platea genua flectant et orent. Quando quis loquebatur verba otiosa, numquam solebat respondere.

[168, 115] 9 Ad discretionem spirituum bonum est ut homo cognoscat quo spiritu agitur, nihil facere contra suum Institutum, contra officium et regulas. Quod si quid haesitationis occurrat, communicet cum superiore, ille enim est, ut Pater quidam dicebat, sicut aurifaber in civitate, qui probat num aurum sit bonum vel falsum.

[169] 10 Fulgentius<sup>108</sup> cum esset apud Turcas captivus, facie-

<sup>108</sup> Fulgentius Freyre, coadiutor lusitanus. Cum ex India in Aethiopiam navigaret, captus est a turcis qui eum Cahirum deduxerunt et tamquam mancipium vendiderunt. Sic vixit duos annos (1561-1562). Postea redemptus (LM, V, 648; VI, 113, 436) rediit in Europam; sed rursus missus in Indiam, paulo postquam navis qua vehebatur e portu Ulyssi-

bat sibi foveam in faeno et ibi orabat ; et cum inde exiret, percutiebant eum, quod levius ferebat, cum verberaretur propter orationes. Quando portabant ligna, crura eius pulsabant, et  
 65 petebant ubinam sentiret dolorem ; cumque ostenderet locum, repetebant ictus super eundem locum. [20v]

[170, 116] 11 Cum P. Petrus Faber et P. Aaroz [sic] essent in Hispania, habitabant in domo cuiusdam boni viri, praeceptoris Regis<sup>104</sup>. Oborta fuerat fama nostros habere quandam  
 70 herbam, ob quam tam sedatas haberent passiones concupiscentiae. Venit rumor ad aures regis, qui cum antea ex suo praeceptore intellexisset, se domi habere viros pios et doctos, dixit ei : 12 — Intellexi quod tui hospites habeant talem ac talem herbam ; cuperem et ego illam habere —. Rediens domum praeceptor,  
 75 petiit a nostris illam herbam. Cui P. Faber statim dixit : — Nihil simile habemus —. Pater Aaroz autem, qui erat astutus, dicebat : — Ita est ; nos habemus talem herbam —. — Et quae est ista ? — Timor Domini, ille est, qui castigat hominem —. Pater Torres, qui fuit fundator collegii Salmanticensis,  
 80 eandem obiectionem sustinuit a Cano, quod nimirum nostri uterentur herbis, quibus gentiles etc.<sup>105</sup>.

[171, 117] 13 P. Faber aliquando habuit gravem tentationem, petiit a Domino Deo liberationem, accepit autem tale responsum : Christus Dominus noster non fuit depositus, sed mortuus  
 85 in cruce. Et scribit de se ipso, quod in tota vita sua non habuerit tantam consolationem, quantam sensit quodam tempore, cum aliqui Societatis ex locis aliis venissent, ipse autem nihil prorsus novi peteret ab illis.

[172] 1 HIERONIMUS VANEGAS<sup>106</sup>. Cum P. Ledesma extra  
 90 Societatem studeret Lovanii, veniebat eo P. Ribadeneyra concionaturus latine. P. Ledesma rogabat Deum, quandoquidem

---

ponensi solvisset, mortuus est 23-IV-1571. Vide MHSI, *Documenta Indica*, II, 516<sup>10</sup>.

<sup>104</sup> Ioannes de Zúñiga. MARCH, *Niñez y juventud de Felipe II*. Accidant haec annis 1545-1547. ASTRAIN, *Historia*, I, 250-251.

<sup>105</sup> RIBADENEYRA, *Historia de la Asistencia de España*, l. I, c. 2 ; ORLANDINI, l. V, n. 63 ; ASTRAIN, *Historia*, I, 250-251. Rem tribuendam esse Melchiori Cano affirmavit P. Torres in epist. ad P. Araoz data 25-IV-1548 : EM, I, 491-492.

<sup>106</sup> Hieronymus Venegas (sic ipse suum nomen scribit : *Rom.* 170, f. 44v) i. Romae 6-II-1561 (ibid.), philosophiae et theologiae operam navavit in col. Romano (*Rom.* 78b, ff. 27, 28v) ; mense septembri 1566 missus est Lauretum (ib. f. 26) ; mortuus Romae in domo professa 3-II-1568 (*Hist. Soc.* 42, f. 4).

concionator esset hispanus, ut apte loqueretur, miratus deinde mirandam eloquentiam iuvenis <sup>107</sup>.

[173, 118] 2 Cum studerent Compluti logicae, P. Mariana et P. Payz erant vehementissimi et doctissimi in disputando <sup>108</sup>. Aliqui Fratrum nostrorum qui easdem lectiones audiebant, videntes tam insignes illos iuvenes, accesserunt eos et rogarunt num liceret eis cum illis repetere. Responderunt: — Libenter, Patres —; sicque paulatim fuerunt tracti, ut [21] ipsimet nescirent qua ratione. Pater enim Mariana nullo modo volebat esse religiosus. <sup>95</sup> <sup>100</sup>

[174, 119] 2 In Hispania erant simul quidam mercatores, qui loquentes de suis rebus iurabant simul. Accessit Marcus Frater noster, et socius iam P. Generalis <sup>109</sup>, et inter illos stans dicebat: — Non pudet vos, cum sitis senes, sic coram famulis ves tristalia loqui? Oret quisque vestrum unum Pater Noster —. illi statim genibus flexis fecerunt imperata. <sup>5</sup>

[175, 120] 4 Retulit idem Marcus, cum venisset ultima vice Romam, accessit illum quidam simplex Frater, qui nescio quid conceperat de P. Generali nostro Borgia, quod deberet fieri Pontifex, et petiit a Marco consilium, an deberet accedere nostrum Patrem. Marcus respondit: — Si, si —. Bonus Frater accessit Patrem et rogavit, ut ei parceret, se tantum hoc rogare, ut quando Pontifex erit, velit ei hoc suum rosarium benedicere et indulgentias concedere. Pater, quasi subiratus ait: — Quid dicis? — Frater in simplicitate respondit: — Ego hoc cogitavi —. Petiit Pater: — Dixisti alteri de hac re? — Non, Pater, excepto Marco alias nemini locutus. — Comedas tu et Marcus in parva mensa <sup>110</sup>. <sup>10</sup> <sup>15</sup>

18 sum locutus M

<sup>107</sup> P. Ribadeneyra, missus in Flandriam ad procurandam admissionem Societatis in illis regionibus, Bruxellas pervenit 7-XII-1555. Exinde egregie coepit contionari in variis urbibus. P. Ledesma tum studebat Lovanii, ingressus autem Societatem Romae 24-II-1557 (*Rom.* 170, f. 10).

<sup>108</sup> Ioannes Mariana et Iacobus Pérez. De eorum vocatione agit CASTRO, *Historia del Colegio de Alcalá*, I, f. 140, 151v. « Neque te, Iacobi Paëci, dubium ingenio an gratia maior, silentio involvo, meorum quondam in litteris sodalium mihi prae ceteris chare: verba Ioannis Mariana in dedicatione cardinali Roberto Bellarmino, sui operis *Scholia in Vetus et Novum Testamentum* (Parisiis, M.DCXX.). In hoc prooemio F. Mariana elogium texit professorum collegii Romani sui temporis.

<sup>109</sup> Melchior Marco, adiutor domesticus S. Francisci Borgiae. † 1583. *Chron.*, IV, 467. De eo v. infra n. 353.

<sup>110</sup> Italico nomine « piccola » vocatur parva mensa, ad quam genuflexi, qui paenitentiam faciunt cibum sumunt.

30 [176, 121] 5 In quodam collegio Hispaniae quidam novitius habebat commentarios pulcherrimos scriptos in theologia. P. Rector quadam vice dixit : — Annon esset bonum in refectorio comburere istos codices ? — Iste bonus filius perrexit ad refectorem cum suis commentariis, et quoniam P. Rector  
 25 aberat, incepit unum ex illis comburere, et absque dubio omnes combussisset, ita erat resignatus, nisi Minister restitisset.

[177] 6 Magnus et humilis ille Pater Fridericus Mendoza [sic]<sup>111</sup> praefectus ecclesiae nostrae Romanae (qui etiam tempore belli Schmakaldici [sic] fuit in Germania paggi[o] Caroli V  
 30 sicut mihi ipse retulit), dixit tempore Congregationis Generalis quendam Patrem interfuisse illi Congregationi, vidisse animam Fratris cuiusdam ad coelos ascendere antequam Patres austriaci scirent, hocque in [21v] confessione manifestavit confessario.

35 [178, 122] 7 Granatae concionabatur in summo templo P. Basilius<sup>112</sup>. Fuit canonicus quidam<sup>113</sup>, vir doctus et sapiens, adeo commotus, ut cum cotta pergeret ad collegium et recipi peteret. Receptus fuit ; finitis exercitiis spiritualibus, Pater iussit illum aliquid dicere de humilitate. Ipse conscendit cathedram et dicebat : — Ego de humilitate ? — idque saepius, et  
 40 nihil aliud repetebat. Et cum Magister novitiorum diu expectasset, tandem ei dixit : — Descende, satis bene nobis concionatus es.

[179, 123] 8 Canonici granatenses habent horologium. Quando concionator facit signum crucis, sonat, et ut desistat ;  
 45 tamen quando P. Basilius concionabatur, non curabant horologium. P. Christophorus Madridius fuerat ibi canonicus<sup>114</sup>.

29 paggi add. postea

<sup>111</sup> Agitur de P. Friderico Manrique (de cuius vocatione v. *Chron.*, III, 36, 163). Iam a. 1561 erat « prefetto della chiesa et zeloso del ornato di quella »: LM, V, 525 ; a. 1565 Magister novitiorum (*Rom.* 78b, f. 31), † Romae 16-XI-1584 (*Hist. Soc.* 42, f. 8). Vide infra, n. 354. annot. 193.

<sup>112</sup> P. Alfonsus de Avila, dictus vulgo Basilius, hispalensis, i. Salmanticae. Rector fuit col. Granatensis a. 1555, et magnus contionator. † Granatae 17-X-1556 ; SANTIVÁÑEZ, *Historia de la Provincia de Andalucía*, l. II, c. 7, n. 10 ; ASTRAIN, I, 435-436 ; II, 470.

<sup>113</sup> Canonicus Franciscus de la Torre Granatae a. 1555 Societatem ingressus est. EM, IV, 763 ; *Chron.*, V, 509 ; *Quadrimestres*, III, 571, cf. ib. 289 ; SANTIVÁÑEZ, *Historia de la Provincia de Andalucía*, l. I, cc. 28, 29.

<sup>114</sup> Videtur error pro Antonio de Madrid, Societatem ingresso Granatae anno 1555, qui tamen non fuit canonicus. De eius vocatione v. EM, IV, 763 ; *Chron.*, V, 512-513 ; *Quadrimestres*, III, 571, 696, 761 ; NIEREMBERG, *Varones ilustres* (Madrid) I, 519-528 ; (Bilbao) VIII, 69.



Ultimam concionem habuit plane admirabilem: correptus febris gravissima, tota civitas, religiosi, canonici orabant pro illo Patre. Ipse vocavit ad se P. Rectorem, eique dixit: — Pater, ut quid me retines in carcere? quaeso non fiant pro me amplius orationes —. Impetravit; nam P. Rector iussit cessari, et statim declinavit ad mortem. Erat illi adiunctus quidam Frater, qui habebat candelam. Pater infirmus dicebat ei: — Frater iam non est opus candela, monebo te quando fuerit tempus —. Deinde vocavit Fratrem: — Adfer candelam accensam, iam transeo —, et ita factum est <sup>115</sup>.

## I

[180, 124] 1 P. IACOBUS LAYNEZ. Si haberes rotam, in qua essent omnia quae velles et cuperes, modo eam volveres et moveres, an non esset res maximi pretii? En Deus vertit tibi pulcherrimam rotam coeli, tibiue dat suo tempore quicquid vis et desiderare potes. Venti quos producit de thesauris suis <sup>116</sup>, sunt scopae, quibus purgat aërem. Antiqui pingebant Deum, oculum super baculum, tanquam omnia videntem et moderantem.

[181, 125] 2 Sicut radices semper attrahunt humores, quando illaesae manent in terra, et licet frondes resecentur, tamen suppullulant alii flores et frondes; sic [22] mali affectus nisi radicitus extirpentur, nunquam veniet aliquis ad perfectionem, quia semper natura quaerit seipsam, et tandem aliquando, quod peius est, crescunt, et videtur in opere exterius, quod male latebat in corde.

[182] 3 Quando intellexit Patrem Payz <sup>117</sup> a puero habuisse magnam devotionem ad Sacram Communionem, licet in illa terra esset inusitatissimum illius aetatis admittere, placuit tamen Patri summopere et consolabatur.

[183] 1 P. IOANNES A VICTORIA <sup>118</sup>. Si imperator nos mitteret ad suum hospitale, ut infirmos curaremus, certe maxima

50 post ad se del. praetorem

<sup>115</sup> Vide annot. 112. De morte P. Basilii v. *Chron.*, VI, 678<sup>a</sup>, 685, n. 2961.

<sup>116</sup> Ier. 10, 13.

<sup>117</sup> Iacobum Pérez, de quo v. infra, n. 240 et supra, annot. 108.

<sup>118</sup> Cursum vitae v. in FN, I, 534<sup>a</sup>. Electio status, facta a. 1549 mense martio, edita ab IPARRAGUIRRE, *Historia de los ejercicios*, I, 259-263.

cum hilaritate id faceremus. Quare non similiter magna cum  
 80 iucunditate obediremus coco propter Christum ?

[184, 126] 2 Inepte rudis aliquis diceret excusando se : —  
 Quare me debeo subiicere aquae in Baptismo, cum sim ad  
 imaginem Dei creatus ? Si ergo obedimus vilissimae creaturae,  
 quare non coco, quoniam hac in parte est loco Christi ?

85 [185] 3 Quare homines ex propria voluntate maxima sustinent ? Ratio est, quia ibi habent delectationem ; sed si imponatur illis aliquid a Superioribus, non ita sunt prompti.

[186] 4 Cum esset Romae saecularis adhuc, et saepe ad domum veniret, simplex quidam Frater coadiutor semel eum  
 90 ad se vocavit, eique dixit : — Audi, Victoria —. Et cum stetisset expectans, quidnam vellet, insufflabat, et manum ori admovebat, nihil aliud dicens. Volebat autem insinuare, ne victoriae essent instar venti instabiles.

[187] 5 Sicut diligens praefectus domus videt diligenter  
 95 omnia mane et vesperi quae fiunt in domo, sic nos in domo nostra spirituali interna, sensibilia et externa visitare debemus, an non manserit ignis qui omnibus dormientibus accendi possit.

[188] 6 Semel mihi referebat in recreatione, cum loqueremur de vocatione ad statum perfectionis, se multa habuisse impedimenta, cum tamen ex altera parte a Deo traheretur. Incoepit cogitare : — Quid facerent parentes si Imperator me [22v] ad suam aulam vocaret ? Certe gauderent. Conatum dolent, quanto magis impetrare mihi et illis aliquid potero a  
 5 Deo Omnipotenti ?

[189, 126a] 7 Cum semel Romae loqueremur de rebus spiritualibus, quidam dicebat : — Qui vult proficere in spiritu, debet imitari rusticos. Hi primo scindunt terram aratro, deinde ponunt fimum et seminant, ultimo cooperiunt. Sic, qui se vult  
 10 iuvare in spiritu, scindat se, id est : cogita ubi es, quid facis, anima, quo progredieris, quid meditaris ? quid loqueris ? quid proponis ? hoc est scindere cor tuum ; postea apponere oportet fimum magnae humilitatis. Tu vero tam ingratus Deo ? Semi-

84 quoniam] qui M || 12 tuum] suum M

Ipse nomen suum scribebat : Juan Alonso de Victoria. Ingr. Romae, 1549 (*Chron.*, I, 492), Rector col. Viennensis 1558-1562. Paulo post Romam venit cum Ferdinando Jaén. SOMMERVOGEL, *Les jésuites*, p. XXVI ; SOCHER, *Historia*, p. 99, 100 ; SACCHINI, *Historia*, p. II, p. 200-201, nn. 165-171.

nare Christum benedictum, iterum ponere terram et fimum  
humilitatis, et sic statim videbis fructum crescere. 15

[190] 8 Si vis tecum habere Christum, maneat semper  
cum illo. An non esset magna stultitia, si quis haberet charissi-  
mum amicum in suo cubiculo, ipse vero exiens relinqueret ipsum  
amicum solum tota die? Sic multi relinquunt Christum solum,  
ipsi vero foris distracti faciunt sua, nunquam redeuntes domum. 20

[191, 127] 9 Bononiae multum patiebantur nostri ob pau-  
pertatem, ipse aliquando ambulabat in refectorio, cum alii  
comederent in secunda mensa, famebat, loquebatur cum illis,  
interim colligebat crustas panis<sup>119</sup>. Erant illorum quatuorde-  
cim, et vix habebant quatuor libras carniū, nec panem ad 25  
satietatem. Et omnes habebant unum ignem tam exiguum,  
qui potuisset duabus manibus circumplecti, illumque nutrie-  
bant paleis.

[192, 128] 10 Cum aliquando mihi datum fuisset breviarium  
deauratum, desiderabam habere antiquum, quo usus fuerat 30  
P. Claudius Iaënus, unus ex primis decem Patribus, qui Vien-  
nae mortuus est<sup>120</sup>. Cumque ei essem molestior hac in parte,  
dicebat: — Ista sunt cogitationes pueriles in his qui affi-  
ciuntur exterioribus rebus; nos viri esse debemus in Socie-  
tate, et nihil curare, utrum sint pulchra vel lacera. Sed dica- 35  
mus semper: Deum volo, qui est multo pulchrior et pretio-  
sior; sicque relinquemus istas cogitationes pueriles, et tem-  
pus [23] consumemus in rebus utilioribus.

[193] 11 Bononiae cum nostri studerent mortificationi, por-  
tabant indusia abscondito collari; tunc mirabantur homines, 40  
sacerdotes non gestare indusia, et vocabant Nostros: sacer-  
doti senza camisia.

[194] 12 Cum esset praesens P. Frusio aegrotanti, hortaba-  
tur infirmum ut comederet. Respondebat ille bonus Pater:  
— Ego quidem habeo appetitum, sed timeo ne me trahat caro 45  
sensualitate —; cumque instaret Victoria, dicebat infirmus:  
— Pater, rogo ne mihi excites magis appetitum, sentio enim  
sine tua cohortatione satis magnum.

27 complecti *M* || 31 Iaënus *R* Iaïus *M* || 33 cogitationes *R* | in his *marp.*

<sup>119</sup> Refert hoc loco Vitoria quae observavit Bononiae c. annum 1548  
cum ibi, antequam Societatem ingrederetur, studiis daret operam.  
*Chron.*, I, 492; TV, II/2, 241-250.

<sup>120</sup> Claudius Iaïus (Jay) mortuus est Viennae 6-VIII-1552. FN, I,  
39<sup>29</sup>.

[195] 13 Romae aliqui euntes ad septem ecclesias, accepe-  
 50 runt secum aliquid esculenti, quod comederunt deinde in qua-  
 dam taberna. Res pervenit ad aures B. P. Ignatii, qui statim  
 ad collegium misit P. Ludovicum cum alio, qui omnia explo-  
 rarent, postea gravissimam poenitentiam iniunxit Rectori <sup>121</sup>.

[196, 129] 14 Videmus mendicos suos quadrinos pauculos  
 55 numerare et diligenter involvere, ne amittant. Si hoc faciunt  
 mendici, quare nos religiosi non magis conservamus acceptam  
 gratiam Dei? Si etiam lapicidae millies uno die applicant regu-  
 lam suam, ne errent, quare nos tam raro examinamus actiones  
 nostras, tam internas quam externas?

60 [197, 130] 15 Cum noster B. P. in Siciliam misisset P. Hie-  
 ronymum Otellum, concionatorem illum, contigit, ut mulier  
 interesset sacro B. P. Nostri, et cum diceret in confessione  
 generali « mea culpa », respondit mulier: — Merito tuam fate-  
 ris culpam quia dimisisti Patrem nobis gratissimum <sup>122</sup>.

65 [198, 131] 16 In initiis Societatis quidam ex primis Patri-  
 bus cum aliquam indispositionem corporis sentiret, significavit  
 alteri ante prandium, qui dixit ei: — Tace, [23v] quaeso, quou-  
 sque sumas prandium. Erat enim magna paupertas, et nostri  
 famelici et aliquando nihil omnino habebant.

70 [199, 132] 17 Erat quidam iuvenis in Societate qui singula-  
 rissimum donum concionandi habebat, et licet B. P. Noster  
 semper timeret de eius constantia, tamen singulari amore quo-  
 dam ipsum prosequabatur, et hoc modo semper utebatur erga  
 illos, quos timebat constantes non fore. Tandem missus ille  
 75 iuvenis ut multos iuaret, licet multi Patres fructum nullum  
 sperarent ab illo. Tandem defecit, vixit vitam iuvenilem,  
 nostri conabantur illum per litteras revocare, sed nihili facie-  
 bat. Tandem venit ad illum Pater quidam eique ostendit sua  
 prima vota: — En quid promisisti aliquando Deo? — Ille gla-  
 80 dio minitans eripuit Patri vota et dentibus contrivit, et pro-  
 iecit. Cecidit miser in morbum gallicum ab omnibus derelictus;  
 cum neque ad hospitale reciperetur, misere mortuus est.

[200, 133] 18 P. Paschasius fuit semel contra nostrum  
 B. Patrem tentatus initio Societatis. Putabat enim Patrem

61 Otellum *om. M, sup. lin. R*

<sup>121</sup> *Memoriale*, nn. 216-217, FN, I, 654-655. Ludovicus Gonçalves  
 de Câmara erat Minister domus; P. Sebastianus Romei, Rector collegii.

<sup>122</sup> *Memoriale*, n. 95, FN, I, 583.

saecularem esse propter munditiam et compositionem <sup>123</sup>. Sed 85  
 quando vidit illum tam ferventem et elevatum in contempla-  
 tione, rediit ad se sibi que persuasit, illam suam compositionem  
 in exterioribus non aliunde provenire, quam ab illa caelesti,  
 quam mentis oculis intuebatur. Inde sumpsit P. Paschasius  
 exemplum, tamque compositus fuit in exterioribus, tamque 90  
 mundus, ne macularet pavementum expuendo, posuit sibi va-  
 sculum quoddam.

[200a, 134] 19 Idem P. Paschasius, vir sanctus, post exer-  
 citia facta incedebat semper oculis demissis; et accidit ut  
 quadam vice graviter se laederet, et parum abfuerit, quin 95  
 caderet in profundissimam fossam. Ab eo tempore incedebat  
 erectus.

[201, 135] 20 Libenter multa amplecti debemus, quando  
 nobis imponuntur. Sicut enim aqua collecta in vase hortensi,  
 quod multa foramina habet, se communicat hoc modo pluribus 100  
 herbis et radicibus; sic etiam nobis videtur [24] Deus dare  
 multiplicem gratiam quando pluribus occupamur ad eius  
 gloriam.

[202, 136] 1 P. IACOBUS LEDESMA <sup>124</sup>. Omnes sumus ex una  
 eademque patria, corpora e terra, animae e coelo, sicque nulla 5  
 distinctio nationum. Quando emimus lactucas, non petimus,  
 an sint ex horto illius cardinalis vel romani, sed meliores ac-  
 cipimus. Sic in Societate fieri debet.

[203] 2 Videmus ubi sunt pauperes sacerdotes, ibi sperni  
 cultum Dei, et magnam esse ignorantiam; e contra, ubi sunt 10  
 magni redditus, ibi viget cultus divinus, sunt viri docti. Ideo  
 decet ut episcopus vivat secundum decentiam sui status sicut  
 magnates, canonici ut nobiles, simplices sacerdotes ut cives  
 mediocres; non enim decet ut sacerdos Dei sordide vivat.  
 Pontificis est praecipere; si esset abiectus et pauper, quis eum 15  
 timeret? Homines sumus, et istis exterioribus movemur.  
 Fuerunt sanctissimi viri Ambrosius, Augustinus etc. quando  
 Ecclesia optime erat ditata.

7 post Romani add. vel alterius nobilis M || 13 ut corr. ex et R om. M

<sup>123</sup> De cura munditiei apud S. Ignatium v. PALMIUM, MON. 6, supra, pp. 157-158; LANCICIUM, MON. 41, cap. II; FX, 469.

<sup>124</sup> Natus in oppido Cuéllar in Castilla, a. 1519. Post studia facta Compluti et Lovanii, ing. Societatem Romae 2-II-1557 (Rom. 170, f. 10). Professor theologiae in col. Romano (1557-1562) eiusdemque Praefectus studiorum (1563-1575). † Romae 18-XI-1575. Eius elogium in Mon. Paed., 859-863; SACCHINI, P. II, pp. 11-12; P. IV, p. 71, n. 15.

[204] 3 Rarissime Patres nostri proficiscuntur in patriam.  
 20 Semel B. P. Ignatius domum profectus, reliquit ibi suum equum  
 parvum. Dicebant homines : — Iste est equus sancti — ; pasce-  
 batur ubique, relinquebant illum quo vellet ire <sup>125</sup>.

[205, 137] 4 Qui loquitur religiosus per modum exhorta-  
 tionis aut etiam concionis, deberet esse cherubim et seraphim,  
 25 qui illuminaret et inflammaret illos, quia angeli sunt.

[206] 5 Deum possumus ubique invenire, vel meditando  
 de Sanctissima Trinitate, secundum conceptus quos Deus  
 unicuique largitur, velut est in se, vel Christum in coelis, qui  
 omnia videt, aut ut est in nobis per gratiam, aut per contem-  
 30 plationem suae sanctissimae vitae, aut in suis actionibus, con-  
 siderando quomodo se Christus habebat quando loquebatur  
 etc. Erat quidam qui dicebat : — Quoties volo, toties pluit,  
 [24v] quia volo quod Deus vult.

[207] 6 Cogitavi saepius quare eleemosyna tanti fieret,  
 35 cum tamen oratio et alia sint praestantiora ? Credo hanc esse  
 causam : licet enim unus alium exhortetur ut pro se oret idque  
 faciat, tamen nulla re sua se privat ; in eleemosyna autem  
 detrahit sibi, et consequenter difficilior opus.

[208, 138] 7 Cum primi Patres Lutetia proficiscerentur ver-  
 40 sus Italiam, quidam homo, et ut videbatur rusticus, in partibus  
 pedemontanis petiit ab illis, quo tenderent. Responderunt : —  
 Romam versus —. Dixit ille homo : — Isti sunt qui reformabunt  
 totum mundum <sup>126</sup>.

[209, 139] 6 P. Laynez, qui est in gloria, dicebat amorem  
 45 proprium esse valde homini intrinsecum usque ad centrum,  
 et dabat exemplum de caepis ; deposito enim cortice uno,  
 subsequitur alter, sic usque ad centrum. Sic se res habet nobis-  
 cum : pugnat homo contra unum, statim quaerit se in alio, in  
 loquendo, recreando, in omnibus actionibus.

[210, 140] 9 Quadam alia vice loquebatur in recreatione de  
 eodem P. Laynez meque monebat, an non recorderer saepius  
 miraculi, quod in me ostendisset ille magnus pater. Erat autem  
 hoc. Anno 1564 laborabam ardentissima febris circa festum  
 SS. Apostolorum Petri et Pauli, cumque esset renovatio votorum  
 55 in collegio Romano, venit Rdus. Generalis cum Assistentibus  
 et aliis primariis Patribus domus ad collegium. Sumpto prandio

<sup>125</sup> Cf. FN, I, 482 <sup>3</sup>.

<sup>126</sup> *Lain.*, n. 34, FN, I, 108 ; POLANCO, *Sum.*, n. 64, ib. 189. Uter-  
 que id ponunt « primo die nostrae profectionis ».

visitavit infirmos, inter quos et ego eram. Petiit a me, quia cognoverat me Tridenti, cum mitterer Romam anno 1563 <sup>127</sup>, quomodo valerem ? ego respondi : — Rde. Pater, recte valerem, modo liceret bibere —. Convertit se optimus Pater ad P. Vincentium Brunum, tum Praefectum infirmorum <sup>128</sup>, et petiit, num non liceret mihi bibere ? Respondit P. Brunus : — Rde. Pater, nullo modo licet, esset enim periculum manifestum vitae —. P. Generalis ursit dicens : — Iste est germanus, [25] non ei nocebit —. Restitit semper P. Brunus. Tandem P. Generalis iussit adferri aquam recentem in vitro satis magno, quod cum benedixisset, mihi porrexit ; quod exhausti statim. Et cum peteret : — Quomodo iam habes ? — Respondi : — Melius —. Et cum omnes Patres, qui comitabantur suam Pater-  
nitatem, putarent me illico peius habiturum, ego per Dei gratiam  
intra paucos dies ex integro convalui. Et hoc est, quod mihi P. Ledesma in memoriam revocarat, vocans miraculum, nam et ipse praesens erat, quando haec contigerunt.

[211] 10 Quidam Frater, adiuvans infirmarium, sentiebat quandam repugnantiam tangendo res sordidas ; ut se autem  
vinceret, semel totum caput imposuit, sicque dispulit repugnantiam sensualitatis.

[212] 11 Quidam Frater purissimus, qui forte nec per imaginationem aliquid mali sciebat, quatuordecim annorum erat. Quadam vice omnino volebat gestare cilicium, sed cum ei non  
concederetur, incipiebat sibi facere cilicium ex acilulis [sic] et aliis rebus. Quod cum intellexisset P. Rector, vocavit illum ad se, debuit se spoliare et invenit suum cilicium.

[213, 141] 12 Quando P. Laynez fuit in Affrica, classis fuit in maximo periculo <sup>129</sup>, omnes clamabant lamentabiliter « Pater  
noster », ne quidem colorem mutavit, sed adhortabatur omnes ad confessionem. Quod videns dominus Torres, prothomedicus proregis Siciliae, ex illo actu fuit conversus <sup>130</sup>.

<sup>127</sup> Rosephius, ex Germania Romam petens, Tridentum pertransivit mense octobri, anno 1563. LM, VII, 410.

<sup>128</sup> Vincentius Bruno, Ariminensis, natus 1531/2, i. Romae 28-X-1558 (Rom. 170, f. 23). † Romae 13-VIII-1594 (Hist. Soc. 42, f. 10v). Fuit Minister in col. Romano ibidemque « praefectus infirmorum » (Rom. 78b, f. 27, 31v). Erat doctor in medicina (Rom. 53, f. 76).

<sup>129</sup> P. Lafnez particeps fuit bellicae expeditionis quae an. 1550 expugnavit Aphrodisium (Afrique). FN, II, 210, 211-212. Maximum periculum, de quo Rosephius hic agit, habitum est in reditu ex illa expeditione. Vide LM, I, 170.

<sup>130</sup> Balthasar de Torres, de quo v. FN, I, 556<sup>1</sup>, 627<sup>2</sup>, 765<sup>3</sup>; Chron., III, 204, 219-220.

[214] 13 Eodem tempore, quando debebant christiani Africam, quia erat res magni periculi, quingenti milites dederunt P. Nostro Laynez res suas, ut, si occumberent, distribueret illorum amicis. Ex illis nullus occubuit, et dubitatur, num aliquis vulneratus, cum plurimi alii desiderarentur, et illi non erant ex primariis viris, sed gregarii milites. [25v]

95 [215, 142] 14 Cum quodam tempore idem P. Laynez ingrederetur Venetiis canalē maiorem, versabantur in magno periculo, ita ut acclamarent illis alii. Pater nihil penitus motus recitabat suum officium.

[216, 143] 15 Quando ultima vice missus Lutetiam, mirabilia fecit <sup>131</sup>. Accessit omnes parrochos et curatos, admonens illos officii, visitavit maiorem partem monasteriorum, faciebat religiosis exhortationes, hortabatur ad concionandum, visitabat omnia collegia universitatis, conveniebat senatores virosque primarios, sicque omnia capita penes quos erat fides, coniungebat. Reginae offerebat rationes quindecim efficacissimas, quare non deberet haereticis condescendere, aut quicquam concedere; contra Petrum Martyrem stetit fortissime; scripsit de imaginibus quae magni momenti sunt apud Parisienses <sup>132</sup>.

[217, 144] 17 Audivit ex P. Bustamante, quando simul profecti sunt Laurentum, P. Borgiam solitum fuisse singulis diebus sibi infligere quadringentos ictus, et petebant a se mutuo, an fecissent? et P. Franciscus dicebat: — Feci —. P. Bustamante replicabat: — Quomodo potuit facere cum essemus cum aliis? — Respondit: — Sub naribus extraxi mihi tot crines.

15 [218, 145] 17 Isti duo praedicti Patres semel peregrinati sunt in Hispania ad S. Iacobum in paupertate; dormierunt aliquando miserrime. Cum semel essent in quadam domo cum multis hominibus, qui agunt bestias, hi dormiebant in suis locis. P. Bustamante timens ne P. Francisco Borgia aliquid contingeret, obtinuit illi locum, prope ignem; Pater vero ille iacuit super scamnum; quem noctu catarrhus obruit. Incepit expuere, et P. Borgiae in faciem expuit, qui prorsus nihil dixit. Mane autem alter Pater vidit et admiratus fuit, cui P. Franciscus laeto vultu dixit: — Primum sputum in oculum, secundum in medium oris etc. excepi.

90 post *Africam adest* linea — in R || 11 quadringentos] 400 M

<sup>131</sup> A. 1561, in colloquio Poissiano (Poissy). Vide LM, VI, 182-186, 189, 244, 268, 275, 289.

<sup>132</sup> LM, VIII, 757 ss., 759, 775 ss.



[219] 18 Dicebat semel in recreationis circulo apud Sanctissimum Sacramentum, quomodo esset contentus per totam vitam suam talem habere conversationem. [26]

[220, 146] 19 Cum aliquando Patrem [Ignatium Pater] Laynez b.me. accessisset, eumque consulisset de quibusdam rebus spiritualibus, dicebat ei Pater Noster, inter caetera, se a Domino hanc gratiam impetrasse, ut in omnibus rebus ipsum inveniret.

221, 147] 20 Cum P. Ledesma anno 1566 mitteretur cum P. Natali ad comitia Augustana<sup>123</sup> et valediceret nobis in collegio Romano, dicebat: — Ego, charissimi Fratres, nisi essent vestrae orationes, in nulla re mihi fiderem. Sicut enim ramus abscissus a radice et plantatus in terra nihil fructificat, nisi maneat cum radice per quam succus venit ad ramum, sic nisi spem haberem in Societate, per quam Spiritus Domini venit in nos, nihil fieret.

[222, 148] 1 P. IOANNES MARIANA<sup>124</sup>. Quando ingruit frigus, solent hic diligenter claudi fenestrae, nam iste aër romanus solet causare catarrhos, qui deinde descendunt ad linguam, ad pectus, ad pedes. Sic quando non sumus in illo spiritus calore, sed frigidi, cavendum nobis est, ne contrahamus morbum, hinc enim fieret, quod nihil loqui lingua, nihil ex pectore fervore, nihil pedibus operando possemus.

[223, 149] 2 Sunt aliqui pisces Tivoli, quos vidi, qui egrediuntur alveum aquae amarae ad quosdam rivulos aquae dulcis, ubi facillime capiuntur a piscatoribus. Sic, quando nos egredimur terminos nostrae recreationis, quaerentes dulcedinem carnis et sanguinis, facillime capimur a daemonibus.

[224] 3 Dicunt scriptores pisciculum esse maris, qui adveniente tempestate solet se affigere petrae, ne concutiat a fluctibus. Sic nos, quando eramus in saeculo, videbamus ob oculos miseras et tempestates; fugimus per gratiam Dei illas procellas, affiximus nos petrae, quae est Christus. Sed cum modo religiosus concutiat suis passionibus, iactetur sursum

29 Cum aliquando P. Laynez S. P. Nostrum accessisset *M*

<sup>123</sup> PP. Nadal et Ledesma, deputati a Pio V ad comitia Augustana, die 7 februarii 1566 Roma profecti sunt. EN, III, 3 ss; SACCHINI, P. III, l. II, nn. 4, 5.

<sup>124</sup> P. Ioannes de Mariana natus in oppido Talavera, i. 1-I-1554 Compluti 18 natus annos (CASTRO, I, f. 140), fuit professor theologiae scholasticae in col. Romano annis 1562-1565, quo tempore Rosephius ibi illis studiis vacabat. A. 1569 missus Lutetiam, a. 1574 rediit in Hispaniam; † 1624.

et deorsum, oportet confugere ad Christum interius, facere  
 60 foramina digitisque nos tenere, et cum in illa petra nullum sit  
 impedimentum, saltem nos caveamus, ne simus onusti et sic  
 abstrahamur.

[225, 150] 4 Duplicem in nobis habemus imaginem : unam  
 quam delere nunquam [26v] possumus quia Deus illam sculpsit,  
 65 alteram quam nos fingimus operando virtutes ; et quia hanc  
 saepius permutamus in leones, ursos etc., instat iam tempus  
 renovationis istius imaginis.

[226, 151] 5 P. Baptista concionator ille Hispaniae insignis <sup>135</sup>  
 scivit necessitatem quandam maximam cuiusdam castelli ;  
 70 cumque fuisset in civitate proxima, dixit se etiam conciona-  
 turum a prandio in tali loco. Totus populus concurrit ad sex  
 milliaria italica. Pauperes illius loci obtulerunt Patri radices  
 et nescio quid ex sua paupertate. Cum ergo concionaretur de  
 eleemosyna, protulit cibum, quem ei pauperes obtulerant, et  
 75 admonebat omnes ut darent eleemosynas ; ipse vero de se  
 aiebat : — Licet religiosus sim, offero tamen meum pallium ;  
 et ecce populus tantam summam pecuniae proiecit, quod toto  
 illo anno commode viveret populus illius terrae.

[227] 6 Idem P. Baptista Granatae, ubi pueri ita inter se  
 80 solent pugnare simul et congregari, ut ne iudex quidem impedire  
 possit, adiunxit se illi multitudini conscenditque locum quen-  
 dam. Ibi coepit concionari pueris ; et cum difficilius sit permo-  
 vere puerum quam etiam infidelem et haereticum, tamen effecit  
 tantum, ut portarent fundas et baculos, ex quibus quasi cruces  
 85 confic[i]ebant. Cum istis ergo pueris ingrediebatur civitatem,  
 cantantibus litanias, quod spectaculum tota civitas admirata  
 fuit.

[228] 7 Idem Pater Granatae ita concionabatur, et quidem  
 sine ulla rhetorica, ut nobilissimos moveret, qui ibant ad hospi-  
 90 talia, et capsulas infirmorum purgabant scopis, imo ipsemet  
 Archiepiscopus similia faciebat.

[229, 152] 8 Cum idem Pater veniret iam ad congregationem  
 ob mortem Patris Laynez, transeundo Hispaniam, ubicunque  
 poterat habere occasionem, concionabatur in foro. Et Romae  
 95 cum raderetur ei barba, et pulsaretur ad congregationem, ille  
 rasa barba ex una tantum parte volebat ire ad congregationem ;  
 et cum tonsor quasi offenderetur, dicebat ei : — Orsù [27],

<sup>135</sup> Ioannes Baptista Sánchez. De eo v. annot. 34, 181.

Frater, fungaris tuo officio — ; alias ivisset, et precatus fuisset veniam a P. Generali.

[230, 153] 9 In Lamentationibus Hieremiae dicitur, quod 100  
ducat eos ad angustias etc. <sup>136</sup>. Sic facit diabolus cum hominibus,  
quod venatores faciunt et aucupes : pellunt ad locum angustum,  
quia ibi extensa sunt retia, sicque facilius capiuntur. Sic multis  
hominibus proponit unum articulum fidei difficilem : quomodo  
hoc potest esse ? Tunc bonus christianus non debet permittere 5  
ut redigatur in tales angustias, sed prosilire in campum latissimae  
fidei, et obicere daemone : — Si mea fides non est vera, unde  
tot miracula, quae tu teipso teste nec fecisti, neque facere potes,  
neque negare [?]

[231, 154] 10 Quadam vice disputavit cum quodam iudaeo, 10  
cui Pater dixit : — Estne possibile, quod Deus tot legibus  
vestris voluerit totum mundum obligare ? — Respondit iu-  
daeus : — Et vestra lex est supra omnem rationem, imo contra  
—. Dixit Pater : — Ex hoc sumitur maximum argumentum  
S. Augustini : Si facta fuerunt miracula, ut probaretur fides, 15  
habeo intentum ; si non sunt facta, tunc hoc mihi maximum  
argumentum veritatis, quod tam altam fidem totus mundus  
acceptarit <sup>137</sup>.

[232, 155] 11 Qui habitant domos conductitias, non valde  
afficiuntur erga illas quia sciunt non esse proprias. Quare nos 20  
afficeremur erga mundum, cum sciamus, non esse propriam  
nostram domum [?] Miseri contra, qui ita afficiuntur, ac si  
nostra esset perpetua possessio.

[233, 156] 11 Qui vellet emere pomum pictum aureum, plu-  
ris constaret, quam si naturale emeret, cum tamen hoc multo sit 25  
melius. Sic viliori pretio possemus emere vitam beatam, quam  
pictam faelicitatem, quae nihil in se habet saporis et nutrimenti.

[234, 157] 12 Infirmi adhibent subinde remedia externa,  
quando affliguntur, sed illa parum proficiunt, quia intus est  
malum et malus humor, qui debet [27v] evacuari. Sic oportet 30  
rem serio aggredi, et eo spectare, ubi malum est animae.

[235, 158] 14 Quando diabolus devorat homines secundum

8 tu tamen *M* || 19 inhabitant *M* || 25 sit] fit *ms.*

<sup>136</sup> Ier. 4, 31.

<sup>137</sup> *De civitate Dei*, l. XXII, c. 5 (PL, 41, 756 ; *Enchiridion Patristicum*, n. 1783) ; *De fide rerum quae non videntur*, c. IV, n. 7 (*Enchiridion*, n. 1614).

S. Petri dictum <sup>138</sup>, videtur tunc illos tanquam nutrimentum in substantiam convertere, ita quod oculi, omnes sensus etc.  
 35 videantur daemonis esse. Sed quando est aliquid quod devorare non potest, hos solet Deus eruere; sicut multi peccatores, qui praeter aliquam devotionem erga B. Virginem, vel quid simile, nihil habebant, hos Deus eruit et convertit.

[236, 159] 15 Illi quiescunt, qui peregrini et fatigati hic  
 40 fuerunt in mundo; qui autem cives esse volunt, et nomina sua scribere, non gaudebunt privilegiis curiae coelestis. Origenes dicit quod specialiter Deus dicatur Iacob: quia in tabernaculis habitabant <sup>139</sup>. Sic et noster Deus erit, si habitatio nostrae peregrinationis fuerit in tabernaculis.

45 [237, 160] 16 Qui ducitur ad supplicium, nihil eorum curat, quae sunt in plateis, sed fixa mente totus est in sua futura passione. Multi homines confluunt, unus male loquitur de illo, alius compatitur. Sic qui in cruce religionis est, nihil debet aspicere eorum quae mundi sunt, sed totus debet esse defixus  
 50 in mortificatione; quicquid homines de ipso loquantur, curare non debet.

[238, 161] 17 Lapis per se immobilis est, praesertim si magnus sit; si tamen appendatur funi, a parvo etiam puero movetur. Sic nos, quando sumus fundati in gratia Dei et vocatione  
 55 nostra, tunc non movemur; si autem alligati sumus quibusdam rebus, respectibus doctrinae vel alicui rei, tunc quando non omnia succedunt, quae cupimus, facillime movemur.

[239, 162] 18 Si vis videre an habeas veram libertatem spiritus eamque experiri, observa num in conversatione magis  
 60 traharis erga hunc, quam alium, et quam ob causam; tunc statim experieris te non habere veram libertatem spiritus, sed potius misere alligatum. [28]

[240] I P. IACOBUS PALJZ <sup>140</sup>. Cogitavi saepius, qui fieri possit ut christiani sint miseri et afflicti, cum Dominus dicat:  
 65 « Petite et accipietis » etc. <sup>141</sup>. Si Pontifex promulgaret edictum,

37 praeter corr. ex propter || 50 loquuntur M || 59 num] an M

<sup>138</sup> 1 Petr. 5, 8.

<sup>139</sup> Gen. 25, 27.

<sup>140</sup> P. Iacobus Pérez, n. in op. Peñalver, dioec. Toletanae c. 1538, i. Compluti 13-I-1555, professus 4 vot. 24-IX-1565. In col. Romano fuit professor theologiae scholasticae annis 1565-1566, 1568-1576. † Neapoli 17-VI-1582 (*Hist. Soc.* 42, f. 78). CASTRO, I, f. 151v. De eo v. etiam supra, nn. 173, 182.

<sup>141</sup> Io. 16, 24.

ut quicumque egens sit, veniat ad se, crediderim nullum fore pauperem Romae. Quae ergo ratio, quod nos indigeamus? Non sane petitio: quia toties oramus, examina facimus etc. Existimo hanc esse causam, quod non bene petamus. Mulier accessit retro et tetigit fimbriam<sup>142</sup>. Christus sic tangitur in sacramentis, deinde in nobis ipsis est; ibi quaeramus illum et tangamus, ut nobis manum imponat et tangat.

[241, 163] 2 Saepe cogitavi theologiam scholasticam esse sicut grammaticam, nam sicut sine illa infaeliciter quis versatur in Cicerone et aliis auctoribus, sic sine scholastica theologia infaeliciter quis versabitur in Patribus, et magno cum periculo.

[242] 3 Novit Patrem, qui ei haec sequentia retulit: cum semel Valentia proficisceretur ad aliam civitatem novem leucis distantem, ieiunus vir multae orationis defecit in medio itinere; mansit itaque sub piro, et oravit ad Dominum, quia non habebat, quod comederet. Dum orat, vidit in summitate arboris pirum pulchram, vidit etiam hominem peditem paulatim sibi appropinquare, qui petiit a lasso, quid hic faceret? Respondit Pater: — Defeci in itinere, quia non habeo, quod comedam —. Ille extraxit magnum panem album more hispanico, partem ei reliquit et discessit ab eo.

[243, 163a] 4 Audivit sequentia a viro digno fide, qui ab ipsamet matrona acceperat. Cum P. Ignatius proficisceretur Lutetiam, venit ad quandam civitatem, et cum pergeret ad ecclesiam, quidam eum trahebant, alii etiam percutiebant. P. Ignatius manebat in simplicitate, nihil prorsus dicens. Quod videns matrona quaedam, mirata est, dixitque: Iste homo debet esse sanctus; vocavit ergo illum ad se, et interrogavit: — Quo tendis? Respondit: — Lutetiam ut studeam —. Petebat, an haberet pecunias? Respondit Ignatius: — Non habeo —. Tunc matrona ait: — Orsa [28v], eas et studeas; ego subministrabo tibi pecunias —; quod et fecit, quamdiu vixit.

[244, 164] 5 Narravit illi Pater Araoz vir gravissimus in Hispania. Cum vellet traicere quoddam flumen, navis autem erat magna, et nautae nolebant Patrem vehere, nisi plures essent homines. Pater Noster videns hoc, incepit ingredi flumen et sicco pede transivit super aquas. Nautae illius loci adhuc referunt ista.

<sup>87</sup> audivit - matrona] Novit unum qui ei sequentia retulit et ab ipsa matrona  
M || <sup>96</sup> Orsa M Orsa add. postea in R

<sup>142</sup> Mt. 9, 20.

[245, 165] 5 Cum semel noster b. P. petiisset eleemosynam  
 5 in Hispania, incidit in hominem qui prius cognoverat Patrem,  
 qualis aliquando fuisset, dedit ei decem aureos. Pater noctu  
 dormivit sub porticu, et mane surgens statim apposuit manum,  
 probaturus an adhuc haberet pecunias. Cumque se collegisset,  
 intra se dixit: — Hoc non est bonum indicium —. Proiecit  
 10 igitur a se totam illam pecuniam et ex illo loco discessit.

[246, 166] 7 Vas dicitur vacuum etiamsi repletum sit aëre,  
 eam ob causam, quia non est impletum ea materia quae requi-  
 ritur. Sic anima dicitur vana et vacua, quae non continet in  
 se, quod continere debet.

15 [247] 8 Dicebat se novisse Patrem quendam, qui in oratio-  
 ne tanto cum fervore orabat se nolle adhuc paradisum, sed si  
 per mille annos posset vivere, ut animas ad Christum duceret  
 et Christi gloriam promoveret, vellet postponere ad tempus  
 suam beatitudinem.

20 [248] P. Baptista <sup>143</sup>, concionator ille admirabilis, cum Gra-  
 natae semel vidisset processionem Corporis Christi, simul et spec-  
 tacula quae forte cum peccatis quibusdam fiunt, incepit cum tan-  
 to fervore concionari, quod expectatum fuerit per horam cum  
 Sanctissimo Sacramento, donec finem imponeret concioni.

25 [249, 167] 10 Credo omnia peccata provenire ex infidelitate,  
 aut spe imbecilli. Si enim saecularis pro certissimo haberet, se  
 futurum regem in Belgio, maximos labores libenter sufferret.  
 Sic puto, si firmiter speraremus illa bona coelestia, ut merito  
 deberemus, impossibile fore, quin multa faceremus. Et si homi-  
 30 nes tantopere laborant ut decem annis [29] victum habere  
 possint, quid non nos pro aeterna vita?

[250, 168] 11 Sicut non est bonus discipulus, qui nescit du-  
 bitare de suis auditis lectionibus; ita signum est, quod ille reli-  
 giosus non cognoscat suos defectus in rebus spiritualibus, qui  
 35 nescit dubitare et petere.

[251, 169] 12 Ante communionem multum prodest, se exer-  
 cere in gratiarum actione pro tanto beneficio; deinde magna  
 fide petere quod cupimus, tertio se in amore Dei inflammare.  
 Et videtur, post ipsam communionem opus esse maiore prae-  
 40 paratione. Sicut enim cibus sumptus nihil prodest, nisi calor  
 naturalis digerat, sic sacramentum non facit fructum in nobis,

---

38 quod] quae M

---

<sup>143</sup> Ioannes Bapt. Sánchez, de quo v. annot. 34, 135, 181.

nisi concoquatur igne devotionis et contemplationis, calore item nostro et exercitio.

[252, 170] 13 Episcopus Placentinus<sup>144</sup> intra duos annos expendit quadraginta millia aureorum in nostro collegio aedificando. Fuit aliquando magna annonae caritas. Nostri cibarent quingentos singulis diebus, et quatuor aut quinque ex nostris peragrarent illam regionem cum pecuniis, iuverunt miseros, quae res valde movit homines.

[253, 171] 14 Habet illud collegium locum et hortum saluberrimum prope monasterium ad quod se receperat Carolus Quintus imperator<sup>145</sup>. Venit is semel ad nostrum hortum, et simplex quidam Frater coadiutor aperuit ei portam; cumque diu locutus esset cum illo, petiit noster simplex, an cognosceret fratrem suum? Imperator dicebat: — Non cognosco —. Frater dicebat: — Mirum est, cum frater meus soleat esse notus similibus —. Cumque satis diu fabulati fuissent simul, Imperator quaesivit, num alii Fratres nostri adessent? Respondit: — Ita —. Cucurrit vocatum illos: — Ite, adest Imperator —; et tam alte loquebatur, ut Imperator ipsum loquentem audiret. Sed nullus Fratrum voluit comparere, sicque Imperator discessit. Tantus monarcha volebat se recreare cum religiosiis simplicibus.

[254, 172] 15 Ut quis impetret a Deo quod postulat, oportet ut spiritum illius [29v] rei habeat, quam optat, alias precatur videtur ludere et ridere cum Deo. Verbi gratia: qui vult impetrare a Domino Deo humilitatem, habeat spiritum et desiderium humilitatis oportet. Fieri enim potest, ut quis instanter petat humilitatem cum tamen ipse interim humilis esse nolit.

[255, 173] 16 De Patre Villanova<sup>146</sup> narrabat quod mirabilia fecisset in Hispania, cum tamen Romae quasi dimissus fere et inutilis existimaretur, licet B. N. P. Ignatius magni illum faceret. Venit Complutum, ubi grammaticus fuit in collegio; lucratus est novem socios, qui omnes erant homines devoti.

48 iuvarunt *M* || 54 cognosceret] agnosceret *M* || 74 homines *om. M*

<sup>144</sup> Dominus Gutierre Vargas de Carvajal. ep. Placentinus in Hispania ab a. 1524. † 27-IV-1559. Collegium inchoatum est a. 1554, scholae apertae a. 1555 (FN, II, 216). De fundatione huius collegii v. *Chron.*, V, 482, nn. 1306, 1310; VI, 605-606, nn. 2609-2610; ALCÁZAR, I, 230; ASTRAIN, I, 423-433; v. etiam *Quadrimestres*, IV, 21-22; EM, V, 317-318; IPARRAGUIRRE, *Historia de los ejercicios*, I, 234-235; infra, p. 592.

<sup>145</sup> Monasterium dictum de Yuste.

<sup>146</sup> P. Franciscus Villanueva, col. Complutensis conditor. FN, I, 65\*, 293, 658; ASTRAIN, I, 260-266.

75 Tandem mirabilia fecit: laboravit ipsemet in fabrica cum muratoribus; cumque visitaretur a doctoribus externis, descendebat ex fabrica, eisque dicebat: — Non miremini, domini; hoc meum est artificium, omnes mei progenitores fuerunt tales — sicque aedificabantur in illa sua humilitate.

80 [256, 174] 17 Maximus ille amicus noster Doctor eximius<sup>147</sup> dicebat se istum Patrem revereri et timere, ac si esset sanctus Paulus, et tamen erat indoctus. Idem Doctor asservabat illius Patris epistolas tanquam reliquias.

[258, 175] 18 Dicebat P. Paijz aliquando, se adhuc novitium  
85 esse in Societate, talia tamen illo tempore vidisse, quae nunquam antea legisset, nec in Cassiano neque in vitis Patrum, nec in historiis Dominicanorum vel Franciscanorum.

[258, 176] 1 P. IACOBUS ACOSTA<sup>148</sup>. S. Ioannes Baptista propter veritatem fuit decollatus. Sic in animabus hominum  
90 saepe occiditur Ioannes, saepe veritas clamat in conscientia, interim tamen vincit sensualitas, eiusque appetitus; resolvamus nos et nobis esse moriendum propter veritatem.

[259, 177] 2 Cum iste Pater, post obitum nostri Rdi. P. Generalis Laynez, fuisset nobis concionatus in refectorio collegii  
95 Romani, inter multa et hoc retulit: In exercitu, quando exercitus caesareus profectus in Affricam, erat magnus aquae defectus, puteus prope hostes erat. P. Laynez fuit primus, qui accepit vas, allaturus aquam, eiusque exemplo moti alii secuti sunt eum<sup>149</sup>.

100 [260, 178] 3 Quando P. Laynez venit Romam, portavit Lutetia cilicium per [30] totum iter, et nihilominus libros etiam super humeros<sup>150</sup>. Hoc cilicium vidit Frater noster Hieronymus Vanegas.

[261, 179] 1 P. IACOBUS ABBAS<sup>151</sup>. Nos sumus granum fru-

<sup>147</sup> Agitur probabiliter de doctore Mancio de Corpore Christi O. P., qui Patrem Villanueva magnificiebat. CASTRO, *Historia del Colegio de Alcalá*, I, f. 25. De eo videri potest V. BELTRÁN DE HEREDIA, *El Maestro Mancio de Corpus Christi O. P.*, in *La ciencia tomista*, 51 (1935) 7-103.

<sup>148</sup> Natus in opp. Medina del Campo, ibidem i. 1553 (*Chron.*, III, 305, IV, 388). Professor philosophiae in col. Rom. ann. 1562-1565. A. 1567 missus Taurinum, Rector illius collegii, a. 1568 in Flandriam (*Hist. Soc.* 41, f. 234).

<sup>149</sup> Vide supra, n. 213.

<sup>150</sup> POLANCO, *Sum.*, n. 63, FN, I, 189.

<sup>151</sup> Iacobus Abbate, n. ca. 1536, i. 1558 (*Neap.* 80, f. 6v), † Neapoli 1-II-1611 (*Hist. Soc.* 43, f. 22) aetatis a. 67, Societatis 51. An. 1566 numerabatur inter « physicos » col. Rom. (*Rom.* 78b, f. 28v).



menti<sup>152</sup>, sed non existimemus nobis sufficere nos esse separatos a paleis saecularibus, quia Dominus hoc non dicit, sed « nisi mortuum fuerit » etc. Requirit ergo ut, post separationem a paleis, nos mortificemus.

[262, 180] 2 Christum tres mortuos suscitasse legimus : puellam, et illam in domo. Et hoc contingit apud religiosos, quando quis habet in corde abscondita, quaeque nulli communicat. Filium viduae : quando sua non superiori, nec confessario, sed potius alteri fratri communicat. Iste mortuus effertur. Lazarum, quando palam omnia facit, nullaque adhibet remedia. Talis mortuus est, et fetet.

[263, 181] 3 Quod signum praecipuum mortis aut vitae ? Medici tangunt pulsum ; si non sentiunt, aut certe debilem observant, dicunt : iste filius est mortis. Sic quando iniungitur aliquid religioso, et nullam resistantiam ostendit, tunc vere dici potest : O iste mortuus est, nullum habet pulsum.

[264] 4 Quidam Pater hispanus, qui aliquando in bello fuerat capitaneus, cum prope Senas transiret cum quodam Fratre silvam, occurrerunt illis duo latrones. Frater socius Patris sibi timebat. Pater autem accessit illos ; tantoque fervore egit cum illis, ut ibi confiterentur et promitterent se meliorem vitam arrepturos.

[265, 182] 5 Referebat se a quodam Patre audivisse, nostrum B. P. Ignatium solitum fuisse dicere : — Si millies in die mori possem quacunque morte ob salutem unius hominis, libenter subirem —. Hoc nobis exemplum sit mirabilis zeli et sitis animarum salutis.

[266] 6 Linguae instar ignis apparebant super Apostolos<sup>153</sup>. Nos in Societate posidemus linguas, graecam, latinam, haebraeam ; hae nisi sint igneae, [30v] id est plenae charitatis, nihil nobis proderunt, quin potius erunt sicut gladius in manu furibundi.

[267, 183] 7 Cum B. P. Ignatius quadam vice commisisset Ministri ut omnes convocaret ad agendum aliquid, erat quidam corpore indisposito, cui Minister : — Charissime, oportet et te ire, quia Pater iussit, ut omnes ad opus irent —. Ivit bonus filius ; res venit ad aures Patris, qui acerrime reprehendit Mi-

7 requiritur *M* || 13 post fratri del. sua

<sup>152</sup> Io. 12, 24.

<sup>153</sup> Act. 2, 3.

nistrum, dicens: — Quando obedientia iubet aliquid fieri, non tibi tollit tuam prudentiam et discretionem <sup>154</sup>.

[268, 184] 1 P. IOANNES RICASULUS <sup>155</sup>. Videmus tantam  
 45 differentiam inter homines quoad doctrinam et aliis in rebus,  
 ut fere quis dicere posset, illos specie differre, cum tamen ean-  
 dem essentiam habeant. Quanto magis Deus distat a nobis,  
 qui essentialiter infinite alius est, quam nos? Non ergo mirum  
 si Deus multa faciat, quae nos nec scimus nec intelligimus.

50 [269] 2 Si aliquis in maris tempestate, fractis omnibus,  
 haereret in scopulo quodam, an non esset ingens beneficium,  
 si quis appelleret, ipsumque in medio mari liberaret, et ad por-  
 tum deduceret [?] Sic Christus nobiscum egit: fregeramus  
 omnia, exigua vel nulla spes salutis, ipse nos duxit ad portum.

55 [270, 185] 3 Audivisse aiebat se ex quodam Patre: Quan-  
 do nostri primi Patres die quodam veneris fecerunt professionem  
 in templo S. Pauli, acceperant mutuo duas mulas propter  
 debiliores; cumque ibi essent, misit B. P. Noster P. Petrum  
 domum ut praepararet pro illis prandium, habebant autem  
 60 domi tantum unum aureum. Illum accepit Pater Petrus, et  
 ad Sanctum Ioannem Lateranum praeparavit unicuique par  
 ovorum; hoc erat convivium illorum Patrum. In reditu cum  
 B. Pater vidisset P. Petrum fessum, iussit illum conscendere  
 mulam <sup>156</sup>. [31]

65 [271, 186] 4 Nostra vita est instar candelae, quae in se  
 habet certam suae durationis mensuram, et praeter hanc,  
 exposita est multis aliis periculis ventorum etc. ut extinguatur.  
 Sic, praeter nostrum terminum, sunt multa accidentia, quae  
 hominem possunt interimere.

70 [272, 187] 5 In officiis quae Deum immediate respiciunt,  
 magna cum diligentia et attentione debemus nos habere. In  
 aliis vero, quae non habent talem respectum, ut v. g. studere,  
 comedere, debemus facere id quod faciunt comedentes nucem,  
 hi enim nucleum accipiunt, cortices autem relinquunt.

75 [273] 6 Arbor forinsecus nigra, intus autem candida est.  
 Sic anima nostra intus deberet esse candida et pura, corpus  
 autem foris abiectum et mortificatum. Deus videtur fructibus

<sup>154</sup> Cf. RIBADENEYRA, *Dichos y hechos*, cap. III, n. 1, FN, II, 482.

<sup>155</sup> Ioannes Ricasoli, Florentiae ex illustri familia oriundus, i. 1554,  
 † 17-III-1581 Romae in domo professa, *Hist. Soc.* 42, f. 7v. De eo v.  
 FN, I, 569, 572 <sup>11</sup>.

<sup>156</sup> Cf. FN, I, 22 <sup>14</sup>; *Memoriale* n. 209, FN, I, 651; *Scripta* II, 875.

dedisse tectum, ut ostenderet fructum bonorum operum nostrorum debere tectum esse nobis.

[274, 188] 7 Venetiis quidam confitebatur Nostris, et cum 80  
querebatur quod non posset orare genibus flexis, confessarius  
suggessit ei consilium ut substerneret fabas sub genibus, quod  
fecit; et potuit orare. Quid facit simplicitas? Idem deinde,  
confessus P. Benedicto Palmio, referebat ei se quandoque non  
potuisse orare, iam autem posse optime. Petiit Pater causam; 85  
cui narravit poenitens consilium ei datum ab alio confessario.

[275, 189] 8 Antequam nostri haberent regulas, faciebant  
mortificationes ex arbitrio suo. Quidam petiit consilium a  
Patre quodam: quid ei faciendum, si obdormiret in oratione?  
Respondit Pater: — Facias disciplinam —. Et si adhuc subre- 90  
peret somnus, pergeret secundo. Quod si tertia vice obdormiret,  
satisfaceret in nomine Domini somno, esse enim tunc signum  
quod natura indigeret somno.

[276] 9 Cum iste Pater Ricasulus accepisset maiores ordines  
et propter [31] devotionem et scrupulos non posset se expedire 95  
in horis persolvendis, ego fui ei a P. Sebastiano Romaeo collegii  
Romani Rectore socius deputatus. Frequenter accidit, quando  
alternatim dicebamus psalmos, dum ego dicerem meos versus,  
ipse suspensus maneret, ita quod opus fuerit ipsum trudere  
et monere: — Dicas tuum versum —; et tunc saepe incipiebat 100  
subridere.

[277, 190] 1 IOANNES ANTONIUS<sup>157</sup>, frater P. Organtini,  
habebat curam Patris Provincialis P. Canisii Viennae, et mihi  
referebat illum Patrem ita abstractum, ut nihil omnino vide-  
retur curare exteriora, adeo quod etiam non adverteret, quae 5  
pro itinere secum deberet accipere.

[278] 2 Ego aliquando considero et aspicio naturam meam,  
ac miror quomodo subsistam cum tot imperfectionibus, neque  
hoc dico ob inanem gloriam, quia veritas est. Et cum me talem  
inveniam, non arbitror me aliunde sustentari, nisi orationibus 10  
fratrum et matris meae piaae.

81 quereretur *M*.

<sup>157</sup> Ioannes Antonius Gneccchi, frater P. Organtini, n. ca. 1538  
Brixiae, i. 1557 Ferrariae. A. 1562 Viennae erat « logicus secundi anni »  
(*Austria* 122, f. 4v). Cum ibidem esset magister grammatices, mortuus  
est 25-VI-1564 (*Austr.* 122, f. 3).

[279, 191] 1 P. IOANNES NICOLAUS DE NOTARIIS <sup>158</sup>. Habemus occasionem gratias agendi Deo, quod simus quasi ex principiis Societatis. Narrabat de P. Olavio, cum animum haberet  
 15 ad Societatem, obiciebant ei quidam : — O domine, quid vis facere in ista religione ? an ignoras quanto cum fervore inceperint aliae religiones, quae tamen iam refrixerunt ? Sic erit quoque cum ista —. Quibus respondebat sapientissimus vir : — Imo, ob eandem causam volo hanc religionem ingredi, quando  
 20 omnia adhuc fervent.

[280, 192] 1 P. IOANNES XAVIER <sup>159</sup>. Si magnus dux haberet ingentem exercitum, facturus tamen praelium non omnes acciperet, sed selectiores tantum, profecto hoc sibi honori ducere merito deberent, ideoque fortius pugnare. Sic nos prae omnibus  
 25 aliis videtur elegisse ad bella Dominus.

[281] 2 Si quis habeat inimicum Neapoli, etiam Romae sibi timet ab illo ; multo magis si Romae etiam esset, et maxime si in eadem domo habitaret. [32] Quidni nos timeremus, quandoquidem inimicum nostrum intra nos habeamus ?

30 [282] 3 Non debemus inniti cannae, nec esse in paludibus carnalitatis, sicut arundines, intus vacui, foris per hypocrisin splendentes, minimo vento tentationum agitati. Vicimus enim cum gratia Dei totum mundum, et iam re levissima moveremur ?

[283] 4 Humilitas et castitas videntur ex speciali Dei privilegio concessae Societati nostrae. Hoc animadvertimus in nostris hominibus. Religiosus, doctus et prudens vir, solebat dicere : « Sancta vestra Societatis ». Et cardinalis quidam, qui in effectu non videbatur amicus Societatis, dicebat tamen : — Magnum quid assumpsit sibi exequendum vestra Societas.

40 [284] 1 P. IACOBUS XIMENEZ <sup>160</sup>. In Lusitania olim Patres praecipui ibant in carnisprivio nudi usque ad umbilicum per civitatem sese flagellantes, ita ut omnes prae admiratione stuperent, quidnam hoc sibi vellet.

<sup>158</sup> Natus Nolae in Campania. Bis fuit Praepositus prov. Romanae (1574-1578 ; 1581-1584). † Perusiae 8-II-1586 (*Hist. Soc.* 42, f. 8v). De eo *Hist. Soc.* 41, f. 91.

<sup>159</sup> Ioannes Javier (Javierre) hispanus, n. in opp. Daroca, ingr. Romae 30-X-1557 (*Romae* 170, f. 15v ; *Hist. Soc.* 175, f. 59, 60, 62), philosophiae et theologiae studuit in col. Rom. (*Rom.* 786, ff. 7, 10, 14v, 15, 37). † Romae in domo professa a. 1585 (*Hist. Soc.* 42, f. 8). Ampliorem cursum vitae v. in *AHSL*, 15 (1946) 9<sup>29</sup>.

<sup>160</sup> Iacobus Jiménez (1530-1596), socius Patris Nadal, secretarius Societatis (1583-1594). Eius examen v. in *EN*, II, 538-539.

[285] 2 Quando P. Natalis venit in Lusitaniam ad quoddam parvum collegium, ubi erat P. Franciscus Borgia noster Generalis. Et cum vellent comedere in parvo loco, nolebat P. Borgia sedere. P. Natalis iubebat. Cui P. Borgia : — Si iubet R. Vestra, faciam —. Volebat enim in omnibus ex obedientia pendere. 45

[286] 3 Quidam nobilis frater, ut se mortificaret, habita facultate, vili habitu novitiorum indutus petiit eleemosynam 50 per civitatem ; et cum incideret in quendam suum amicum, petiit ab eo eleemosynam. Alter respexit eum et dixit : — Nonne tu es talis ? — Frater, ego peto a te eleemosynam — Alter : — Quomodo ? Omnino volo abs te scire, annon sis ? — quia nolebat <sup>161</sup> ei dare magnam stipem. Frater respondit : — Si 55 non vis libere dare, bene est — ; et discessit ab illo. Deinde ad portam nostram comedit ex scutella cum pauperibus ; quod videns Franciscanus quidam admiratus est.

[287] 4 Olyssipone accidit. Cum ille idem nesciret amplius invenire domum nostram, petiit a quodam ubinam esset domus 60 Societatis ? Ille interrogavit : — Domumne Apostolorum ? — Non, dixit Frater, sed Societatis —. Et cum non [32v] longe essent a domo, dixit ille externus : — Nonne es ex illis Patribus qui ibi habitant ? Ita, bene habet ; isti sunt Apostoli —. Noster Frater dixit : — Apostoli sunt in coelo, nos non attribuimus 65 nobis hoc nomen —. Alter : — Quid fecerunt Apostoli ? an non circumibant, praedicabant etc. ? idem facitis vos.

[288] 5 Diebus festis eunt Nostri ad carceres, et ex puteo publico hauriunt et portant aquam pro carceribus. Mulieres, quando vident Nostros, fugiunt a puteo. 70

[289, 193] 6 P. Natalis circa initium suae vocationis cum ferventer et instanter petiisset a B. P. Ignatio, ut sibi diceret, quomodo se deberet mortificare : — quia magnus peccator fui in saeculo, — respondit B. Pater : — Ama confusiones, iniurias calumnias, et pervenies ad magnam perfectionem <sup>162</sup>. 75

[290, 194] 1 P. IOANNES POLANCUS. Cum anno 1566 mittendi essent plures ex collegio Romano in Germaniam, inter quos et ego eram<sup>163</sup>, venit ad collegium P. Polancus, mihique pro unoquoque comite meo numeravit septem scuta aurea ; cumque suspicaretur me miraturum, quod tam parum numeraret, 80

72 ferventer et om. M

<sup>161</sup> Sic, fortasse pro volebat.

<sup>162</sup> Cf. RIBADENEYRA, *Dichos y hechos*, II, 9, FN, II, 481, n. 9.

<sup>163</sup> Nomina eorum exstant in *Rom.* 78b, f. 35.

dixit : — Mi Pater, Societas, etsi abundaret maximis divitiis, tamen servatura esset suam mediocritatem —. Ego respondi, abunde satis esse ; et ita fuit, nam Oenipontum usque non consumpsimus nostrum viaticum.

- 85 [291, 195] I IACOBUS SCOTUS, qui factus Assistens<sup>164</sup>. Tri-  
plicem motum invenimus in animalibus. Quaedam enim humi  
serpunt, sicut serpentes, quibus Deus maledixit, ut comede-  
rent terram : tales sunt homines omnino terreni. Aliorum  
motus est volare, et nihil commercii habere cum terra, tantum  
90 ferunt sursum necessaria : tales sunt omnino spirituales homines.  
Aliorum motus est currere, sed ut quis bene currat, tres condi-  
tiones requiruntur : scire viam, [33] et hanc nobis monstrant  
nostrae regulae ; secundo, non debet esse claudus, sed duos  
pedes habere : rectam intentionem et exteriorem motum ;  
95 tertio, debet habere internam vim motivam.

- [292, 196] I P. IOANNES BERNARDINUS. Qui navigant per  
maria, non sibi proponunt multas recreationes et delicata fer-  
cula, sed magno desiderio expectant portum, ubi omnia tranquilla  
et suavia. Sic in hoc mundo non debemus nobis alia propone-  
100 re, praeter tribulationes, pericula etc.

[293, 197] I IOANNES PAULUS<sup>165</sup>. Bene solet dicere P. Le-  
desma : habemus calorem naturalem superbiam, quae nos  
omnino consumeret, nisi esset humidum radicale, imperfectiones  
nostrae, quae mitigant et deprimunt nostram illam superbiam.

- 5 [294, 198] IACOBUS SALVATUS<sup>166</sup>. Quando venator videt  
lutum et saxa, nollet quidem transire ; sed quando leporem  
videt, persequitur illum per omnia loca etiam durissima. Sic  
et nos Christum nobis capere debemus, non abhorreere ab ulla  
mortificatione, seu repugnantia.

---

87 maledixit *M* maledixisset *R* || 7 prosequitur *M*

---

<sup>164</sup> Iacobus Tyrius, scotus, Assistens Germaniae 1593-1595.

<sup>165</sup> Probabiliter Ioannes Paulus Chierculi (in catalogis : Ioannes Paulus Perusinus) n. ca. 1542 Perusiae, i. 25-IV-1559 Romae (*Austr.* 122, f. 2 ; *Rom.* 78b, f. 141v), † Viennae 24-VIII-1566 (*Hist. Soc.* 42, f. 104 ; *Austr.* 122, f. 22) ; vel Ioannes Paulus Oliva, i. Romae 25-III-1560 (*Rom.* 710, f. 37v), † Romae 13-IV-1593 (*Hist. Soc.* 42, f. 10v).

<sup>166</sup> Natus in opp. Embrun in Delphinatu, i. Romae 2-XI-1563 (*Rom.* 170, f. 68). Studuit phil. in col. Rom. (*Rom.* 78b, f. 37). A. 1566 missus est in Galliam (ib. f. 35v).

[295, 199] 1 IOANNES LATINUS<sup>167</sup>. Vocati sumus a Deo non 10  
in Aegyptum, sed in desertum cordis nostri, ubi si bene versati  
fuerimus, gustabimus mel divinae dulcedinis.

[296, 200] 1 IOANNES PAULUS CAMPANUS<sup>168</sup>, Provincialis Po-  
loniae deinde creatus. Rogabam illum aliquando, ut mei memor  
esset in orationibus suis. Respondebat: — Pater, ego mei 15  
ipsius non sum memor —. Sed cum instarem, dicebat: — Oret  
etiam pro me ut fiam sicut ille asinus, qui fuit ad praesepe  
Domini.

[297] 2 Ut in veneratione habeam Fratres meos, cogito de  
illis qui me praecesserunt in Societate, esse mea fundamenta, 20  
et causa cur ego sim in Societate; qui post me veniunt, illis  
me subiicio, et sic in medio illorum sum. [33v]

[298, 201] 3 Ut quis seipsum mortificet et interficiat, debet  
inprimis facere quod inimici faciunt: concipere nimirum ma-  
gnum odium adversus inimicum, nos ipsos odio prosequi. De- 25  
inde, quando inimicus ita concepit odium, tunc praeparat sibi  
arma commoda, eligit sibi locum et tempus; sic et nos.

[299] 1 IACOBUS SECKHLER<sup>169</sup>. Sacristanus Viennensis. Cum  
staremus ad fossas quae erant pro fundamentis scholarum,  
dicebam: — Existimo non posse adhuc fundamenta poni —. 30  
Respondebat Iacobus: — Minime, quia necdum apparet terra  
argillosa; cederent et caderent omnia. Sic etiam, aiebat, funda-  
mentum religiosi non est stabile, nisi sit super terram stabilem.

[300, 202] 1 P. IOSEPHUS BLONDUS<sup>170</sup>. Muli onerati semper  
volunt evagari, ideo teguntur, sicut et equis onerariis ad latera 35  
oculi, et tunc recta via incedunt. Sic debemus facere intellectui  
et voluntati nostrae, ne iudicet aut velit aliud, quam quod  
obedientia iudicat et iubet.

<sup>167</sup> In form. votorum subscripsit *Latinus Maurus* (*Ital.* 58, f. 13)  
n. ca. 1536 Torre Cacetani (prope Romam), i. 1556 (*Sic.* 58, ff. 73, 76,  
90v). A. 1557 missus in Siciliam (LM, II, 445). E Sicilia Romam missus  
8-XII-1563 (EN, II, 479<sup>2</sup>). Dimissus ob infirmam valetudinem 1567  
(*Ital.* 117a, f. 285).

<sup>168</sup> Ioannes Paulus Campana, natus Regii Lepidi (Reggio Emilia),  
i. Romae, 15-IX-1563 (*Rom.* 170, f. 64v). A. 1564 erat « dialecticus »  
in col. Rom. (*Rom.* 78b, f. 29). Provincialis Poloniae 1581, Assistens Ger-  
maniae a. 1591. † Romae 27-IV-1592 (*Hist. Soc.* 42, f. 10).

<sup>169</sup> Tyrolensis, i. 1554, sacrista templi Societatis Viennae (*Hist.*  
*Soc.* 41, f. 14, 30, 150v).

<sup>170</sup> Natus Agrigenti 6-VII-1537, i. Messanae 1554 (*Sic.* 59, f. 56),  
† Neapoli 25-VI-1598 (*Hist. Soc.* 42, f. 79v). Theologiae studuit in col.  
Romano, unde a. 1566 missus est in Calabriam. Cursum vitae eius v. in  
AHSI, 15 (1946) 16<sup>44</sup>, et in MI, *Directoria*, 464<sup>1</sup>.

[301, 203] 2 P. Laynez solebat dicere hominem debere  
 40 curam habere sui corporis ad maius Dei servitium. — Se il corpo  
 fa bene, lassatelo andare, sarà nel cielo compagno con l'anima —.  
 Si autem non faciat suum officium —: alhora bisogna castigar-  
 lo —. Haec dicebat contra illos, qui nimis indiscrete procedunt  
 in castigando corpore.

45 [302, 204] 2 P. Borgia, dum esset dux, timebat, ut solent  
 magni domini. Ob id habent plerunque penes se cubicularios  
 prope se dormientes. Accidit Gandiae, ut in magno cubiculo  
 collegii solus dormiret. Tunc imaginationes de spiritibus occur-  
 rebant; ipse vero convertens se ad meditandum aliquid, invenit  
 50 viginti quinque rationes, se peiorem esse daemone, quodque  
 beneficii loco deberet habere, si illum dignaretur visitare dia-  
 bolus (ecce humilitatem tanti viri) et non potius fugeret ab  
 illo. [34]

[303, 205] 4 P. Paulus Parmensis, qui est Panormi <sup>171</sup>, (cum  
 55 Dominicani celebrarent capitulum generale, instituerunt pu-  
 blice disputationem et nostris etiam obtulerant theses) missus  
 fuit ad disputandum. Nobilitas praesens volebat ut iste Pater  
 argumentaretur. Noluit Pater, sed aliis religiosis dedit locum,  
 ultimo ipse magna cum modestia et efficaciter est argumentatus,  
 60 ita ut Inquisitor et Generalis curarent, ut iuxta illos sederet,  
 quasi in consistorio quodam.

[304, 206] 5 Noster P. Franciscus Xaverius in India habi-  
 tabat in quodam hospitali. Ex suo cubiculo habebat fenestellam  
 versus Sanctissimum Sacramentum, ibique semper orabat,  
 65 donec aliquando prae lassitudine obdormiret parum. Orabat  
 frequenter in hunc modum: « Iesu, fili David, miserere mei ».

[305] 6 P. Bobadilla. Quando concionabatur, semper prius  
 confitebatur, faciebat sacrum et ordinarie ieiunabat. Semel in  
 Calabria <sup>172</sup> erat quidam monachus superbus, qui omnes despi-  
 70 ciebat. Accessit is Patrem, disputaturus cum illo. Pater in  
 spiritu cognovit quisnam esset, et dixit de ignorantia tam ap-  
 posite, ut ille obmutiret et discederet; seculares praesentes  
 admirati fuerunt. Quibus dixit Pater: — Veritas et spiritus  
 Domini facit hoc.

41 con *del. dell' M* || 42 castigarla *ms. R* || 47 se] illos *M* || 55 publice] publicam  
*M* | 59 efficacitate *M*

<sup>171</sup> Paulus D'Achille. FN, I, 129<sup>3</sup>, 215<sup>15</sup>, 216. † Panormi 7 maii  
 1586 (*Hist. Soc.* 42, f. 73); sepultus ibid. in templo Nominis Iesu.

<sup>172</sup> Cf. FN, I, 130, 226<sup>56</sup>; BM, 618-619, 638.



Vicit frater totum mundum, carnem et sanguinem. Modo 75  
in via Domini rugit diabolus, et impedire conatur profectum  
et progressum. Sed ligatus est, nocere non potest, transeas  
secure, clamet quantum velit, cave tamen ne accedas ad illum.

[306, 207] 7 Quidam noster pro more habebat ut se iuvaret 80  
in oratione. Quando volebat accedere ad orationem, egrediebatur  
cubiculum et dicebat : — Orsù, cogitationes, iam manete hoc  
tempore foris —. Revertebatur, et claudebat post se ostium,  
sicque per ista exteriora iuvabat se ; quod si aliquando occur-  
rerent cogitationes impertinentes, dicebat : — Nonne dixi  
vobis, ut maneretis foris ? 85

[307] 8 Antiqui romani habebant in suis atriis maiorum  
suorum gesta, ut hac ratione excitarentur ad aemulandas il-  
lorum heroum virtutes. Nos praecesserunt tam magni Patres  
in Societate, ut merito illorum dicta et facta in conversatione  
et actionibus nostris ante oculos habere debeamus. 90

[308] 9 Cum P. Polancus decumberet, aderat illi, cum quo-  
dam alio Patre. Parum loquebatur cum illis, et ori digitum ap-  
ponens dicebat : — Aliquot dies sunt ex quo tantum non locutus  
sum. Alter Pater mirabatur quod etiam in infirmitate observaret  
silentium. [34v] 95

[309, 208] 10 P. Hieronymus Ottellus <sup>173</sup>, vir sanctus et an-  
tiquus in Societate, ut refrenaret linguam suam, indigens aliqua  
re scribebat chartula, et porrigebat eam illi qui dare poterat  
quod volebat.

[310] 11 Quidam frater petebat a P. Rectore facultatem, 100  
ut per tres dies liceret ei magnum lapillum in ore portare contra  
vitium linguae.

[311, 209] 12 Dicebat de quodam Patre, qui in Societate  
tres singulares personas desiderabat : bonum emptorem, bonum  
ianitorem, bonum sacristanum ; nam isti maximum fructum 5  
facere possunt.

[312, 210] 13 Cum semel Dominicani disputarent in Mi-  
nerva <sup>174</sup>, B. P. Ignatius monuit P. Olavium, ut se ad disputan-  
dum praepararet. Pater adhibuit diligentiam quam potuit ;  
cumque venisset una cum socio ad portam, ianitor noluit illum 10  
dimittere, sed iussit ut ad culinam iret, ibique cum ollis dispu-  
taret. Pater executus est quod ei fuerat praeceptum.

<sup>173</sup> FN, I, 583<sup>45</sup>.

<sup>174</sup> Templum Sanctae Mariae supra Minervam, Ordinis Praedica-  
torum. De parte a P. Olave habita in theologicis disputationibus, vide  
RIB., *Dichos y hechos*, c. V, n. 73, FN, II, 491.

[313] 14 Quando quis habet pileum novum, frequenter purgat, nec patitur pulveres diutius adhaerere. Sic et nos deberemus  
 15 facere, omnes nimirum errores purgare, nam unus trahit alium, sicut nix ex alto decedens, secum ingentem cumulum instar collis trahit.

[314, 211] 15 P. Iordanus, Generalis Dominicanorum <sup>175</sup>, cum mitteret humiles ad concionandum, alios autem, qui vide-  
 20 bantur sibi aliquid esse, domi relinqueret, petitum fuit, quare hoc faceret. Lapis qui nimis intus est in muro, extrahitur, qui autem nimis eminet, impellitur, ut sic aequalis fiat murus. Sic religio aedificatur et erigitur deprimendo superbos et elevando humiles.

25 [315, 213] 16 P. Lainez dicere solebat, aliquando accidere, ut quis in concione sibi abunde satisfaciat in modo loquendi, in conceptibus, nullum tamen fructum faciat in animis auditorum; e diverso aliquando sibi displicere, ac si omnia frigide diceret, et tamen efficaciam habere verba in mentibus hominum.

30 [316, 212] 17 B. P. Ignatius cum in nostro templo doceret doctrinam christianam adferebat non alta, sed communissima, mirabili autem modo et fructu. Dicebat P. Laynez: — Nos qui audiebamur confessiones, experiebamur fruc[-35]tum quem faciebat <sup>176</sup>.

35 [317] 18 Cum quidam frater esset graviter tentatus, vocavit illum ad se P. Rector Sebastianus <sup>177</sup>, et clauso ostio petiit ab illo fratre veniam, et exuens se fecit coram fratre disciplinam. Alia vice cum alius frater gravaretur, dicebat ei iste Pater charitativus: — En hac nocte vix unam horam dormivi propter  
 40 hanc tuam afflictionem —. En viscera paterna illius sancti.

[318] 19 Tempore B. P. Ignatii P. Hieronymus Domenech et Ioannes Paulo <sup>178</sup>, impetrarunt a sua paternitate, ut per totam noctem facerent, ut dici solet, scalam sanctam. Manserunt ibi, et in unoquoque gradu recitarunt unam coronam, et alias me-  
 45 ditationes adiunxerunt.

[319, 214] 20 In Sicilia, cum quidam iuvenis doctus desideraret ingredi Societatem, aegre et vix impetravit facultatem a

17 *post collis del. secum* || 30 *nostro om. M*

<sup>175</sup> Iordanus de Saxonia, successor S. Dominici (1222-1237).

<sup>176</sup> Cf. RIB., *De actis*, n. 47; *Dichos y hechos*, I, 39, FN, II, 349-350.

<sup>177</sup> P. Sebastianus Romei, Rector collegii Romani, de quo v. infra, n. 442.

<sup>178</sup> Ioannes Paulus Borrell, socius cubiculi S. Ignatii, de quo v. FN, II, 122 <sup>4</sup>, 414, 492 <sup>13</sup>.

parentibus. Qui cum secum cogitaret, quam ratione deberet ab illis recedere, an praemonere, an vero statim ipsis insciis, tandem cum semel parentes ivissent ad sacrum audiendum, iuvenis occulte cum equo discessit. Parentes domum reversi, 50 nescio quid suspicantes, vocarunt filium, sed ipse absens nihil respondit; tunc lamentabantur, nec poterant se mutuo consolari. Sed ecce, dum plorant, currunt duo nobiles fratres strictis gladiis per plateas, cumque parentes peterent, quidnam hoc rei esset, responsum fuit, istos quendam confodisse et occi- 55 disse. His auditis, ita commoti sunt, ut dicerent: — Quid si filius noster in tali statu esset, in quo isti modo sunt, etc? — et exinde plurimum consolati fuerunt ex facto filii.

[320, 215] 21 Si quis vidisset in domo Pilati crucem, nunquam existimasset tantum thesaurum inde proditurum. Sic 60 quando homo aliquam habet tribulationem, illam non debet materialiter considerare, sed fructum qui inde sequetur.

[321, 216] 22 P. Hieronymus Ottellus, inimicissimus sui ipsius, semper in collegio eligebat officia humilia, nihilque ingratus poterat ei accidere, quam si in mensa aliquid particulare, vel 65 in cubiculo suo haberet. Cum P. Hannibal Codretus Messanae esset praefectus sanitatis, et P. Ottellus iussu medici deberet accipere pillulas, P. Hannibal pergebat allaturus saccarum; sed interim [35v] P. Ottellus iam devorarat pillulas, et eodem tempore concionabatur. Et quidam frater referebat istum Pa- 70 trem Ottellum suo tempore ordinarium officium habuisse, aquam portare ad loca publica.

[322] 23 Cum quidam in nostro fuisset refectorio, aedificatus discessit; dicebat se quidem non vidisse valde splendidum, sed quod maxime mirabatur, se non odoratum fuisse suffitum, sicut 75 in aliis sentiri solet.

[323, 267] 24 Valentiae, quaedam nobilissima domina magno comitatu pergebat ad ecclesiam, ut audiret sacrum. Erat mensis iulius, et occurrebat ei magna caterva mulorum et asinorum, quae excitabat ingentes pulveres, ita ut non posset transire; 80 ostendebat impatientiam quandam. Et accidit, ut quidam Pater noster casu ibi esset. Is dicebat: — O Domina, ne mireris, istae bestiae sunt in patria sua —; volens insinuare hanc non esse nostram, sed bestiarum, et nos peregrinos; quae verba mirabiliter tetigerunt cor illius dominae. 85

[324] 25 Cognovi quendam qui, cum in mortis periculo es-

56 sunt] fuerunt *M* || 64 humilliora *M* || 65 si *om.* *M*

set, magnum sensit timorem, eo quod sibi conscius esset, se non diligenter orasse pro negotiis ab obedientia commendatis.

[325] 26 P. Noster Generalis Borgia dixerat ei semel, optimum esse, si subditi omnes suas misérias exponerent superiori; nam ille, sicut potest suggerere bona consilia, sic etiam iubet aliquando ut fiant orationes ad suam intensionem, et forte intendit nobis applicare illas orationes, et sic citius quis liberatur.

[326, 218] 27 Cum nostri venissent Messanam, passi sunt persecutiones et oblocutiones, quod essent bene vestiti, bene comederent, dormirent. Erat tunc ibi quidam cappuccinus famosissimus concionator. Iste incepit publice de Societate concionari, exclamans: — Videtis istam austeritatem nostram in vestitu? promitto vobis, illorum austeritas durior est; utrasque constitutiones legi, scio quid habeant —. Multum profecit apud sículos ista commendatio.

[327, 219] 28 Si homo sit fervens in oratione matutina, non autem se interdiu conservet in illo [36] calore, perinde est, ac si faber mane mitteret ferrum in ignem, ita ut etiam excandesceret, quod si statim extrahat, et vesperi iterum reponat in ignem, totum tempus insumet in calefaciendo ferro. Sic nos mane et vesperi totum tempus consumimus in excitando fervore, et interim tepescimus in actionibus.

[328, 220] 29 P. Polancus referebat B. N. Patrem, per multos annos vixisse miraculose, nam semper medici ei adhibebant calida, cum exigerent [sic] frigida. Semel quidam medicus advertit hoc et adhibuit refrigerantia, et melius habebat. Interim sustinuit patienter omnia quae sibi erant contraria<sup>179</sup>.

[329] 1 P. IOSEPHUS FABRITIUS<sup>180</sup>. Si navis onusta mercibus pretiosissimis superasset maximas tempestates, tandem domi in portu periret et submergeretur, quanta foret calamitas? Nos per Dei gratiam vicimus procellas, relinquendo tempestuosum mare huius seculi. Si iam domi in portu religionis naufragium pateremur, quam dolorosum esset?

[330, 221] 2 Oculus videns solem dicit: tantus est; sed ratio observans tam mirabiles effectus, dicit contra oculum: multo maior est. Sic haec ita se habent apud nos. Quid dicemus, quando

10 ei *sup. lin. R. om. M.*

<sup>179</sup> Cf. *Memoriale*, nn. 35, 143<sup>a</sup>, FN, I, 547-548, 614.

<sup>180</sup> Iosephus Fabritius n. ca. 1530 Utini (Udine), i. 1555 (*Sic. 95*, f. 27). † Monreale in Sicilia 5-I-1596. De eo *Hist. Soc.* 41, f. 86. An. 1566 theologus erat in col. Romano (*Rom. 78b*, f. 37).

intellectus noster fidei mysteria capere non potest ? An non se humiliter Deo subiicere potest ?

[331, 222] 3 Dicas mihi : Quando magnus dominus tibi scribit literas suo sigillo munitas, curasne si atramentum sit fluidum, calamus malus, charta mala ? Minime. Sic superior, sacerdos, concionator est atramentum, penna, charta Dei ; modo Deus declaret tibi voluntatem suam, non respicias atramentum, sed subscriptionem, sigillum, potestatem quam accepit. 30

[332] 4 Sicut Deus, quando invenit corpus organizatum, statim infundit ei animam rationalem, sive satus spurius sit, aut legitimus ; sic in Ecclesia facit Deus, modo superior sit organizatus, id est, legitime ad suum officium, sive bonus in se sit, sive malus, Deus infundit illi gratiam et potestatem pro suo officio. 35

[333] 5 Debemus esse veri religiosi in essendo et in dicendo, imitando Christum, qui caput Goliath in opprobrium sua humilitate suspendit. Sic nobis laetandum [36v] in abiectioe, quia sumus pauperes, isti autem non curant magni fieri, modo habeant panem. Caveamus etiam a falso veritatis, quod est aptum natum decipere, ut stannum etc. 40

[334] 6 Ille P. Baptista concionator hispanus <sup>181</sup> magna instantia impetraverat, ut posset esse ad tempus subsacristanus. Sacristanus erat parvulus, quem Pater sequebatur cum oleo, aqua. Videns hoc externus quidam, admiratus est, dubitans an esset ipse P. Baptista. 45

[335] 7 Alia vice impetraverat, ut posset purgare scholas. Videntes hoc pueri, accesserunt interrogantes : — Pater, quid facis ? — Nobiliores iuverunt illum ; et cum alii pueri peterent : — Quare non etiam nostra opera uteris Pater ? — Respondit quidam puer nobilis : — Ideo facit, ut qui sunt nobiliores mortificet —. Hispali factum. 50

[336] 8 Non vidistis, qui frigent, accedentes ad caminum, simulant se componere tantum ligna, interim se calefaciunt ? Sic ego faciam : componam aliquid, dicam aliquid mihi ipsi ad calefaciendum me ; quod si aliquis volet se simul etiam calefacere, fiat in nomine Domini. 55

[337] 9 Aliquando accedit aliquis ad ignem eo fine, ut se calefaciat, sed propter exiguum fumum abscedit ; sic nos discedimus ab oratione, vel rebus piis, ob parvam difficultatem. 60

<sup>181</sup> P. Baptista Sánchez, de quo v. annot. 34.

set, magnum sensit timorem, eo quod sibi conscius esset, se non diligenter orasse pro negotiis ab obedientia commendatis.

[325] 26 P. Noster Generalis Borgia dixerat ei semel, optimum esse, si subditi omnes suas misérias exponerent superiori; nam ille, sicut potest suggerere bona consilia, sic etiam iubet aliquando ut fiant orationes ad suam intentionem, et forte intendit nobis applicare illas orationes, et sic citius quis liberatur.

[326, 218] 27 Cum nostri venissent Messanam, passi sunt persecutiones et oblocutiones, quod essent bene vestiti, bene comederent, dormirent. Erat tunc ibi quidam cappuccinus famosissimus concionator. Iste incepit publice de Societate concionari, exclamans: — Videtis istam austeritatem nostram in vestitu? promitto vobis, illorum austeritas durior est; utrasque constitutiones legi, scio quid habeant —. Multum profecit apud sículos ista commendatio.

[327, 219] 28 Si homo sit fervens in oratione matutina, non autem se interdiu conservet in illo [36] calore, perinde est, ac si faber mane mitteret ferrum in ignem, ita ut etiam excandesceret, quod si statim extrahat, et vesperi iterum reponat in ignem, totum tempus insumet in calefaciendo ferro. Sic nos mane et vesperi totum tempus consumimus in excitando fervore, et interim tepescimus in actionibus.

[328, 220] 29 P. Polancus referebat B. N. Patrem, per multos annos vixisse miraculose, nam semper medici ei adhibebant calida, cum exigerent [*sic*] frigida. Semel quidam medicus advertit hoc et adhibuit refrigerantia, et melius habebat. Interim sustinuit patienter omnia quae sibi erant contraria <sup>179</sup>.

[329] 1 P. IOSEPHUS FABRITIUS <sup>180</sup>. Si navis onusta mercibus pretiosissimis superasset maximas tempestates, tandem domi in portu periret et submergeretur, quanta foret calamitas? Nos per Dei gratiam vicimus procellas, relinquendo tempestuosum mare huius seculi. Si iam domi in portu religionis naufragium pateremur, quam dolorosum esset?

[330, 221] 2 Oculus videns solem dicit: tantus est; sed ratio observans tam mirabiles effectus, dicit contra oculum: multo maior est. Sic haec ita se habent apud nos. Quid dicemus, quando

10 ei *sup. lin. R. om. M.*

<sup>179</sup> Cf. *Memoriale*, nn. 35, 143<sup>2</sup>, FN, I, 547-548, 614.

<sup>180</sup> Iosephus Fabritius n. ca. 1530 Utini (Udine), i. 1555 (*Sic. 95*, f. 27). † Monreale in Sicilia 5-I-1596. De eo *Hist. Soc.* 41, f. 86. An. 1566 theologus erat in col. Romano (*Rom. 78b*, f. 37).

intellectus noster fidei mysteria capere non potest ? An non se humiliter Deo subiicere potest ?

[331, 222] 3 Dicas mihi : Quando magnus dominus tibi scribit literas suo sigillo munitas, curasne si atramentum sit fluidum, calamus malus, charta mala ? Minime. Sic superior, sacerdos, concionator est atramentum, penna, charta Dei ; modo Deus declaret tibi voluntatem suam, non respicias atramentum, sed subscriptionem, sigillum, potestatem quam accepit. 25 30

[332] 4 Sicut Deus, quando invenit corpus organizatum, statim infundit ei animam rationalem, sive satus spurius sit, aut legitimus ; sic in Ecclesia facit Deus, modo superior sit organizatus, id est, legitime ad suum officium, sive bonus in se sit, sive malus, Deus infundit illi gratiam et potestatem pro suo officio. 35

[333] 5 Debemus esse veri religiosi in essendo et in dicendo, imitando Christum, qui caput Goliath in opprobrium sua humilitate suspendit. Sic nobis laetandum [36v] in abiectioe, quia sumus pauperes, isti autem non curant magni fieri, modo habeant panem. Caveamus etiam a falso veritatis, quod est aptum natum decipere, ut stannum etc. 40

[334] 6 Ille P. Baptista concionator hispanus<sup>181</sup> magna instantia impetraverat, ut posset esse ad tempus subsacristanus. Sacristanus erat parvulus, quem Pater sequebatur cum oleo, aqua. Videns hoc externus quidam, admiratus est, dubitans an esset ipse P. Baptista. 45

[335] 7 Alia vice impetraverat, ut posset purgare scholas. Videntes hoc pueri, accesserunt interrogantes : — Pater, quid facis ? — Nobiliores iuverunt illum ; et cum alii pueri peterent : — Quare non etiam nostra opera uteris Pater ? — Respondit quidam puer nobilis : — Ideo facit, ut qui sunt nobiliores mortificet —. Hispali factum. 50

[336] 8 Non vidistis, qui frigent, accedentes ad caminum, simulant se componere tantum ligna, interim se calefaciunt ? Sic ego faciam : componam aliquid, dicam aliquid mihi ipsi ad calefaciendum me ; quod si aliquis volet se simul etiam calefacere, fiat in nomine Domini. 55

[337] 9 Aliquando accedit aliquis ad ignem eo fine, ut se calefaciat, sed propter exiguum fumum abscedit ; sic nos discedimus ab oratione, vel rebus piis, ob parvam difficultatem. 60

<sup>181</sup> P. Baptista Sánchez, de quo v. annot. 34.

Quod si parum expectaremus, donec ignis magis accenderetur, statim videremus fumum evanuisse.

- 65 [338] 10 Si esset iuvenis, qui venisset Romam omniaque sua consumpsisset, Pontifex autem acciperet illum ad suum servitium, an non stultus esset, si in illo servitio melancholicum se ostenderet? Nos eramus sicut filius prodigus; quare ergo in servitio summi Dei, ad quod assumpti sumus, segniter nos  
70 habemus?

- [339, 222] 11 Si decem pueri inter se pugnarent pro uno pomo, immisceret autem se illis vir quidam gravis, nonne risui se exponeret? Et si nepos Pontificis immisceret se turbæ, quando proiciuntur monetae, ut posset habere unum iulium, an non  
75 esset stultus? Sic nos quare curamus omnia secularia, ambitionem? Sumus, non nepotes, sed filii Dei.

- [340] 12 Duabus alis volat avis, et duobus calcaribus commode dirigit equum sessor. [37] Sic optime volamus et currimus ad coelestia, quando habemus cognitionem et affectionem rerum  
80 coelestium. Hoc dixit Apostolus: quaerite, et sapite<sup>183</sup>. Media erunt haec: 1<sup>o</sup> Humilitas, nam quanto fortius pila proicitur in terram, tanto altius resultat. 2<sup>o</sup> Habere veram resurrectionem in nobis, non fictam, qualem Simon Magus; vera autem cognoscetur ex claritate in conversando, agilitate, subtilitate intelli-  
85 gendo, impassibilitate etc.

[341] 1 P. IOANNES NICOLAUS<sup>183</sup> qui deinde Rector Viennensis fuit. Baptista cocus ille antiquus domus Professae Romanae<sup>184</sup> saepissime combusserat manus ita quod B. P. paene

75 post ambitionem add. qui M

<sup>183</sup> Cf. Col. 3, 1.

<sup>183</sup> Ioannes Nicolaus Donius (Donnius) antuerpiensis, n. ca. 1538, i. Coloniae m. iulio a. 1556, vovit primo Romae 24-VI-1557 (*Hist. Soc.* 41, f. 147). A. 1561 adest inter auditores theol. Viennae, cum Rosephio. Viennae fuit confessarius S. Stanislai Kostka (SOCHER, *Historia*, p. 147), Rector illius collegii a. 1581 (ib. p. 254). *Responsa ad interrogationes P. Nadal*, III, 209-210 (*FGes.* 77/3, 209-210).

<sup>184</sup> Ioannes Baptista Anzola, qui inter coadiutores formatos anni 1553 numeratur (FN, I, 66 \*). In sequentibus catalogis vocatur semper Ioannes Baptista cocus italicus. Videtur ille esse cuius vocationem enarrat P. Cámara in *Memoriali* (n. 106, FN, I, 588-589), referens quonam modo S. Ignatius ei eripuerit crucifixum ex saeculo allatum, cui valde afficiebatur. In processu ad Ignatii beatificationem Venetiis facto a. 1600, dicitur eum intercessione Patris Ignatii manus combustas habuisse sanatas. Vide testimonium Philippi Aupolini, *Scripta*, II, 477-478; *Rotulum remissoriae*, ib. p. 589; BARTOLI, *Della vita di S. Ignazio*, I, V, cap. 86.



concluserat illum dimittere ex Societate. Vocavit illum ad se, et petiit : — Ubi sunt manus tuae combustae [?] — Respondit : — Vide, Pater, non sunt combustae —. Pater vocavit Ministrum, et petiit : — Combussitne Baptista manus ? — Respondit Minister : — Ita, Pater Reverende, et quidem valde combussit —. Tunc denuo vocavit ad se Baptistam per Ministrum, et dixit ei : — Combussistine manus ? — Ita, Pater, respondit, sed statim oravi B. Virginem, et sic sanatus fui —. Ab eo tempore cogitavit Noster Pater, quod iste frater esset homo sanctus.

[342, 224] 2 Erat Romae quidam, qui nimium comederat, et sic post prandium totus tremebat. Vocabatur medicus, qui, re intellecta, dicebat : — Iste laborat febri vitulina.

[343] 3 In domo ad triginta simul erant infirmi Romae. Mittebatur ad illos Antonius Rion, qui tangebatur pulsus illorum, nimirum pedes lecticae, dicens : — Iste pro medicina debet habere disciplinam —; nam omnes timebant illum, quia frequenter veniebat, et sic cito liberabantur.

## L

[344, 225] 1 P. LAURENTIUS MAGIUS<sup>185</sup>. P. Laynez non videbatur habere fomitem, sed esse in statu innocentiae. P. Salmeron dicebat, nihil est scripta legere nostri P. Laynez, sed loquentem audire; cum tamen P. Salmeron multum dicatur profecisse ex scriptis nostri Patris, quae vix ullus praeter ipsum legere poterat.

[345, 226] 2 Qui contemplatur solem et oculis fixis aspicit, non potest deinde in terra quicquam [37v] videre, sed omnia videntur ei tenebrae. Ita qui aspicit Deum per contemplationem vel attributum aliquod, desinunt omnia quae sunt in terra et tenebrae merae videntur.

[346] 3 Carolus Quintus imperator fuit tam pius; cum Bononiae coronaretur<sup>186</sup>, Pontifex habebat suos constitutos, qui quomodo se gereret ille iuvenis in tanta dignitate observarent

11 *post* Nostri Patris *add.* Laynez *M*

<sup>185</sup> Laurentius Maggio, n. ca. 1532 Brixiae, i. Romae 7-III-1555 (*Germ.* 131, f. 256), † Romae 26-X-1605 (*Hist. Soc.* 43, f. 4). De eo v. FN, I, 688<sup>1</sup>, 691, 734; Leonida GRAZIOLI, *Del P. Lorenzo Maggio* (Brescia, 1916).

<sup>186</sup> Carolus Quintus imperator coronatus est a Clemente VII a. 1530 Bononiae in templo S. Petronii.

illum. Hi viderunt istum iuvenem devotissime orantem ante crucifixi imaginem in suo cubiculo clauso.

[347, 227] 4 Romae in domo probationis erat quidam angulus sacerdos, qui vehementissime abhorrebat a disciplinis.  
 25 Contigit, ut quadam vice sederet in parva mensa<sup>187</sup>. Supervenit quidam, et fecit disciplinam in refectorio. Ille bonus vir consternatus reliquit cochlear, et mansit quasi extra se raptus.

[348] 5 Neapoli quadam vice in bacchanalibus faciebant  
 30 fratres et patres nostri processionem per refectorium sese disciplinantes. Aderant tunc temporis aliqui Fratres germani et alii profecturi in Siciliam, qui videntes haec rogabant superiorem, ut et ipsis liceret facere; concessum fuit et egregie se gesserunt, volebant laudem reportare.

35 [349, 228] 6 P. Olavius erat vir magnus et collegii Romani Superintendens<sup>188</sup>. Quando erat cum fratribus in recreatione et aliquid boni ab ipsis audiebat, non poterat se continere a lachrymis.

[350, 229] 7 Laureti, cum quodam die renovassent vota  
 40 nostri, eodem die iverunt ad vineam suam Morlongo; occurrit illis bufalus, et in medio Fratrum apprehendit unum, qui fuerat religionis S. Benedicti. P. Oliverius Manareus, tunc Rector Laureti<sup>189</sup>, tanquam bonus pastor eripuit Fratrem, eumque postea ad cubiculum vocavit, qui ei secretum manifestavit;  
 45 dimissus deinde fuit.

[351] 8 Quidam Frater erat, qui fere semper laborabat dolore renum. Quodam die exivit cum aliis deambulatum, et in via stricta occurrerunt illis bufali. Bonus Frater non sentiebat tunc dolorem, sed vehementissime currebat, adeo, ut reliqui  
 50 vix eum possent assequi.

[352] 9 Frater noster Marcus<sup>190</sup>, sancta illa anima, qui fere semper ruminat « Pater noster », [38] semel missus fuit ad Iesuatas pro aquis distillatis, offendit bufalos, qui fere ipsum occiderunt. Boni homines occurrentes, adhibuerunt me-

25 sederent *M*

<sup>187</sup> V. annot. 110.

<sup>188</sup> Martinus de Olave fuit Superintendens col. Romani ab an. 1552, ad mortem usque 18.VIII.1556. G. VILLOSLADA, *Storia del Collegio Romano*, 36-37; FN, I, 561, 714.

<sup>189</sup> Oliverius Manareus fuit Rector col. Lauretani annis 1554-1563. FN, I, 602<sup>42</sup>.

<sup>190</sup> De F. Marco, vide supra n. 174.

dicinas, et domum deportatus erat extra se, nec poterat scire 55  
quomodo venisset domum.

[353] 10 P. Eleutherius<sup>191</sup> semel exivit et occurrerunt ei  
vituli illi terribiles; timore correptus confugit ad quandam  
pharmacopoliam et vi arripuit quendam hominem et ante se  
statuit. Postquam transierunt vituli, convertit se homo ille 60  
ad Patrem et dixit: — Ago tibi gratias, mi Pater, pro charitate  
mihi exhibita —. Bonus Pater respondit: — Ignosce, charis-  
sime; vis etenim naturae praevaluit.

[354, 230] 11 Romulius frater<sup>192</sup> exivit semel Romae cum  
P. Emerico<sup>193</sup>, rectore capellae in nostro templo domus profes- 65  
sae, ad quaedam loca pia extra Urbem. Errarunt a via, et  
direxerunt iter ad domunculas pastorum, ubi occurrerunt  
illis terribiles canes. Ipsi habebant tantum arundines con-  
fractas; denuo venit alius canis terribilis ore aperto contra  
Romulium. Ille bonus frater bis dixit: — Ego sum de Socie- 70  
tate Iesu —, et vertit se cum signo S. Crucis dicens: — In  
manus tuas Domine commendo spiritum meum —; averterat  
autem faciem studio, ne videre cogeretur quomodo ipsum canis  
invaderet. Mirum: statim canis siluit, et pacifice abivit.

[355] 12 P. Theodoricus belga, qui obiit Viennae<sup>194</sup>, et 75  
P. Baptista Romanus<sup>195</sup>, ambo magnae et altae staturae viri,  
quadam vice transierunt plateam il Borgo. Isti artifices, ut  
haberent materiam ridendi, exclamaverunt: — Guardatevi,  
li bufali vengono —. Isti boni Patres non respexerunt retro,  
sed mirabiliter cucurrerunt, ita ut [unus] illorum caderet et 80  
verteret se in terra, ut veniret sub quodam scamno.

[356, 231] 13 Dicebat mihi aliquando de P. Laynez, ante-  
quam illum novissem, quod quasi cumulus omnium donorum  
Dei videretur esse. De P. Salmerone, quod quidam ex quatuor  
principibus neapolitanis ei dixerat: — Pater, quod Deus aver- 85  
tat, si P. Salmeron fieret haereticus, totam civitatem post se  
traheret, ita enim eum suspiciunt omnes.

[357, 232] 1 P. LAURENTIUS Belga obiit Viennae peste<sup>196</sup>.  
Cum P. Bobadilla concionaretur in Alpibus Grisonum feria

78 guardatevi | qurdatenio R

<sup>191</sup> P. Eleutherius Dupont (Pontanus) de quo vide MON. 24, p. 443.

<sup>192</sup> Romuldus Wishaven, de quo v. annot. 263.

<sup>193</sup> Videtur agi de P. Friderico Manrique, de quo v. supra, annot. 111.

<sup>194</sup> Theodoricus Geeraerts († 1-X-1558). De eo v. FN, I, 773.

<sup>195</sup> Ioannes Baptista Romanus (Elianus) de quo v. supra, annot. 30.

<sup>196</sup> † Laurentius Andraeas Diaconus, Lector et Praefectus sanitatis,

<sup>90</sup> quinta Hebdomadae Sanctae, populus erat bonus, sed domini haeretici, qui inflammati contra Patrem vocarunt illum, et interdixerunt ne posthac concionaretur. Quibus Pater respondit : — Vos, homines rudes et indocti, velletis mihi [38v] prohibere ne concioner, qui potestatem habeo a Summo Pontifice, et ego  
<sup>95</sup> ipsemet disputavi cum Bucero<sup>197</sup> etc. — Isti nihilominus prohibuerunt sub poena alicuius summae pecuniariae. Pater, cum concionaretur, fecit huius prohibitionis mentionem ; cui dixerunt auditores : — Nos solvemus pecuniam, tu nobis concionare.

<sup>100</sup> [358] 2 Quadam vice, puto Romae accidisse, dicebat P. Bobadilla : — Ego dicam vobis bona et pia : « io porterò robba buona » ; si non vultis audire, abite — ; quia a principio mirabiliter solebat loqui italice.

[359] 1 LEONETUS GALGLIARDI<sup>198</sup> frater germanus P. Achilles et P. Ludovici, iuvenis summae expectationis, Romae obiit. Aliud est civitatem et hostem ita expugnare, ut tamen aliquando iterum vires recipiat et adversarium terreat ; aliud est hostem omnino propulsare et extinguere. Christus nos a diaboli potestate liberavit quidem, sed non omnino extinxit, aliquando enim  
<sup>10</sup> nos aggreditur, tentat etc. ; non ergo liberi sumus, nec otium agere debemus, sed videre ne hostis semel victus, paulo post nos iterum aggrediatur. Idem intelligas de corpore nostro, non enim omnino fomes rebellis extinctus est.

[360] 1 LUCAS POLONUS<sup>199</sup>. P. Cuvillonius<sup>200</sup>, qui in concilio Tridentino fuit tanquam theologus Ducis Bavariae, in conventu episcoporum, abbatum et aliorum, dum concionaretur latine, ex nimio fervore dixit : — Utinam, domini mei, abscederentur vestra capita! quam fulgentia portaretis ante Deum!

94 concionarer M

Flander : Cat. col. Viennensis a. 1561 ed. a SOMMERVOGEL ; vide ibid. p. XXVIII. Obiit Viennae a. 1563 (*Austr.* 122, f. 3).

<sup>197</sup> De disputationibus Bobadillae cum Bucero v. BM, 42, 59, 560, 623, 667.

<sup>198</sup> Leonettus Gagliardi, n. ca. 1540 Patavii (*Hist. Soc.* 176, f. 161), i. 29-IX-1559 Romae (*Rom.* 170, f. 34), † a. 1564 m. maio (*Hist. Soc.* 42, f. 3) ; EB, 690-693.

<sup>199</sup> Lucas Crassovius, Polonus lublinensis (*Rom.* 126, f. 51v), venit Romam 18-V-1560 (*Rom.* 170, f. 38v), an. 1562-1563 phil. in col. Rom. (*Rom.* 78b, f. 27), VIII/1564-I/1565 missus in Germaniam Superiorem (ib. f. 32v).

<sup>200</sup> P. Couvillon, de quo v. supra, p. 3, adfuit concilio Tridentino, an. 1562, theologus ducis Bavariae Alberti V.

[361, 233] 2 Nos profiteamur paupertatem, interim habemus  
quae maximi domini non semper habent. Sunt enim pauci qui  
proprium confessarium secum habeant, sicut nos habemus.  
Dantur indusia, omnia necessaria, sine nostra cura.

[362, 234] 1 LEONARDUS NEAPOLITANUS<sup>201</sup>. Arbor quanto  
plures habet fructus, tanto magis inclinatur versus terram; ita  
bonus homo quanto plura habet dona, eo magis se humiliare  
debet.

## M

[363] 1 P. MICHAËL SPES<sup>202</sup>. Iuvenis ille cardinalis de Monte  
<sup>203</sup> etc. qui est sepultus in S. Petri promontorio [*sic*], cum in  
carnisprivio invitaretur a cardinali-[39]bus, noluit ire. Erat  
tunc temporis cum ipso dominus parens carnalis, qui aegre  
tulit. Accessit proinde P. Polancum, qui illi cardinali erat a  
confessionibus, conquerebatur, quod aegre essent laturi isti  
principes. P. Polancus, motus rationibus parentis, accessit car-  
dinalem, eique rem totam exposuit. Postquam absolvit sermo-  
nem, petiit cardinalis: — Habetis aliud, Pater? — Respondit:  
— Non, Illustrissime —. Tunc petiit cardinalis, an ipse iret,  
si suo loco esset. Respondit P. Polancus: — Non irem —.  
Ad quod cardinalis intulit: — Neque ego ibo, cum sim cardo  
Ecclesiae; posito enim quod illi non peccent, tamen ego habeo  
conscientiam.

[364] 2 Panormi fuit quidam externus magnus amicus  
Societatis; solebat dicere: religiosi prosunt infirmitates, ipsi  
enim sciunt elicere fructum, non item sicarii et alii mali homines.

<sup>201</sup> Ioannes Leonardus Ferrari, n. ca. 1539 Acri (in Calabria), i.  
1558 Neapoli (*Sic.* 59, f. 20), † 1579 Cerignola (*Hist. Soc.* 42, f. 77v).

<sup>202</sup> Caesaraugustanus. De eo vide *Responsa* (EN, II, 575). Ann.  
1566-1568 studia philosophiae peregit in col. Romano (*Rom.* 78b, ff. 38,  
50, 63, 66). Roma cessit a. 1569 vel ineunte 1570 (ib. f. 57). De eo p. 513.

<sup>203</sup> Robertus de Nobilibus, natus 5-IX-1541 in Montepolitiano, † 11-  
I-1559 Romae, cum annos septendecim haud multum excederet. Factus  
fuerat cardinalis a Iulio III (6-II-1555). Patrem habuit Vincentium de  
Nobilibus equitem, Ludovicae de Monte, Iulii III sororis, filium, matrem  
vero Magdalenam, e comitibus Montisacuti. Corpus religiosissimi huius  
viri ad Sanctum Petrum in Monte aureo (S. Pietro in Montorio) ad dexte-  
ram principis arae partem sepultum est. Paulus IV eum « angelum  
Domini nominavit ». Inter ceteras eius virtutes mira elucebat corporis  
mortificatio: « quotidie fere celebrabat ieiunia, sextis feriis aut per  
Quadragesimam longe strictiora et asperiora ». De eo v. CIACONIUS-  
OLDONIUS, III, 784-796. Societati addictissimus, Patrem Ioannem de  
Polanco confessorem habuit qui ei exercitia tradidit (LM, IV, 145),  
quique ipso die mortis eius confessionem excepit.

[365, 235] 1 MATTHAEUS GALLUS, coadiutor<sup>204</sup>. Nostri superiores sunt sicut aurigae, qui regunt equos effrenatos, sedent foris in tempestatibus; alii sedent quieti, bene vestiti in curru, tecti ne laedantur. Sic nos in Societate sumus quieti, interim superiores debent regere equos indomitos, laborant pro nobis, sunt expositi tempestatibus.

[366, 236] 1 P. GABRIEL MORALES professor mathematicae Viennae<sup>205</sup>. Cum aliquando loquerer illi de difficultatibus circa S. Thomam, respondit: — Non est mirum; si omnia intelligerem, tunc Deus non esset Deus.

[367, 237] Erat Romae quidam Pater, qui in maximis caloribus dicebat: — Qui cupit esse frigidus, et experiri frigus, conferat se ad orationem, et inveniet statim se esse satis frigidum.

## N

[367] 1 P. NICOLAUS LANOYUS<sup>206</sup>. Cum in recreatione P. Petrus Canisius, qui tunc erat Provincialis, Rectori Viennensi diceret: — P. Rector quid facitis? en quomodo crescit hoc collegium quoad numerum personarum! — Respondit P. Lanoyus, qui comitatus fuerat P. Provinciale: — Non est mirum, Pater, quod augeatur numerus personarum, multi enim ex hoc collegio migrarunt ad coelum, qui iam orant pro isto collegio. [39v]

[368, 238] 1 NICOLAUS SARDUS<sup>207</sup>. Quidam Pater noster correptus fuerat febri, nec poterat contionari. Superior iniunxit alteri, ut statim ex tempore concionaretur. Bonus ille Pater petiti solum tantum temporis, donec posset recitare coronam beatissimae Virginis, qua absoluta ascendit cathedram templi, et concionem habuit admirabilem.

<sup>204</sup> Vide supra, annot. 68.

<sup>205</sup> Natus Lucronii in Hispania, i. Romae 29-V-1559 (*Rom.* 170, f. 31v), professor matheseos primum Romae, dein Viennae (*Austr.* 122, f. 1v) ubi obiit 19-XII-1566 (*Hist. Soc.* 42, f. 104; *Austr.* 122, f. 34).

<sup>206</sup> Nicolaus Delanoy, n. Blandi in Hainaut, a. 1549 missus Panorum ad col. fundandum (FN, II, 209), inde Viennam a. 1551 (ib. 211), cuius collegii Rector fuit. † Romae 6-IX-1581 (PONCELET, *Nécrologe*, p. 3).

<sup>207</sup> Nicolaus Coasina, n. in Sardinia, i. 12-IX-1562 Romae (*Rom.* 170, f. 58v et *Ital.* 58, f. 70), 1566 probabiliter dimissus (*S. F. Borgia*, IV, 310). Ultima notitia de eo, Romae a. 1566 (*Rom.* 78b, f. 37).

## O

[369] 1 P. ORGANTINUS <sup>208</sup>. Erat quidam Pater qui comparabat Societatem arbori, quae haberet Romae radices, in Hispania frondes, in India vero fructus. Radix manet sub terra, inde sugunt omnes rami succum. Sic Romae est quasi abscondita in humilitate, sed omnibus Provinciis dat succum, in India colligunt comparative fructum. 75

[370, 239] 2 Si nobilis vir dedisset alicui instrumentum aptissimum et nobilissimum, aureum plane, hoc fine, ut cum illo instrumento effoderet aurum quantum vellet, illudque suum fore; iste autem tale instrumentum destrueret in luto, nec 80 uteretur illo pro effodiendo auro, sine dubio nobilis acerrime reprehenderet talem hominem. En Deus dedit nobis nobilissimam animam, ut cum illa mereamur coelum, nos vero destruimus in luto rerum infimarum.

## P

[371, 240] 1 P. PAULUS HOFFAEUS <sup>209</sup>, cum esset adhuc 85 Rector Pragae <sup>210</sup>, venit ad visitationem Viennam. Dicebat: in una cella vinaria multa sunt vasa in ea, nec tamen, cum inaequalis sint capacitatis, unum invidet alteri, quia omnia aequae impleta sunt, quodlibet secundum suam capacitatem. Quare non et nos contenti essemus nostra sorte, cum nihil prorsus desit? 90

[372, 241] 2 Mira providentia Sanctae Ecclesiae etiam in hoc, quod in Martyrologio pro singulis diebus distributi sunt sancti. Nam si negleximus imitari hesternos sanctos, proponuntur nobis hodie alii imitandi.

[373] 3 Multa fiunt a nostris Fratribus, quae externi quasi 95 pro miraculis habent; nostri autem nihili faciunt. Quae est causa? Haec: licet enim in se vere sint magna, [40] tamen

87 in ea om. M

<sup>208</sup> Ioannes Baptista Gnechi (Soldi), generatim vocatus Organtinus, n. ca. 1533 Brixiae, i. 1556 (*Ital.* 2, f. 457; *Jap. Sin.* 25, f. 31). † in Iaponia a. 1609 (*Hist. Soc.* 43, f. 58).

<sup>209</sup> P. Paulus Hoffaeus (1530-1608), FN, I, 578 <sup>21</sup>; SCHNEIDER, *Paul Hoffaeus ... Beiträge zur einer Biographie und zur Frögeschichte des Jesuitenordens in Deutschland* (Romae, 1956); ID., *Der Konflikt zwischen Claudius Aquaviva und Hoffaeus*, in AHSI, 26 (1957) 3-56; ID., *Der Konflikt zwischen Claudius Aquaviva und Paulus Hoffaeus. Ergänzungen und Berichtigungen*, in AHSI, 27 (1958) 279-306. DUHR, I, 780-798.

<sup>210</sup> Annis 1558-1561.

divina bonitas ita disposuit, ut ea nos lateant, ne in superbiam elevemur.

- 100 [374, 242] 4 Cum quidam ex Nostris ivisset Romae cum baculo et galero ad quoddam templum, dicebatur ei a quodam sacerdote seculari : — Tu es hypocrita —. Quo audito amarissime flere incoepit, nec poterat consolari ; cumque interrogaretur quare ita fleret, respondebat : — Sum enim hypocrita —.
- 5 Unde scis ? — Sacerdos mihi dixit. — An non putas illum mentiri potuisse ? — Respondebat : — Minime —. Putabat enim iste innocens homo sacerdotem mentiri non posse.

- [375] 5 Si quando de fratribus nostris cogito, mirari soleo : videtur enim Dominus Deus illis cerebrum invertere, ut qui
- 10 heri fuerant mundani, hodie magno cum fervore omnia despiciant. Addebat P. Ferdinandus Gaënus<sup>211</sup> pro confirmatione huius admirationis, quod in Hispania etiam mirarentur externi tantam ac talem mutationem, et peterent aliquando quid faceremus eis, putantes prima vice hypocrisis esse ; sed quando
- 15 vident constantiam, experiuntur liberalem gratiam Dei illis infusam esse.

- [376, 243] 6 Quidam iuvenis Pragae ivit in nocte Nativitatis Domini ad matutinum nostri templi ; et cum ibi permaneret, apparuit ei Christus in parva forma unius pueri, eique dixit :
- 20 — Ego volo te hic esse —. Et statim ingressus est Societatem, iam exemplar omnium virtutum in collegio Romano.

- [377] 7 Quadam die dicebat in recreatione : — Germani prae caeteris deberent esse perfectiores, nos enim quodammodo maiorem accepimus gratiam, sumus quasi semen et reliquiae
- 25 Germaniae, quos sibi Deus reservavit.

[378, 244] 8 Cum quadam vice multa dixisset de Rectoris officio et molestiis, comparabat illum inter caetera cloacae, in quam confluerent omnes tentationes.

- [379] 9 Modus procedendi, quem Deus nobiscum in Societate tenet, videtur is esse, quem Dominus Luc. 6 describit. « Patiimini propter me »<sup>212</sup> etc. Nam a principio statim ita

7 iste Innocens homo om. M || 12 Gaenus corr. ex Golenus

<sup>211</sup> Ferdinandus Jaén, cordubensis, n. ca. 1519, i. 25-VI-1559. Vocatus Romam a. 1560 ad docendam theologiam, an. sequenti missus Viennam ob eundem finem, inde Romam rediit cum P. Vitoria a. 1562 (SOCHER, p. 100). Mortuus Romae, paenitentarius Sancti Petri, 17-IV-1567 (*Hist. Soc.* 42, f. 3v) ; SOMMERVOGEL, *Les jésuites de Rome et de Vienne*, p. VIII ; SACCHINI, P. III, l. III, p. 108, n. 92.

<sup>212</sup> cf. Lc. 6.



experta est et crevit nostra Societas in nostro b. P. Ignatio. Disponamus ergo nos, et non quaeramus multas consolationes, sed reservemus in vitam aeternam. 35

[379a, 245] Christus videtur velle aliquid magni facere cum Societate, nam messis [40v] multa, operarii autem pauci<sup>213</sup>. Et quam multi cupiunt venire! mundus ferre non potest, et imitatur in hoc parvulos pueros, qui cum se in magno ulcisci non possint ob impotentiam, mirabiliter et miserabiliter omnia 40 clamoribus complent; sic et mundus contra nos clamat et stridet.

[380, 246] 10 Nostra Societas videtur hoc habere singulare, ut nostri ubique cognoscantur, licet alio habitu incedant. Hoc contigit P. Salmeroni, qui missus in Poloniam a Pontifice Maximo<sup>214</sup>, habebat vestes aulicas, tamen in quadam civitate 45 cognitus fuit, licet nostri ibi non degerent, nec ipse alias ibi fuisset.

[381] 11 In Societate debemus nos purgare, quia sumus a Deo et angelis ex aurifodinis extracti ad caminum religionis. Habemus multum terrae, et forte plus quam auri; deponamus 50 ergo, etc.

[382] 12 Magnes trahit ferrum. Cum nostrae vocationis sit conversari cum hominibus in mundo, nisi mutati simus plane in aliam naturam a ferrea nostra, trahemur a magnete: mundo et carne. 55

[383, 247] 13 Domus probationis videtur spelunca latronum, ibi enim latitant latrunculi, qui interficiunt suas passiones. Et quemadmodum homines timent transire loca, ubi sunt latrones, sic diaboli timent domum probationis.

[384, 248] 14 Qui sunt in probatione, ad id debent conari, 60 quod videmus in naturalibus. Lapis a mittente accipit virtutem quandam, qua fertur ad locum destinatum, sicut et sagitta. Eodem modo, si proiecerimus corpus nostrum, licet grave sit, ad quasvis virtutes, non cessabit tamen, donec attingat illam.

[385] 15 Animus nostrorum studiosorum esse debet sicut 65 arcus intensus, cui imposita sagitta in scopum tendit, ac si haberet voluntatem. Sic animus nostrorum qui respicit scopum, maiorem scilicet gloriam Christi, eo dirigere debent studia et omnia alia, nec alio respiciendum, sicque studia erunt facilia.

[386, 249] 16 Homo naturaliter appetit cibum si famet, et 70

<sup>213</sup> Mt. 9, 37.

<sup>214</sup> Missus an. 1555 a Paulo IV cum Nuntio Lippomano. ES, I, 126-138.

ideo magno cum appetitu petit cibum. Sic cum naturale sit Societatis nostrae sanctae esurire maiorem Dei glo-[41]riam, omnia cum magno appetitu debemus appetere, quae huic conveniunt; meliora autem non sunt, quam studia cum pietate.

75 [387, 249a] 17 Sunt aliqui qui labores studiorum declinant ex pigritia, alii vero timent sibi a superbia; si hoc volunt, ut non cadant in illam imperfectionem, debent etiam abstinere a cibo, nam et ibi imperfectiones intercurrunt. Non ergo relinquenda studia ob similes respectus, sed aspiciamus nostrum  
80 finem. Si quid praeter illum adhaeserit ex pulveribus, purgemus per poenitentiam et confessionem.

[388, 250] 18 Coadiutores temporales non sunt fraudati sua consolatione, nam cogitent se esse famulos Apostolorum Christi; cogitent concionatorem os esse ipsius, se vero manum concionatoris. Sic opera et merita membrorum erunt communia.

[389, 251] 19 Nos sumus coniuncti sicut rotae in horologio; nihil monstramus, nisi trahamur a pondere sanctae obedientiae.

[390] 20 Diabolus solet cum tentatis ludere sicut cattus cum mure, nam permittit illum aliquantum currere, sed tandem  
90 capit et devorat. Sic daemon, quando semel aliqui egressi sunt Societatem, permittit ut iterum petant, ut illos deinde cum maiori periculo tentet circa apostasiam.

[391] 21 Semel loquebatur de instituendis concionatoribus, quibus, praeter literas et alia dona naturalia requisita, aiebat  
95 duo esse necessaria: 1<sup>o</sup> ut essent humiles, 2<sup>o</sup> simplices et ita dispositi tanquam fistula, quae varie sonat prout digiti apponuntur.

[392] 22 Agens de paupertate Christi in Nativitate eius, inquiebat: Miror quidnam in nobis sit, quod aliquando in re  
100 minima non simus contenti, cum tamen nostra paupertas sit nostra professio. Ita quod neque cibus nobis ordinarius esse deberet, Deus tamen pro sua bonitate fecit, ut quod extraordinarium esse deberet, factum sit ordinarium. Imus enim ordinarie hora consueta ad mensam, et si non fieret, aliqui forte  
5 male contenti essent. Haec nostra infirmitas est, quod non capiamus ista. Quid magnum est, si desit mihi aliquid, cum Christo plurima defuerint? quid [41v] magnum si eo ad culinam, quandoquidem Christus descendit de coelo?

[393, 252] 23 B. P. Ignatius semel expulit domo P. Baptis-

72 sanctae om. *M* || 84 ipsius] Christi *M* || 96 solet *M*

tam <sup>25</sup>, quia aliquid suo tempore non fuerat factum, licet ipse 10  
non esset in causa, sed ferrarius. Tamdiu debuit manere extra  
domum, donec illa res esset facta. Bonus Pater petebat tunc  
eleemosynam apud portam, qua accepta discedebat. Sensit  
tunc temporis magnam desolationem, quod cogeretur abesse  
longius a nostris. 15

[394, 253] 24 Similiter fecit B. P. Ignatius cum P. Cornelio  
belga <sup>216</sup>, qui quandam mulierem absolverat in Flandria sine  
facultate; cumque venisset Romam, expulit illum P. Ignatius  
domo, donec haberet facultatem a Vicario Pontificis. Et quia  
non statim patebat accessus, bonus Pater mendicavit per Ur- 20  
bem, et dormivit in hospitali donec haberet facultatem.

[395] 25 Idem P. Cornelius erat confessarius collegii Germa-  
nici, recens instituti opera B. N. Patris; cumque nescio quid  
ad aures suae Paternitatis venisset de P. confessario germa-  
norum, misit deputatos ad collegium, qui in scripto a singulis 25  
germanis separatim peterent, quid sentirent de confessario <sup>217</sup>.

[396] 26 Solebat sibi B. Pater imaginari, quidnam posset  
illum contristari; et nihil invenit, etiamsi fratres occiderentur.  
Solum hoc molestius ferret, si audiret se excommunicatum;  
saltem ad tempus, donec se Deo commendaret per orationem <sup>218</sup>. 30

[397] 27 Homo est animal valde sociabile et communicati-  
vum, nam licet docti plerumque sint superbi, tamen libenter  
dicunt quae sciunt. Et si quis fuisset in coelo et vidisset omnia,  
si iterum rediret, non experiretur tantam consolationem neque  
solus tantum delectaretur, si aliis non posset communicare 35  
visa et audita.

[398] Qui egrediuntur Societatem, si simul servare pos-  
sent gratiam et spiritum qui est in Societate, tunc desperarent,  
si deberent extra Societatem vivere; sed iam excaecat illos  
omnino diabolus, ut nihil videant horum. 40

[399, 254] 29 Observavi aliquando nostros Fratres non fa-  
cientes signum crucis, quando in-[42]cipiunt studere; forte  
verecundantur, sed non debet ita fieri: ideo alii meliores faciunt  
signum crucis super singula folia, quando scribunt, Deoque  
offerunt illud studium. Et qui semper haberet in mente illam 45  
phrasim B. P. N.: « Ad maiorem Dei gloriam », nihil omitteret,

<sup>215</sup> Videtur agi de Baptista Pezzana, procuratore domus Romanae.

<sup>216</sup> Cornelius Wischaven, cuius cursum vitae v. FN, I, 577 <sup>23</sup>.

<sup>217</sup> Cf. *Memoriale*, nn. 347, 363, FN, I, 720, 727.

<sup>218</sup> De causis quae Ignatium contristare potuissent, v. *Memoriale*,  
n. 182, I, 638; II, 334, 412, 476.

sed cogitaret secum : si hodie bene feci, cras melius faciam ; quare ? quia ibi est comparativus : ad maiorem etc., ideo et ego. Sicque oportet nos semper versari in comparativis.

50 [400, 255] 30 Cum semel loqueretur de caeremoniis, et organo Viennae reficiendo, dicebat P. N. Generalem P. Laynez solere ista exercitia et caeremonias exteriores vocare folles, quibus devotio in hominibus excitatur et inflammatur.

[401] 31 Mihi et cuidam alteri loquebatur de concionibus, dicebatque nihil referre, etiamsi quis saepe erret et impingat, 55 solitum enim fuisse N. B. Patrem dicere : saepe errando discimus non errare.

[402, 256] 32 Cum Nostri incoepissent concionari in plateis, semel unus coniectus fuit in carceres. Misit ad P. Ignatium 60 singravam, se propter Evangelium esse in carcere. Responsum misit Pater : — Evangelium te etiam liberet —. Interim ille Frater in carcere concionatus est, et multa bona fecit, deinde dimissus.

[403] 33 In collegio tunc temporis, quando ipse erat etiam 65 alumnus, ita flagrabat pietas, ut cum essent alumni adhuc laici et seculares, vovebant tamen per tot septimanas etc. castitatem et similia.

[404, 257] 1 P. PETRUS PARRA <sup>219</sup>. Mundus videtur inversus : homo dicitur arbor, et non sine causa ; caecus ille dixit 70 Christo : « Video homines, ut arbores » <sup>220</sup> ; nam radix hominis deberet esse sursum, et inde accipere succum, hoc autem non facit, sed eversa ad terram, ideo merito arbor inversa.

[405] 2 Mihi aliquando dixit in vinea Balbina <sup>221</sup>. Docui iam per tot annos in scholis, vellem me obligare superioribus totidem 75 adhuc docere, modo promitterent mihi deinde missuros ad Indos ; sperarem enim me multos pueros conversurum ad Do- [42v]minum. Et si essem captus apud infideles, vellem pueris mei domini aliquid dicere.

[406] 3 P. Baptista Romanus <sup>222</sup> desiderabat sibi esse capti- 80 vus in triremibus ut addisceret modum conversandi cum turcis, quo facilius deinde posset illos convertere.

<sup>219</sup> P. Petrus Parra, n. Sanlúcar de Barrameda in Hispania 1531, i. 1553 Compluti (*Chron.*, III, 325<sup>1</sup>), professor phil. in col. Rom. 1560-1563, theologiae ibidem 1564-1576, casuum 1573-1575, Praefectus studiorum a. 1584. † Romae 23-II-1593 (*Hist. Soc.* 42, f. 10).

<sup>220</sup> Mc. 8, 24.

<sup>221</sup> Vide FN, I, II, indices, sub nominibus : Balbina, vinea.

<sup>222</sup> Vide supra, annot. 30.

[407, 258] 4 P. Borgia cum iam relinqueret mundum, aulam tamen adhuc haberet, ne videretur ex avaritia aulam et sumptus contrahere, curavit cibos solito modo praeparari, sed ipse per duos annos solum comedit crura gallinarum. Et cum in aula 85 Caroli Quinti esset omnium corpore crassissimus, tamen ita se maceravit, ut plicaret pellem ventris; cumque semel ex necessitate ob infirmitatem medicus quidam hoc videret, dixit: — Nullus sanctorum fecit unquam talem poenitentiam <sup>223</sup>.

[408, 259] 5 Cum veniret Romam P. Borgia ut Societatem 90 ingrederetur, transivit Ferrariam, quia Dux ille eius cognatus erat <sup>224</sup>. Exceptus fuit ingenti pompa, exhibiti ludi, vesperi tantus chorus musicorum, ipse vero inter istam harmoniam fuit in oratione. His finitis dixit sociis et P. Emanueli Sa <sup>225</sup>, qui cum illo venerat: — Facite examen conscientiae, ego iam feci. 95

[409, 260] 6 Ordinarie solebat per octo horas mentaliter orare, et alias tres aut quatuor. Fuit semel Tusculi: voluit omnino ut fieret catalogus, quinam deberent in culina secundum ordinem lavare et fricare, inter quos et ipse P. Borgia esse volebat. Et cum semel ei esset eundem Tybur, misit visum 100 catalogum, an ipse esset signatus. Post tres dies forte sequebatur ordine, et ut anticiparet, misit ad illum, qui debebat inservire mensae, significans se velle inservire, ne aegre igitur ferret.

[410] 7 In quodam collegio Hispaniae, die Iovis Sancto, 5 cum Fratres in corona essent simul et tractarent de rebus spiritualibus, referebat P. Borgia, quod etiam ipse per multos annos cogitasset circa hunc diem: nimirum, ob suam indignitatem nullum quietiorem pro se locum invenire potuisse, ubi consolaretur, nisi in inferno, et [43] sub pedibus Iudae maximi 10 peccatoris; sed hodie, aiebat, deiectus sum ex illo loco, nam vidi Christum sub pedibus Iudae, quando lavit eum, sensique maximam confusionem, quod tam diu occupassem locum Christi. Iam nullum locum praeter infernum habeo. Mirabilis deiectio. 15

[411, 261] 6 Paulus Burgensis <sup>226</sup> vir magnae auctoritatis

1 forte om. M || 19 ibi] ubi M

<sup>223</sup> Cf. SUAUV, *Histoire de Saint François Borgia*, pp. 134-136.

<sup>224</sup> A. 1550. Dux Ferrariae erat Hercules II Estensis, filius Lucreciae Borgiae. De hoc itinere Borgiae *Chron.*, II, 12.

<sup>225</sup> Vide supra, n. 77; FN, I, 304<sup>1</sup>, 531<sup>6</sup>.

<sup>226</sup> Paulus a S. Maria, a patria urbe Burgensis dictus, natione et religione erat iudaeus, Salomon Ben Levi appellatus. Conversus lectione

in sacris literis, erat olim rabinus doctissimus, fuit conversus ad christianam religionem ex Sancti Thomae lectione primae secundae partis, de legibus et sacrificiis etc.; ibi S. Thomas  
 20 superavit seipsum.

[412, 262] 9 Alphonsus Tosdadus, episcopus Abulensis <sup>227</sup>, divinam habuit memoriam. Cum quadam vice veniret ad quoddam monasterium, et inviseret bibliothecam, incidit in librum, quem antea nunquam videret; cupiebat illum secum accipere,  
 25 sed non poterat sub poena excommunicationis. Mansit igitur tam diu ibi donec totum librum evolveret; discessit memoria tenens omnia.

[413, 263] 10 « Clama, ne cesses » <sup>228</sup> etc. Nostri concionatores videntur rauci esse, non in voce quidem, sed in spiritu. « Ex-  
 30 alta vocem tuam ». Nostri quantum exaltant? usque ad artifices et plebem simplicem; alios maiores etc. non tangunt. Et quid? « Annuntia populo » etc. Nostri temporibus dicitur: « Animae beatae » etc.; captant sic benevolentiam.

[414] 11 S. Paulus dicit: « Ego honorifico ministerium  
 35 meum » <sup>229</sup>. Est modus loquendi. Quando aliquis est insignis in facultate aliqua, dicitur illam honorificare. Nobis, pro dolor, hoc tempore sufficeret, si non dehonestaremus, aut saltem permetteremus nos ab illis honestari; sed eo ventum est, ut et nos et nostra officia dehonestemus; S. Paulus vero non ita.

40 [415, 264] 12 Venatores habent canes, qui explorant feras et clamant, sed alios habent qui feras aggrediuntur. Concionator clamat, sed confessarius capit.

[416, 265] 13 Filii carnales maxima cura et labore educantur, et quid? spirituales filii minori! Messor non. Si concionator  
 45 vult habere filios spirituales debet plorare, ingemiscere, orare, meditare etc. [43v]

[417] 14 Sacra Scriptura duobus modis tractari potest, humano et divino. Illo cum galantariis quibusdam et rotundis dictis mirabilia facimus, sicut in rebus humanis fieri so-  
 50 let; hoc modo tractata parum fructus facit, quia vestitur alio et peregrino habitu. Hoc autem, quando vestitur spiri-

44 messor non om. M

operum S. Thomae, baptizatus est a. 1390, aetatis 40. HURTER, *Nomenclator*, IV, 674-675.

<sup>227</sup> Alfonsus de Madrigal (*el Tostado*), celeberrimus exegeta, ep. Abulen. (1449), † 3-IX-1455. HURTER, *Nomenclator*, IV, 762-766.

<sup>228</sup> Isai. 58, 1.

<sup>229</sup> Rom. 11, 13.

tu quodam divino “in un fervore e sentimento interiore”, et hac ratione movet mirabiliter, et hoc docet experientia manifestissime.

[418, 266] 15 In concionando non probarem multis, sed in actu exercito : — Hoc tibi faciendum, frater —; nam quando 55 disputamus, alter accedit paratus et munit se, raro disputando homines convertuntur ad fidem et pietatem, sed spiritu, timore, amore, lachrymis, meditando etc. Idem facerem, quod Sacra Scriptura facit, quae res fidei speculativas paucissimis verbis complectitur, de Incarnatione, Trinitate etc.; sed tota Scriptura est 60 in movendo, terrendo, promittendo, inculcando, dolendo etc.

[419] 16 Quomodo fieri potest, ut Christus promeruerit tanto labore nobis omnia, dederit verbum, Spiritum Dei efficacissimum, et cum his omnibus aliud non voluerit, nisi ut quiesceremus in nostris commodis? Minime vero: perinde enim esset 65 ac si maximus mercator traiecisset maria propter unam castaneam.

[420] 17 Comparo scholasticam theologiam et elegantes aucthores inter se sicut in republica sunt milites et mulieres ornatæ; scholastici sunt milites, sacri doctores ornati etc. 70

[421] 1 P. PETRUS RIBADENEIRA cum mihi in recreatione quadam loqueretur, multa dicebat de suis peregrinationibus, et addebat: — O germani, quod iam videtis, ante multos annos est seminatum in Germania; tunc erat hyems, nihil videbatur, iam autem vernum tempus advenit, prodeunt 75 fructus. Persecutiones, lachrymae, carceres Patrum praecesserunt, iam fructificant.

[422, 267] 2 P. Petrus Faber legebat Moguntiae septem auditoribus psalmos, P. Claudius Ingolstadii; et cum semel in mensa esset ducis Bavariae, suum breviarium accepit hinc inde 80 volvens folia; et cum Princeps ab eo peteret quidnam faceret, respondit: — Illustris- [44]sime Princeps, quaero locum Scripturae, sed non possum invenire, qui excuset vestram pompam.

[423, 268] 3 Aliqui merito reprehensibiles, quod tam facile offendantur imperfectionibus fratris. Hoc fieri non decet, non 85 enim religionem ingredimur perfecti, sed sumus in schola, in officina pietatis. E contra vero alii nihilominus etiam reprehendi, qui sub hoc pallio manent in suis imperfectionibus.

---

78-79 Petrus Faber-cum semel] P. Claudius Iatus S. Scripturae Ingolstadii professor cum esset, aliquando M

[424, 269] 4 Cum anno 1542<sup>230</sup> proficisceretur cum aliquibus  
 90 in Lusitaniam cum ea paupertate, uti solebant olim, accede-  
 bant Bononiae Legatum Cardinalem, quibus inter coetera  
 dicebat : — Qui volunt esse de vestra Societate, debent esse  
 boni, boni, boni ; docti, docti, docti, quia magna est vocatio  
 vestra.

95 [425] 5 B. P. Ignatius semel in quadragesima ivit ad Sta-  
 tionem S. Stephani rotundi. In itinere socii amiserunt illum.  
 Domum rediens vocavit illos, dicens : — Fratres, vellem scire  
 quare venissetis ad domum nostram, an propter aliquod emo-  
 lumentum ? — Responderunt : — Reverende Pater, propter  
 100 Deum venimus —. Dixit Pater : — Bene est, ergo in servitio  
 propter Deum talis negligentia non potest sine poenitentia  
 transire <sup>231</sup>.

[426, 270] 6 Quidam monachus in Hispania magni iudicii,  
 poenitentiae et austeritatis, cum incidisset in nostras regulas  
 5 et vidisset nos non habere ordinarias poenitentias, fuit scan-  
 dalizatus ; cui cum quidam Pater alio tempore loqueretur,  
 obiecit ei : — Vos non habetis poenitentias statas, etc. —  
 Respondit noster Pater : — Verum est, domine. Interim sciat  
 in nostra Societate esse magnam charitatem et unitatem —.  
 10 Cui monachus : — Estne ita, habetis haec ? Beati vos, estis  
 enim in termino ; nos haec quaerimus cum nostris poenitentiis.

[427, 271] 7 In Hispania erat quidam Pater cum quadam  
 marchionissa, quae fratrem in Societate habet. Accidit, ut  
 quidam alius Pater transiret illam civitatem ; et cum intellexis-  
 15 set ibi esse unum ex nostris, accessit illum. Mirata est domina  
 charitatem illam mutuam, cum antea se non novissent. Post  
 tres dies, cum eadem charita- [44v]te dimisit illum. Matrona  
 addidit : — Deus est inter vos ; hoc enim non potest esse na-  
 turale, ut veniendo et discedendo sitis ita coniuncti.

20 [428, 272] 8 Cogita collegium propter te solum esse, et te  
 solum hic esse, non curando quid alii faciant, aut dicant, nec  
 te immiscere aliis rebus, sed quando pulsatur ad orationem,  
 scholam etc., cogita te solum in collegio esse, et pro te pulsa-  
 tum ; eas ergo et perge. Hoc exercitium multum valet ad con-  
 25 servandam unitatem et quietem.

20 propter te ex M, propter se [!] R || 21-22 neo te ex M nec se R

<sup>230</sup> An. 1542, 28 aprilis, septem socii Roma profecti sunt, quorum  
 quinque in Lusitaniam mittebantur. Ribadeneyra cum socio Lutetiam  
 petebat studiorum causa. *Ribadeneira*, I, 16.

<sup>231</sup> RIB., *Dichos y hechos*, II, n. 3, FN, II, 480.



[429, 273] 9 Cum quidam conquereretur apud b. P. Nostrum de quibusdam iuvenibus quod currerent per totam domum, dicebat : — Certe nullus est in tota domo, in quo me non aedificem ; solum in me ipso non aedificor <sup>232</sup> —. Et hunc conceptum habebat de omnibus ; nihilominus dabat poenitentias, dimittebat ineptos pro Societate. 30

[430, 274] 10 Cum semel deberet concionari in Banchis <sup>233</sup>, quando alias contionabatur in templis, putabant aliqui non convenire. Dicebat B. P. N. Ignatius : — In rebus spectantibus ad Dei laudem et honorem, non oportet esse nimis prudentem. 35

[431, 275] 11 Dicebat idem B. Pater circa eandem humiliationem, hominem non posse se humiliare ; solus Deus potuit se humiliare. Quicquid homo faciat, non est humilitas, quia ipse causa est humiliationis ; solum ergo est illi cogitandum de hoc. Deinde se conferre cum aliis fratribus, et quod a Deo omnia 40 acceperit.

[432, 276] 12 Cum aliquando deambulare cum P. Ribadneira per montem Gaballi <sup>234</sup>, dicebat : — Vos non potestis tantam consolationem habere de rebus Societatis, sicut nos, qui vidimus initia —; et haec dicebat magno cum spiritu, et addebat hoc Dei opus esse, ita enim solebat dicere P. Laynez : — Tanto si può quanto Iddio vuol. 45

[433] 14 Cum Romae esset maxima fames, nostri Patres ibant per plateas, et colligebant miseros, et aliquando ducentos ducebant ad domum, lavabant pedes illorum, [45] dabant ad comedendum quae habebant, caules etc. Dicebat opus fuisse 50 magnae aedificationis <sup>235</sup>.

[434, 277] 14 B. P. Ignatius habitabat apud S. Trinitatis montem, et uni dabat exercitia spiritualia prope S. Mariam Maiorem, alteri apud pontem Sixti, et singulis diebus ibat ad illa loca ; tantus fervor erat iuvandi animas <sup>236</sup>. 55

[435] 15 Ego eram puer, et libere loquebar Patri : — R<sup>a</sup> V<sup>a</sup> male loquitur italice, deberet se parum emendare —. Respondit Pater : — De gratia, quis esset modus, Petre ? Observa omnia verba quae male pronuncio —. Incepit quidem scribere, 60

<sup>232</sup> Cf. FN, II, 316.

<sup>233</sup> *Banchi*, regio Romae. Vide FN, I, 124-125, 197, 241, 559, 681 ; II, 418.

<sup>234</sup> Collis Quirinalis, vulgo dictus Monte Cavallo.

<sup>235</sup> Evenerunt haec in magna annonae caritate Romae a. 1538/9. FN, I, 126-127, 199-200.

<sup>236</sup> *Acta*, n. 98, FN, I, 500.

sed non erat finis scribendi. Tunc dicebat Patri: Oporteret omnia renovare —. Cui Pater: — Petre, si può far quanto Iddio vuol —. In fine concionis semper solebat dicere: « Amare Iddio ex toto corde » etc.<sup>237</sup>

- <sup>65</sup> [436, 278] 1 P. PHILIPPUS WIDMANSTADIUS<sup>238</sup>. Si Deus vult esse in medio duorum congregatorum in nomine eius<sup>239</sup>, quomodo non erit apud tam multos, qui non solum convenerunt in nomine ipsius, verum etiam, ut omnia relinquerent eique soli servirent.
- <sup>70</sup> [437, 279] 1 P. PETRUS PAULUS. P. Benedictus Palmius, cum esset in domo Romana, dicebat ei confessarius eius ut acciperet atramentarium, eique dictabat literas. P. Benedictus non petierat facultatem, nec forte bonus confessarius. B. P. Ignatius rescivit, vocavit P. Benedictum terribile dans ei capitulum, et
- <sup>75</sup> alteri dicebat, quod quasi dignus qui eiiceretur. Solebat deinde iterum vocare illosque consolari, quos reprehenderat, ne abiicerent animum.

## R

- [438, 280] 1 P. ROBERTUS HYBERNUS<sup>240</sup>. Cum fuisset cui-dam commissa cura horologii, non tamen diligenter curaret, dixit
- <sup>80</sup> ei quidam: — Vide, Frater, tu non bene dirigis tuum horologium; iam in sole est duodecima, in tuo vero tantum decima —. [45v] Alter se defendit, dicens: — Horologium meum iustum est, sol fortassis errat —. Ita faciunt, qui sibiipsis fingunt regulas in capite, arbitantes superiores errare; se bene facere
- <sup>85</sup> tantum, solem autem errare.

[439, 281] 1 P. RICHARDUS HYBERNUS<sup>241</sup>. Non est homo, cui non desit aliquid. Vidi homines famosissimos, sed non erant prudentes etc. Cum ergo semper nobis aliquid desit, ad illud

<sup>237</sup> Cf. *De Actis*, n. 47, *Dichos y hechos*, I, 39, FN, II, 349-350.

<sup>238</sup> Philippus Widmandstadt (n. 1539, i. 1556, † 1588), frater Ioannis Alberti qui Austriae cancellarius fuit, de quo v. FN, I, 780-781.

<sup>239</sup> Mt. 18, 20.

<sup>240</sup> Robertus Roschfort, i. Romae 5-XII-1564 (*Rom. 170*, f. 78), ann. 1565-1566 philosophus in col. Rom. (*Rom. 78b*, ff. 31, 37). A. 1567 Dillingen (*Germ. Sup. 44*, f. 38).

<sup>241</sup> Ingr. Lovanii mense martio 1563, Romae 1-V-1563 (*Rom. 170*, f. 51v), ann. 1564-1565 philosophus in col. Rom. (*Rom. 78b*, f. 28v, 31v), 1566 theologus (ib. f. 37), a. 1567 Dillingen lector logices (*Germ. Sup. 44*, f. 38).

centrum deberemus nos semper convertere, tanquam lineae ad centrum.

90

[440] 2 Dicebat mihi se ex P. Rectore Sebastiano Romae accepisse. Quidam Pater hispanus, qui nunquam fuerat Romae, ivit semel ad S. Potentianam <sup>242</sup>; et cum intellexisset S. Petrum Apostolum ibi celebrasse, volebat ingredi, sed erat locus clausus. Prostratus in terram, oravit foris cum lachrymis, et accedentes invenerunt apertum. Fecit sacrum, quo absoluto dixit Fratri : — Claude —. Respondit Frater : — Qui aperuit, ille etiam claudet.

95

[441, 282] 1 Roscius <sup>243</sup>. P. Aloysius in Lusitania, eundo semel per plateam in magno luto, commaculavit calceos elegantes cuiusdam nobilis externi. Is impegit Patri alapam. Pater petiit veniam ab illo ; quo actu humilitatis adeo commotus fuit ille nobilis, ut Patrem domum usque sequeretur, et obnixe veniam ab eo peteret.

100

## S

[442] 1 P. SEBASTIANUS ROMAEUS <sup>244</sup>, cum semel ab illo peterem consilium, quomodo deberem cum aliquibus conversari, sentiebam enim me non ita liberum esse cum illis, respondebat : — Nihil refert —. Ita enim dicere solebat b. P. Ignatius quod nos, ut lucremur homines, facere debemus quod diabolus facere solet. Is explorat naturas hominum seseque illis insinuat <sup>245</sup>; sic nos debere explorare ob bonum finem naturas aliorum, nosque illis accomodare ; ridere cum illis etc. ut il- [46] los tandem lucremur.

5

10

[443] 2 Tempore recreationis quadam vice incipiebat loqui de miseriis hominis et dicebat : — Ego gratum habeo, ut alii

15

<sup>14</sup> incipiebat *corr. ex* incipiebant

<sup>242</sup> Templum Sanctae Pudentianae (\* titulus Pudentis, id est Sanctae Pudentianae \*), in eo loco exstructum ubi S. Petrus apostolus hospitio receptus fuisse refertur.

<sup>243</sup> Hieronymus Ros (Roscius) hispanus, i. Valentiae a. 1555 (*Hist. Soc.* 175, f. 30v); annis 1561-1563 theologus in col. Romano (*Rom.* 78b, f. 23, 27).

<sup>244</sup> Sebastianus Romei, n. Castiglione Fiorentino, i. 1550 Romae (*Ital.* 58, f. 8), professus 3 vot. Romae 24-VI-1561 (*Ital.* 3, f. 23v), † 13-X-1574 Romae (*Hist. Soc.* 42, f. 6v). Rector collegii Romani ann. 1554-1568. De eo FN, I, 65, 514, 518, 533, 536.

<sup>245</sup> Cf. Regulas ad dignoscendos spiritus. V. similia de Ignatio in MI, *Epp.*, I, 180; III, 513.

pro me sacra faciant, nam quando ego celebros, in multos errores cado. Et cum peterem : — Quomodo, Pater ? — respondebat : Omnis aspectus, in Deum actu non relatus, est peccatum veniale.

20 [444] 3 De silentio dicebat deberi concionari in refectorio per octo dies, cum nihil ita aedificet et spiritum conservet ut silentium, ut nil dicam de malis ex loquacitate inconsiderata emergentibus.

[445] 4 Idem dicebat duo requiri in conversatione nostra  
25 cum aliis : studendum ut iucundum illis fiat eloquium nostrorum, ad hoc requiri bonum modum ; deinde delectari in Domino, quando loquendum.

[446] 5 Exponebat mihi versiculum psalmi : « Renuit consolari anima mea; defecit in me spiritus meus »<sup>246</sup>. Quando  
30 eximus, dicendum : « renuit » etc ; quando videndum aliquid etc. Et sic de pluribus actis dabat explicationem seu accommodationem illius versiculi.

[447] 6 Si haberent homines multos lapides, et unus inter illos esset huius naturae, quod alios converteret in gemmas  
35 pretiosas, sine dubio quilibet studeret afferre quam plurimos lapides, ut ex contactu verterentur in pretiosos lapides. Sic nos deberemus multas molestias ad Dominum portare, quae convertentur in pretiosas margaritas gaudii sempiterni, secundum Christi dictum : Tristitia vestra vertetur etc.<sup>247</sup>

40 [448, 283] 7 Cum venisset P. Borgia Romam, erat P. Tablares, P. Mirón et alii<sup>248</sup>. Tunc temporis omnes concionabantur in tonis<sup>249</sup>. P. Polanco dabatur thema : « Bonum mihi quia humiliasti me »<sup>250</sup>. Antonio Rio<sup>251</sup> coadiutor cum arundine astabat et observabat. Et addebat P. Rector illo tempore fuisse  
45 mirabilem laetitiam apud nostros. P. Ignatius sua praesentia et conversatione dabat vitam omnibus.

[449, 284] 8 Solebat b. P. Ignatius dicere : « bona facies, bonum faciens » ; quia plerumque pluris [46v] fieri solent, quae fiunt ab illis, qui habent etiam dona naturae etc. quam qui  
50 abiectiores, vel non ita praediti donis corporis. Et ipse Pater multum in honesta facie solebat suscipere, quia communiter etiam interius solet aliquid correspondere.

<sup>246</sup> Ps. 76, 3.

<sup>247</sup> Io. 16, 20.

<sup>248</sup> Nomen omnium Borgiae sociorum habes in FN, II, 209.

<sup>249</sup> Exercitium sacrae eloquentiae, de quo v. inter alia MI, *Regulae*, 254, 349.

<sup>250</sup> Ps. 118, 71.

<sup>251</sup> Antonius Rion, de quo vide supra, annot. 79.

[450] 9 Cum mihi diceret bonus Pater, se et alterum cauterium accepisse, addebat : — Si mille foramina haberem, non effluerent tamen omnia mala quae intra me sunt, donec mors[...] 55

[451] 10 Christus prae caeteris amabat Ioannem ; in illo periculum nullum erat. Nobis non licet ita amare alios. Fortassis est imperfectio unum magis quam alium amare, quia consideramus exteriora. Et adferebat mihi exemplum de Francisco della Voltalia <sup>252</sup>, quod esset un santorello, et mirabilia faceret, 60 paucos tamen, vel nullum admirari, si alius faceret quod nescio quid praesentiae haberet, diceretur de illo nescio quid, etc.

[452] 11 Qui miseri ingrediuntur Societatem, postquam in ea homines sancti facti sunt, aliquando ex illis aliqui deficiunt et superbiunt, similes pauperibus, qui postquam laboribus 65 acquisierunt caligas, statim ad amicos eunt, etc.

[453] 12 Cum indutus vestibus culinariis et tinctus fuligine P. Achilles <sup>253</sup> compareret, dicebat P. Rector : — Sicut homines non cognoscuntur quando vestes et faciem mutant, sic Deus non cognoscit nos, quando maculamur animas nostras, estque 70 multo maior turpitudine quam corporis.

[454] 13 Referebat mihi Aloysius Odescalcus, quando cum P. Possevino transivit Augustam <sup>254</sup>, P. Sebastianum Romaeum, cum ob infirmitates collegio Romano amplius praeesse non posset, fere semper in infirmaria vixisse. Et quando ad caminum 75 aliquid boni ab aliis dicebatur, iste Pater sanctus cum tanta humilitate et attentione arrigebat aures, ac si inexpertus esset adhuc novitius.

[455] 1 SALVATOR <sup>255</sup> senex coadiutor Viennae, cum tempore exercitii corporalis qui-[47]dam frater statim se subduceret 80 a labore : — Quo vis ire ? petebat, nondum effluxit tempus ; tu non satis haberes uno ferculo, plura desideras. Sic decet, ut etiam integrum absolvas laborem.

55 *post mors del. imperat* || 62 *diceretur corr. ex dicerent* || 72 *post mihi del. P.*

<sup>252</sup> Franciscus Fogliano (della Valtellina), n. Bormio, i. 6-V-1559 Romae (*Rom.* 170, f. 30v), † Romae 27-IX-1609 (*Hist. Soc.* 43, f. 51).

<sup>253</sup> P. Paulus d'Achille, de quo vide supra, annot.

<sup>254</sup> De Aloysio Odelscalchi v. supra, annot. 13.

<sup>255</sup> « Salvator subminister et ianitor, hispanus »: Cat. col. Viennensis a. 1561 ed. a SOMMERVOGEL. In cat. a. 1556 dicitur cantaber : EN, IV, 305, cf. ibid. 302.

[456] 1 SALUSTIUS<sup>256</sup>. Homines, ut penetrent rerum naturas, usque ad debilitatem corporis laborant viresque frangunt ;  
 85 quid nos agere decet, ut Deum et nosmetipsos cognoscamus ?

[457] 1 STANISLAUS polonus Viennae<sup>257</sup>. Quidam novitius, cum quadam in re experiretur magnam repugnantiam, eique dictum fuisset : — Charissime, simpliciter caecam facias obedientiam —, iste bonus filius, quando ei aliquid committebatur,  
 90 claudebat oculos et ita pergebat.

## T

[458] 1 P. THEODORICUS WESTPHALUS obiit Viennae<sup>258</sup>. Referrebat mihi quantum laborasset cum Fratre quodam (cui in patriam proficiscenti erat adiunctus), qui curabat sibi fieri  
 95 vestes non consuetas nostris et addebat : — Quandiu fui in Societate, semper fui illius animi, ut fugerem singularitates, nec vellem habere aliquid quod non haberent fratres mei.

[459] 2 Contingit quandoque ut pugiles sese ante pugnam exerceant ; quando autem deberent congredi cum hoste vel  
 100 adversario, nihil possunt praestare, quia aut sunt defatigati, exhausti, timidi. Sic nobis aliquando persuademus quod velimus multa et magna praestare, sed quando venit ad rem, deficimus.

[460, 286] 3 Cum Romae vacaret exercitiis spiritualibus et cogitaret de statu vitae suae, existimabat impossibile fore facere illum saltum ex seculo ad religionem, relinquere cognatos, mundum, vivere in paupertate. Imaginabatur sibi perinde esse, ac si quis ascendere vellet templum S. Petri sine scalis, et facere inde saltum deorsum ; tunc certe comminuerentur omnia  
 10 ossa. [47v] Et sic debet omnino fieri, ut homo frangat se.

[461] 4 Dux ille neapolitanus ditissimus<sup>259</sup> Romae habebat

<sup>256</sup> Sallustius Guerrini, n. ca. 1547 San Quirino prope Senas, i. Romae 22-X-1564 (*Rom. 170*, f. 76), † 31-III-1579 Senis (*Hist. Soc. 42*, f. 7).

<sup>257</sup> Stanislaus Rosdrazowski n. ca. 1540, i. 1560 « dioecesis Posnaniensis, nobilis, annorum 22, 2 in Societate, logicus 1 anni, bonus satis, forte erit ad plura utilis ». Cat. col. Viennensis a. 1562 (*Austria 122*, f. 4v) ; de eo v. *Hist. Soc. 41*, f. 167.

<sup>258</sup> Theodoricus ab Havebeschede (Habekechede, Westfalus) « praefectus novi collegii » Viennae : SOMMERVOGEL, Catalogus 1561 ; « Collegii novi regens » a. 1571 (*Austr. 122*, f. 29), DUHR, I, 296, 316. † Rigae, 15-IV-1599 (*Hist. Soc. 42*, f. 113v).

<sup>259</sup> Ioannes de Mendoza : FN, I, 551 <sup>48</sup>.

abiectionissimas vestes et officium humillimum, ipse tamen adeo humilis fuit, ut multi eius exemplo commoverentur.

[462, 287] 5 P. Benedictus Palmius solitus erat ante concionem in cubiculo se examinare, quam ob causam vellet concionari; sicque totum sese committebat divinae gratiae. 15

[463, 288] 6 Quidam faciens exercitia tantum gustum sentiebat, ut exclamaret, dicens: — Domine, quid sum ego, quod me ita visitare digneris? exi a me etc. Et cum tu sis tam bonus, quid ego pro te facere non debebo? Voveo igitur etc. — Sed cum subtractus esset ei ille gustus spiritualis, incoepit cogitare: — Quid fecisti? deberesne te subiicere omnibus et ita vivere? Non faciam —; venitque tandem ad illam desperationem et levitatem animi, ut cogitaret: — Non feci hoc, non vovi —; sicque tandem factus est pessimus. 25

[464, 289] 7 Fuit quidam magnus concionator noster in Italia, ita quod putent miracula facta fuisse ex illius concionibus. Hic, levi tentatione vexatus, reliquit suum propositum. Tunc dicebat b. P. Ignatius: — Ego malo habere simplicem, qui vix sciat tria verba, quam doctum et elatum in proprio suo sensu. 30

[465, 296] 8 P. Olavius vir doctissimus solebat dicere: — Ego nulla alia miracula cupio scire, praeterquam vocationes Fratrum nostrorum —. Et cum deambulatum iret cum aliquo, petebat statim: — Quaeso, dicas mihi aliquid de tua vocatione, tibi vicissim narrabo meam vocationem<sup>260</sup>. 35

[466] 9 Cum idem Pater mitteretur ab imperatore Carolo Quinto ad infideles, in sacro, tempore elevationis, nescio quid ei contigerit; statim enim pro-[48]fectus Romam ad b. P. Ignatium petiit recipi, et ingressus est Societatem. Fuit Romae primus professor theologiae; vir plane mirabilis doctrinae et humilitatis. 40

[467, 291] 10 Quando venit vesper laetari deberemus, nos eo die tot laqueos evasisse. Certe si homo evadat viam periculosam, non cupit denuo per eandem redire. Cum in vita nostra sint tot insidiae hostium, quomodo laetantur beati, quod absolverint viam tam periculosam [!]. 45

[468] 11 P. Laynez aliquando dicebat: — Illi qui habent fortia crura facilius interdum frangunt quam nervosi; sic ali-

24 non vovi] non fecit votum M || 30 proprio om. M || 44 evadit M

<sup>260</sup> De vocatione Patris Olave, v. MALAXECHEVARRÍA, *Martín de Olave*, 133-146; ASTRAIN, I, 563-566.

50 quando maximi peccatores statim convertuntur, sed qui sunt semiboni, non facile franguntur et conteruntur.

[469] 12 Cum Viennae haberet curam collegialium, et premeretur necessitate, ivit ad P. Rectorem : — Reverende Pater, consilii inops sum, convenit me pistor et urget solutionem,  
55 ego autem nihil habeo —. Mane venit quidam, qui attulit ei 54 talleros.

[470] 13 Quidam Pater valde doctus, qui et philosophiam legerat, dicebat aliquando : — Isti Fratres, qui nondum sunt sacerdotes, statim possunt deficere —. Non multo post ipse  
60 met defecit.

[471] 14 Cum Romae fuisset alicuius autoritatis, post ingressum in Societatem vidit eum quidam in veste vili, eique dicebat : — O tu vis aliquid hac veste venari —. Ita enim multi, licet falso, suspicantur nos ideo humilitatem religiosam  
65 amplecti, ut suo tempore elevemur ad magnas dignitates.

[472] 15 Referebat de magnanimitate B. P. N. Ignatii ; cum enim esset moriturus, constantissimus iacebat in lecto. P. Theodoricus<sup>261</sup> abigebat muscas, qui contemplabatur Patrem: Tunc ille qui author, etc. Et addebat, tantam illum habuis- [48v] se  
70 charitatem erga suos, quod videbatur sicut caera diffluere.

[473, 292] 16 P. Montoia<sup>262</sup> quando volebat loqui videbatur semper aspicere coelum, inde petiturus consilium et auxilium. Romulius<sup>263</sup>, nepos Patris illius Cornelii, cum intellexisset in Belgio Patrem factum episcopum, venit Romam. Et cum  
75 P. Theodoricus ab illo petiisset, an non aliquando oraret pro P. Cornelio, respondebat : — Puer ego verecundor apparere in conspectu Dei —. Pater convertit se ad alios et dixit : — Videte, et audite sapientiam etc.

[474, 293] 17 P. Olavius solebat sibi optare magnam infirmitatem, quia dicebat se nihil passum ab ineunte aetate. Contigit ergo, ut vehementissima febris corripereetur. Tunc dicebat adstantibus : — Nihil est fratres mei audire et legere, sed experiri etc.

73-78 Romulius - sapientiam om. M

<sup>261</sup> Theodoricus Geeraerts, qui mortem S. Ignatii descripsit : FN, I, 772-775.

<sup>262</sup> Ioannes de Montoya († 1592) professor philosophiae in col. Romano 1554-1555, 1557-1558. PC, II, 578, 610, 614, 622. Cursus vitae in AHSI, 17 (1948) 119<sup>69</sup>.

<sup>263</sup> Romuldus Wishaven, nepos Cornelii, i. Lovanii 1545, † ibid. 28-XII-1566. PONCELET, *Nécrologe*, p. 4 ; SOMMERVOGEL, *Catalogus* 1561, p. XVI.



## V

[475, 294] 1 P. VINCENTIUS BRUNO<sup>264</sup>. Anima rationalis nostra est tanquam episcopus in civitate, qui praest in spiritualibus subditis suis. Sensus nostri sunt bestiales, appetunt omnia, et nisi coërceantur et a ratione praescribantur regulae, ad multa peccata nos trahunt. 85

Laus Deo, Virginique Matri Mariae

*Subscriptio autographa* : Gregorius Rosephius. 90

*Claritatis gratia repetita alia manu* : Gregorius Rosephius.

## 30

QUAEDAM FACTA ET DICTA QUORUNDAM  
RELIGIOSORUM SOCIETATIS IESU

SAECULO XVI EXEUNTE

I. - MON. ineditum.

II. - TEXTUS : München, Universitätsbibliothek, 4<sup>o</sup> Cod. ms. 473. Mensura 20,5 × 15,5. Constat 126 paginis a codicis scriba, ut videtur, numeratis. In margine superiore primae paginae : « Bibl. Acad. Ingolstadiensis ». Alia manu : « pro Infirmaria ». Scriptura videtur ad saeculum XVI pertinere. Ex Academia Ingolstadiensi transiit in Universitatem Monacensem.

P. 1\*. DE PROPRIIS ET SOLIDIS VIRTUTIBUS SOCIETATIS

Index :

p. 1. De charitate proximi, folio 1 ; Obedientia, 15 ; Castitate, 24 ; Paupertate, 30 ; Humilitate, 37 ; Patientia, 47 ; Mortificatione, 53 ; Devotione et oratione, 53 ; Mentis illuminatione, 63 ; Visionibus, 82 ; Vocatione, 89 ; Gratia agendi cum Christo, 101 ; Dicta varia, 111 ; Puncta aedificationis ex annuis, 125.

88 nos trahunt. Sic explicit M sine ullo addito

<sup>264</sup> Vide sup., p. 529<sup>128</sup>.

\* Integra p. 1 manu recentiore conscripta est.

50 quando maximi peccatores statim convertuntur, sed qui sunt semiboni, non facile franguntur et conteruntur.

[469] 12 Cum Viennae haberet curam collegialium, et premeretur necessitate, ivit ad P. Rectorem : — Reverende Pater, consilii inops sum, convenit me pistor et urget solutionem,  
55 ego autem nihil habeo —. Mane venit quidam, qui attulit ei 54 talleros.

[470] 13 Quidam Pater valde doctus, qui et philosophiam legerat, dicebat aliquando : — Isti Fratres, qui nondum sunt sacerdotes, statim possunt deficere —. Non multo post ipse  
60 met defecit.

[471] 14 Cum Romae fuisset alicuius autoritatis, post ingressum in Societatem vidit eum quidam in veste vili, eique dicebat : — O tu vis aliquid hac veste venari —. Ita enim multi, licet falso, suspicantur nos ideo humilitatem religiosam  
65 amplecti, ut suo tempore elevemur ad magnas dignitates.

[472] 15 Referebat de magnanimitate B. P. N. Ignatii ; cum enim esset moriturus, constantissimus iacebat in lecto. P. Theodoricus <sup>261</sup> abigebat muscas, qui contemplabatur Patrem : Tunc ille qui author, etc. Et addebat, tantam illum habuis- [48v] se  
70 charitatem erga suos, quod videbatur sicut caera diffluere.

[473, 292] 16 P. Montoia <sup>262</sup> quando volebat loqui videbatur semper aspicere coelum, inde petiturus consilium et auxilium. Romulus <sup>263</sup>, nepos Patris illius Cornelii, cum intellexisset in Belgio Patrem factum episcopum, venit Romam. Et cum  
75 P. Theodoricus ab illo petiisset, an non aliquando oraret pro P. Cornelio, respondebat : — Puer ego verecundor apparere in conspectu Dei —. Pater convertit se ad alios et dixit : — Videte, et audite sapientiam etc.

[474, 293] 17 P. Olavius solebat sibi optare magnam infirmitatem, quia dicebat se nihil passum ab ineunte aetate. Contigit ergo, ut vehementissima febris corriperetur. Tunc dicebat adstantibus : — Nihil est fratres mei audire et legere, sed experiri etc.

73-78 Romulus - sapientiam om. M

<sup>261</sup> Theodoricus Geeraerts, qui mortem S. Ignatii descripsit : FN, I, 772-775.

<sup>262</sup> Ioannes de Montoya († 1592) professor philosophiae in col. Romano 1554-1555, 1557-1558. PC, II, 578, 610, 614, 622. *Cursus vitae* in AHSI, 17 (1948) 119 <sup>60</sup>.

<sup>263</sup> Romuldus Wishaven, nepos Cornelii, i. Lovanii 1545, † ibid. 28-XII-1566. PONCELET, *Nécrologe*, p. 4 ; SOMMERVOGEL, *Catalogus* 1561, p. XVI.

## V

[475, 294] 1 P. VINCENTIUS BRUNO<sup>264</sup>. Anima rationalis nostra est tanquam episcopus in civitate, qui praest in spiritualibus subditis suis. Sensus nostri sunt bestiales, appetunt omnia, et nisi coëroeantur et a ratione praescribantur regulae, ad multa peccata nos trahunt. 85

Laus Deo, Virginique Matri Mariae

*Subscriptio autographa* : Gregorius Rosephius. 90

*Claritatis gratia repetita alia manu* : Gregorius Rosephius.

## 30

QUAEDAM FACTA ET DICTA QUORUNDAM  
RELIGIOSORUM SOCIETATIS IESU

SAECULO XVI EXEUNTE

I. - MON. ineditum.

II. - TEXTUS : München, Universitätsbibliothek, 4<sup>o</sup> Cod. ms. 473. Mensura 20,5 × 15,5. Constat 126 paginis a codicis scriba, ut videtur, numeratis. In margine superiore primae paginae : « Bibl. Acad. Ingolstadiensis ». Alia manu : « pro Infirmaria ». Scriptura videtur ad saeculum XVI pertinere. Ex Academia Ingolstadiensi transiit in Universitatem Monacensem.

P. 1\*. DE PROPRIIS ET SOLIDIS VIRTUTIBUS SOCIETATIS

Index :

p. 1. De charitate proximi, folio 1 ; Obedientia, 15 ; Castitate, 24 ; Paupertate, 30 ; Humilitate, 37 ; Patientia, 47 ; Mortificatione, 53 ; Devotione et oratione, 53 ; Mentis illuminatione, 63 ; Visionibus, 82 ; Vocatione, 89 ; Gratia agendi cum Christo, 101 ; Dicta varia, 111 ; Puncta aedificationis ex annuis, 125.

---

88 nos trahunt. Sic explicit M sine ullo addito

---

<sup>264</sup> Vide sup., p. 529<sup>128</sup>.

\* Integra p. 1 manu recentiore conscripta est.

37 — MON. IGNAT. — FONTES NARRAT. III

p. 2. IHS. QUAEDAM FACTA ET DICTA QUORUNDAM RELIGIOSORUM SOCIETATIS IESU NOTATU DIGNA, et in ordine ad tredecim capita seu titulos redacta. In primo scribuntur ea facta quae spectant ad charitatem proximi; in 2º ad obedientiam; in 3º ad castitatem; in 4º ad paupertatem; in 5º ad humilitatem; in 6º ad patientiam; in 7º ad mortificationem; in 8º ad devotionem seu orationem; in 9º ad revelationem seu mentis illuminationem; in 10º ad visiones sive boni sive mali spiritus; in 11º ad vocationem; in 12º quae pertinent ad gratiam agendi cum proximo; in ultimo vero dicta varia notabuntur.

Scribuntur in aliquibus nomina qui haec vel audierunt vel viderunt.

*Incipit* : « CARITAS IN PROXIMUM. P. Lanoyus dum Viennae pestis grassaretur » ...

Rosephii *Promptuario dictorum et factorum* (MON. 29) similis est haec collectio, cuius nec auctorem invenire nobis licuit, nec tempus stricte determinare; certe post S. Francisci Borgiae obitum († 1572). Inter sententias quas refert, quaedam adest (p. 111) quae dicitur audita a P. Richardo ex ore P. Canisii. Agitur fere certo de P. Richardo Haller († 1612); quod si ita est, videtur hunc Patrem a Canisio sententiam illam audivisse non initio vitae suae in Societate, sed potius post aliquod elapsum tempus. Ideo putamus hanc collectionem saeculo XVI exeunte conscriptam esse. In n. [6], infra, p. 580, Ignatius vocatur: "P. Ignatius (sanctae memoriae)", non B. P. Ignatius.

Continet dicta et facta quorundam Patrum et Fratrum Societatis Iesu, quorum plurima in aliis fontibus non inveniuntur, de PP. Fabro, Bobadilla, Láinez, Iaio, Wishaven, Oviedo, aliis. Testes adhibentur Canisius, Peltanus, Nadal, Theodoricus Canisius, Wishaven multique alii.

III. - RATIO EDITIONIS : Edimus hoc loco quae de Ignatio directe agunt, necnon ea quae cum sancto Conditore vel cum dictis de eo in aliis nostri operis MONUMENTIS aliquo modo connectuntur.

### *Textus*

1. Ignatii confessarius valde diligebat Fratres. — 2. Oboedientiae exemplum. — 3. Mira S. Francisci Borgiae abstinencia. — 4. Cur Societatem recens fundatam amplexus fuerit. — 5. Quidam e Societate dimissus iterum admittitur sancteque vivit. — 6. Parva fides revelationibus praestanda. — 7. S. Francisci Borgiae dictum de vocatione. — 8. Cur Natalis contionatus sit. — 9. Dictum eiusdem de novitiis tentatis. — 10. Cornelius Wishaven domo eicitur. — 11. Ignatii dictum.

[1] p. 4. P. Simeon<sup>1</sup>, Patris Ignatii confessarius, iam senex, ita diligebat fratres, ut vel sibi haud notos, vel primo Societatem ingredientibus adiret, et ab eis qui vocarentur peteret, quorum omnium nomina Deo commendabat; unde fiebat ut longissimus esset in Memento; tolerabatur tamen, quia privatim celebrabat.

[2] p. 15. Quidam coadiutor temporalis, Sancta Cruce nomine<sup>2</sup>, ita amator obedientiae extitit, ut cum a P. Ignatio Romam ut concionaretur mitteretur, in medio concionis a satellitibus comprehensus et in carcerem ductus, ille concionem suam prosecutus est, ut impleret suam obedientiam; qui innocens inventus et dimissus egredi noluit, quousque vinctis fame paventibus provideretur; quo promisso, exiit et pecuniis collectis panes emit, et pauperibus vinctis subvenit.

[3] p. 53. P. Franciscus Borgia cum in saeculo esset adeo obesi corporis ut in sella equi quo portabatur aliquid eminere erat opus in sella ad excipiendum ventrem, tanta tamen abstinentia et mortificatione usus est, iam ingressus Societatem, ut macilentus deinde extiterit et pellis ossibus haerere videretur<sup>3</sup>.

[4] p. 89. P. Franciscus Borgia cum de relinquendo mundo conclusum iam apud ipsum esset, sed de genere ordinis religiosi quem ingrederetur apud se adhuc quaereret, venit illi in mentem haec parabola: si quis esset dominus multarum vinearum, sed unam ex illis recens plantatam haberet, circa quam versaretur ipsius oculus, amor et studium? Circa tenerrimam et recentissimam. Haec inquit est Societatis, in hac ergo operarius esse debeo. P. Theodoricus Canisius.

[5] p. 39. Quidam idiota receptus a P. Ignatio in Societatem, post aliquod tempus desiderium concepit habitandi in solitudine. Dimissus est, habitavit et vixit assiduus in oratione et Dei laudibus. Accidit agasonem cum mulis iter facere. Exterritus ille sonitu mulorum, daemonum turbam esse suspicatur, factoque signo crucis, involat in primum mulum verberibusque

<sup>1</sup> Nullum huius nominis Patrem invenimus qui S. Ignatii confessarius esse potuerit. Quae hic de tali Patre dicuntur, convenire videntur cum iis quae de P. Didaco de Egua scimus ex aliis fontibus, unde probabiliter aliquis error hoc loco irrepsit. De P. Egua vide praecipue *Mem.* n. 221, FN, I, 657.

<sup>2</sup> Agi videtur de obsonatore domus, cuius nomen siletur in *Mem.* n. 247, p. 672; a Rib. vocatur Juan de la Cruz (*De Actis*, n. 71, FN, II, 369); a Polanco Ioannes Crucius (*Chron.*, I, 363). Rib. in *Vita* l. V, c. 9 eum vocat: « hermano lego y hombre sencillísimo y devoto ».

<sup>3</sup> Vide supra Mon. 29, dictum P. Petri Parra, n. 4, annot. 4.

afficit dicens ei : — Verbum caro factum est —. Agaso hominem obiurgat, ille se divinitus admonitum ratus, ut ad Societatem rediret cogitavit. Receptus est iterum a P. Ignatio, vixitque sanctissime, maximo zelo animarum et incredibili Dei amore. P. Natalis <sup>4</sup>.

[6] p. 111. P. Ignatius (sanctae memoriae) dicere solebat nullam aut exiguam fidem revelationibus (quamvis ille plurimas haberet) esse adhibendam, propter infinitas illusiones quas daemones admiscunt <sup>5</sup>. P. Richardus <sup>6</sup> ex ore P. Canisii.

[7] p. 112. P. Franciscus Borgia (sanctae memoriae) dicebat: Tristissimus dies in Societate, iucundior mihi quam laetissimus in saeculo.

[8] p. 114. P. Natalis interrogatus olim cur concionari praesumeret cum in hoc genere talentum non haberet, respondit se id eo consilio facere, ut ea ratione iuniores excitaret, qui id muneris aliquando subire minus timerent, cum recordarentur Natalem concionantem audisse<sup>7</sup>.

[9] p. 116. P. Natalis de novitiis qui tentantur bene sperandum esse dixit, aliis vero plus timendum.

[10] p. 120 n. 52. [P. Cornelius Wishaven] Idem dicebat se ad triduum a P. N. Ignatio domo eiectionem fuisse ut eleemosynas peteret, et simul tamquam peregrinus etc.

[11] p. 121 n. 59. Idem. Solebat, inquit, P. Ignatius dicere: « Ut ad omnem bonum et spiritualem profectum optime praemunit, si quis diligenter observet et exequatur quae in nobis Deus loquitur, ita omnis mali origo est, haec negligere ».

<sup>4</sup> Vide supra, p. 511, n. [130].

<sup>5</sup> Cf. ea quae Ignatius dixit de Magdalena de la Cruz. RIB. *De Actis*, n. 16, FN, II, 330.

<sup>6</sup> Agitur, ut videtur, de P. Richardo Haller, nato ca. 1552, ingr. 1569 (*Germ. Sup.* 44, f. 57), profess. 4 vot. Dilingae 4-IX-1588. Cum fuisset Rector collegii Ingolstädiensis (1594-1597), in Hispaniam destinatus est, confessarius Margaritae Austriacae, Philippi III uxoris. Mortuus est Matriti 22-I-1612. AGRICOLA, t. II, p. 184; BRAUNSBERGER, VIII, 338<sup>1</sup>; 482.

<sup>7</sup> De Natali contionatore v. MON. 29, n. 133, supra, p. 511.

## 31

P. ANTONIUS CLAR P. PETRO DE RIBADENEYRA,  
MATRITUM

BARCINONE, 20 APRILIS 1601

I. - EDITIO : *Scripta*, I, 573-574.II. - TEXTUS : *Hist. Soc.* 5b, f. 173.*Textus**De splendore vultus S. Ignatii. De eius oratione.*

[f. 173]

## Nota

Dos capítulos de una carta del P.<sup>e</sup> Antonio Clar<sup>1</sup>, escrita de Barcelona a 20 de abril de 1601, para el P.<sup>e</sup> Ribadeneira en Madrid.

A sor Estephanía, priora del monasterio de las monjas descalças<sup>2</sup>, pregunté si, quando le dixo la señora Doña Anna de Rocabertí, su madre, que el rostro de nuestro Padre fue visto así resplandeciente, que parecía representar a Cristo, si fue así visto de su santa madre, Anna de Rocabertí, o solamente de Elisabet Rosel. Respondió que su madre, Anna de Rocabertí, le solía decir que ella era la que le avía visto así resplandeciente, que parecía otro Cristo en la tierra; y que

1 Nota *alta manu* || 10 Rosel] Rosil *ms.* | Respondió] Re *ms.*

<sup>1</sup> P. Antonius Clar, natus in insula Maiorica, anno 1560 vel 1561, Societatem ingressus 14 iulii 1581, professus 4 votorum 21 sept. 1598. Anno 1601 Rector erat collegii Barcinonensis. *Arag.* 10, ff. 143v, 169v, 270; *Arag.* 15, f. 143v.

<sup>2</sup> In processu barcinonensi, anno 1595 peracto, in quo testis affuit, dicitur « religiosa Stephania de la Concepción, monialis professa monasterii monialium ordinis Carmelitarum Discalciatarum civitatis Barcinonae, aetatis, ut dixit, sexaginta quatuor annorum, parum plus vel minus ». *Scripta*, II, 340-341. Vide etiam ib. p. 679. Ante religionis ingressum cognominabatur de Rocabertí. Erat filia comitum de Perallada. Fundavit monasterium barcinonense Carmelitarum Discalceatarum in via dicta de Canuda. Vide ALVAREZ, *Historia de la Provincia de Aragón*, t. II, l. IV, c. 19, pp. 376-377; CREIXELL, *S. Ignacio*, I, 296-297.

era tan grande el concepto que formó del P.<sup>e</sup> Ignacio, que a todas quantas hablava aficionava a nuestro P.<sup>e</sup> <sup>3</sup>.

- 15 A lo 2<sup>o</sup>, si quando oyó de Esperança Grau, que fue nuestro Padre visto en el templo de S. Hierónimo, de religiosas monjas, puesto en oración y lebantado del suelo, si fue visto de las monjas una vez o muchas, dize que de una vez puede afirmar que fue visto <sup>4</sup>.

[f. 173v] *Inscriptio*: Para el P. Nicolás Lancicio.

## 32

IOANNIS THOMAE CANIZARO DE OBITU S. IGNATHII  
RESPONSA AD P. LUDOVICUM MASELLI

15 APRILIS 1603

Praeter suas responsiones ad quaesita P. Lancicii de obitu S. Ignatii (supra, MON. 25), Ioannes Thomas Canizaro scripsit epis-

15 Grau] *Gran ms.*

<sup>3</sup> En eius testimonium in processu anni 1595: « Super nono, dixit quod est verum quod ipsa testis audierit dici quod Haelisabeth Rosés praedicta referret dona quae praedicta Helisabeth viderat et splendorem in Patre Ignatio; et quod domna Anna de Rocabertí, mater ipsius testis, narraret quod ita magnus esset splendor et maiestas vultus sive faciei Patris Ignatii, ut vere videretur praedictus Pater et repraesentaret Christum in terris ». In processu remissoriali anni 1606: « E axí matex recitave dona Anna de Rocabertí, mare de ella testimoni, a ella testimoni: — Mira, ma filla, que't fas a saber que, si hagueses vist anar, com jo, lo Pare Ignasi per Barcelona, te fores també feta devota d'ell, com jo u so stada y so, perquè anave y tractave ab una sanctedat y humilitat tan gran, que'm admirave de vèurer-li en sa persona una penitència tan gran y lo rostro que li parexia que resplandia; y quant responia a les paraules que li deyen, eren tan efficaces, que's ficaven en lo cor de les persones com lo ohien —; y també li digué dita sa mare a ella testimoni que'l véu anar moltes voltes al estudi de aquesta ciutat, per apendrer gramàtica, que les hores era lo mestre un Mossèn Ardèvol; y que quant passave, la dita sa mare llansave los ulls, perquè se edificave de vèurer aquell rostro tan honest y honrrat, y lo cors tan penitent, y descals dels peus, so és, sens soles ... ». *Scripta*, II, 341, 681.

<sup>4</sup> In processu anni 1595 ita testificatur: « Super decimo quarto, omissis praecedentibus, dixit quod est verum ut audierit ipsa testis dici a monialibus Hieronymianarum, quod quaedam sancta religiosa, Sor Sperança Grau nuncupata, Dei famula, quae cum Patre Ignatio conversata fuit, eis retulisset sociis suis, ut illum, scilicet Patrem Ignatium, vidissent in ecclesia esse in oratione absque aliquo motu et ellevatum a terra ». *Scripta*, II, 343.



tulam de eadem re ad P. Ludovicum Masselli, Italiae Assistentem, quam Bollandistae autographam Romae se vidisse affirmant. Eam suis commentariis inserunt (*AA. SS.*, p. 512, nn. 539-541). Neque hanc epistolam videre nobis licuit, qua de causa cogimur eam ex *AA. SS.* depromere in latinam linguam translatam. Eius pauca fragmenta edita sunt iam in *Chron.*, VI, 38, annot. 1.

### Textus

[1] *Ad primam interrogationem* : An praeviderit aut praedixerit suam mortem eodem isto tempore matutino, quo mortuus est ? — Audiui, inquit, quod miserit P. Polancum ad Suam Sanctitatem, ut peteret Eius benedictionem, quia debebat ipse migrare ex hac vita ; et audiui praeterea quod benedictionem, quam petebat, acceperit, antequam exspiraret <sup>1</sup>. 5

[2] *Ad interrogationem secundam* : Dicebant, inquit Canonicus, medici, quod fuerit mortuus cum maligna febris ; et ego ipse, serviens ista nocte ad usque mediam eiusdem partem, audiui ipsum agere ac sermocinari, prout solebat magna ex parte suae infirmitatis. Post mediam noctem videbatur mihi quiesvisse, non vocans me adeo frequenter, sicut solebat, tametsi frequenter invocaret Dominum in suum adiutorium : — « ¡ Ay, Dios ! — » ; id est : — « Ah, Deus ! — ».

[3] *Ad interrogationem tertiam dicit* : Non recordor an acceperit Sanctissimum Sacramentum communionis in forma Viatici. Extremum unctionem non accepit <sup>2</sup>. 15

[4] *Ad quartam* : Sacramentum Eucharistiae si non acceperit, eo mihi persuadeo factum fuerit, quia proxime antea communicaverat, et quia eius infirmitas non iudicabatur adeo periculosa <sup>3</sup>, ut necessitas postularet tale ei dari Sacramentum. Quod spectat ad oleum sacrum : exiguo temporis spatio, antequam exspirasset, dum adessent duo medici seculares <sup>4</sup>, et tres e nostra Societate etiam medici <sup>5</sup>, qui opportune adveniant, ut eum viserent, non noverant ipsum morti proximum esse. Invenerunt eum quidem, explorato arteriae pulsu, valde 25

<sup>1</sup> Cf. FN, I, 767.

<sup>2</sup> Cf. ea quae ipse Canizarus respondit Lancicio : MON. 25, n. 50, supra, p. 457, et ibid. annot. 3.

<sup>3</sup> Cf. FN, I, 766, 767.

<sup>4</sup> Alexander Petronius cotidie Ignatium visitavit. FN, I, 765 ; de eo v. ibid. annot. 6.

<sup>5</sup> S. Ignatius petivit ut P. Balthasar de Torres, medicus, curam eius gereret, sicut aliorum infirmorum domi degentium. FN, I, 765.

debilem atque, ad restaurandas vires, habui ego in mandatis ut igne coquerem edulium duobus ovis recentibus intritum. Dumque illud ad ignem apparando occuparer, doctor Madridius  
 30 intrabat cubiculum beati Patris, eumque tangens, videbat quod iamiam e vita esset transiturus; ac me accedens iussit ut, relictis ad ignem rebus, accerserem P. Petrum Rieram <sup>6</sup>, praefectum templi, ut statim ad se veniret. Ego autem ista imperata faciens omni cum festinatione, non invento P. Riera redii, ut responsum  
 35 darem, ac comperi beatum Patrem nostrum expirasse, et intellexi, postquam exspiraverat, Patrem Riera ista cum festinatione petatum fuisse, ut eum inungeret oleo sancto.

[5] *Addit ex hac quarta responsione apparere quid respondeatur ad interrogationem quintam.*

40 [6] *Ad sextam*: Dum ego, ait, comperissem eum vita functum, inveni praesentem doctorem Madridium, qui taeniola mentum eius obligabat ad retinendum os clausum. Aderat etiam P. Turrianus <sup>7</sup> cum aliis Patribus, quorum nomina non recordor.

45 [7] *Ad septimam*: Postquam deprehendissent Patres isti quod iamiam transiturus erat ex hac vita, non superfuit spatium medii horae quadrantis. Quo tempore, quia iveram advocatum P. Rieram, praefectum templi, non interfui eius morti, et ideo nihil possum dicere de isto ultimo articulo.

50 [8] — [*Vacat*].

[9] *Ad nonam*: Non scio quidnam aliud fuerit locutus ultimo vitae suae articulo, nisi prout dixi in secunda interrogatione.

[10] *Ad decimam*, nihil occurrit transcribendum.

55 [11] *Ad undecimam, de sanctitate eius sensu, qui superfuit*: Audi, inquit, dici tam a nostris quam ab externis communiter: « Mortuus est sanctus, mortuus est sanctus ». Ad haec, quidam servus cardinalis S. Iacobi <sup>8</sup>, etc.

[12] *Ad duodecimam*: Concursus populi ad nostram ecclesiam dum corpus esset domi, et post in ecclesia, fuit maximus, ita ut illa esset plena ad portas usque, atque etiam extra, populo magna communi consensu signa ostendente opinionis quam habebat de eius sanctitate, etc.

<sup>6</sup> De eo v. dicta in MON. 25, annot. 5, supra p. 459.

<sup>7</sup> P. Balthasar de Torres, de quo v. annot. 5.

<sup>8</sup> Vide MON. 25, annot. 8, supra p. 460.

## 33

## P. BLASII RENGIFO RELATIO

BARCINONE, A. 1606, MENSE MAIO

## I. - MON. ineditum.

II. - **TEXTUS** autographus: Madrid, « Archivo Histórico Nacional », sección « Códices y cartularios » ms. 898 (prius 535b), pp. 17-24. Nullum habet titulum. Ad calcem, alia manu : « De particulares, en Barcelona, en mayo de 1606 ».

III. - **AUCTOR** narrationis, secundum catalogos Provinciae Aragoniae, anno 1606 inveniebatur in collegio Caesaraugustano (*Arag.* 15, f. 203v), anno 1607 in collegio Barcinonensi (ibid., f. 161v), unde in hoc collegium translatus dicendus est ante mensem maium 1606, quo mense et anno relatio dicitur Barcinone scripta. Initio sui scripti dicit se illud ex oboedientiae praescripto composuisse. Tunc temporis Provinciae Aragoniae praeerat P. Ferdinandus Ponce, collegio vero Barcinonensi, a. 1607, P. Laurentius de San Juan (*Arag.* 15, f. 161v).

En tibi curriculum vitae Patris Rengifo : Natus Abulae (Avila) anno c. 1534, ingressus Societatem Compluti die 1º ianuarii 1554 (*Arag.* 10, f. 203v; *Tolet.* 12, f. 7v), cum iam esset licentiatu in artibus (*Tolet.* 12, f. 2v, 7v). Professionem votorum emisit 11 decembris 1569 (*Hist. Soc.* 41, f. 219), vel 6 ianuarii 1570 (*Rom.* 53, f. 3). Cum esset magister artium et theologiae doctor, annos 23 theologiam docuit (*Cast.* 14, f. 337; cf. *Tolet.* 12, f. 91v); postea fuit confessarius et contionator variis in urbibus : Salmanticae (1597), Valentiae (1595, 1603), Caesaraugustae (1606), Barcinone (1598, 1607). Mortuus est Lucronii (Logroño) 4 augusti 1610 (*Hist. Soc.* 43, f. 83v). Videri possunt eius *Responsiones ad interrogationes P. Nadal*, I, f. 310 (prius 376), partim editae in EN, I, 455<sup>5</sup>, ubi eius nomen legitur *Rengisio*.

De P. Rengifo haec tradit CASTRO in sua *Historia de la Compañía de Jesús del Colegio de Alcalá de Henares* (ms.), t. I, ff. 104v-105 : « El Dr. Blas Rengipho, natural de Avila, entró aviendo sido collegial artista y licenciado, de edad de diez y ocho años. Como conociese la Compañía por medio de los Hermanos Martín Fernández y Lozano, le pareció questa religión le convenía, conforme a una promesa que su madre avía echo a Nuestro Señor : que si le davan un hijo, se lo dedicaría a su servicio ; y por aver nacido víspera de la Purificación de Nuestra Señora, le pareció que en la Compañía de su Hijo Jesús avía de cumplir la promesa de su madre, y que esta

era su vocación. Oyó su theología y salió tan bien con ella, que luego fue a Castilla y la leió muchos años en Valladolid, y se graduó de doctor. Después la leyó en el collegio de Madrid. Fue el primero que leyó cassos en Monterey; leyólos también en Murçia. Save bien astrología. En los sermones ha tenido gracia de ponderar lo que decía. Es muy devoto de Nuestra Señora, y siempre que se ofrece ocasión especial, ante las vísperas de sus fiestas, exortava a sus discípulos a su devoción. Vive al presente en Aragón, en el collegio de Zaragoza».

IV. - *RATIO EDITIONIS*: Integram edimus relationem Patris Rengifo, cum nobis se offerat occasio id faciendi; prae oculis tamen habemus praecipue ea quae de S. Ignatio agunt.

### *Textus*

- 1-2. *Res aedificatione dignas narrandas suscipit.* — 3. *De dignitatibus in Societate.* — 4. *Ignatius obnegligentiam quandam in oratione habitam a Beata Virgine probatur.* — 5. *Amor tribulationum.* — 6. *Ratio perfectionis in Societate debet esse communis.* — 7. *Patri Nadal dicit Ignatius nihil melius conducere ad perfectionem in vita spirituali quam dolores et tribulationes.* — 8. *Modus proximos adiuvandi.* — 9. *De zelo animorum.* — 10. *Ignatii devotio erga SS.ma nomina Iesu et Mariae.* — 11. *Consolationem expertus est Ignatius quando scripsit regulas.* — 12. *Angelus quidam in figura viatoris apparet sociis.* — 13. *Ignatii exterior habitus.* — 14. *De P. Latnez.* — 15. *Cur Ignatius regulas modestiae scripserit.* — 16. *Opinio sanctitatis qua fruebatur Ignatius.* — 17. *De P. Antonio Araoz.* — 18-20. *De P. Francisco Borgia.* — 21. *De Fratre Gregorio Escibano.* — 22. *De P. Martino Gutiérrez.* — 23. *De P. Ioanne Ruiz.* — 24-26. *De P. Isla.* — 27. *De aliis Patribus.*

†

[p. 17]

JHS

[1] Porque se me ha ordenado de la santa obediencia diga algunas cosas de nuestros Padres antiguos, diré algunas cosas principales, que particularmente ponderé y advertí de su espíritu, y de algunas personas en particular; y primeramente  
5 diré en general lo común que entonces coría por todos. Digo en general esto, porque puedo decir con verdad que en todos comúnmente las vi, y así me fuera necesario repetir las mismas cosas.

[2] Lo 1º cómo 20 años o más no oy juicio contra el superior;  
10 y quando se nos olvidaba la regla o obediencia, o teníamos remisión alguna, pensávamos que la casa se nos havía de hundir ençima; teníase tanto amor y charidad mutua, que creo pasaron más de

20 años que no oy la menor murmuración de naide, antes muchos tenían este exercitio de que, viendo a uno, luego los otros deçían las virtudes en que más se señalava; y en la oración andavan algunos por la meditación, considerando a los que moravan en los aposentos los que moravan en ellos, mirando las virtudes en que cada uno se señalava; y quando con los seglares se nos ofreçía ocasión de hablar unos de otros, luego referíamos las virtudes de los otros; de lo cual quedavan edificadíssimos los seglares por extremo, en tanto grado, que entre los seglares abiit in proverbium la mucha charidad y unión de la Compañía; y Fray Melchor Cano, que no nos era muy afecto, deçía de nosotros: — Una cosa me contenta de estos PP.: que nunca jamás se ha visto murmurar ni disminuir unos de otros —; y los señores de título y los grandes en la corte del rey deçían lo mismo; y era esto en tanto extremo, que todos los que entramos en la Compañía en aquellos tiempos deçíamos, sin saber unos de otros, que lo que nos movió a entrar en la Compañía fue el amor regaladísimo que unos se tenían a los otros. Y usque in presentem diem, a los viejos de aquellos tiempos entrados, quando ahora vemos que algunos se desacreditan por vía de seglares, nos parece tan mal y lo miramos con tan extraordinaria ojeriça, que decimos que quien tal haçe le avían de hechar de la Compañía. [18]

[3] De nuestro bienaventurado Ignacio oy decir al P. Gonçález Dávila<sup>1</sup> que avía oydo deçir en Roma a una persona de la misma Compañía muy grave, que le avía dicho ser muy grave, que a su parecer, que no podría resistir la Compañía a los Papas en lo tocante a los obispados y cardenales, sino que ordenarán con eficaçia que lo sean nuestros Padres; y que si en la Compañía entra la Sede Apostólica, no saldría de la Compañía por muchos años, como no salió de la orden de S. Benito.

[4] Contábanos el P. Gil Gonçález que, siendo Asistente<sup>2</sup>, vio en los archivos de la Compañía una cosa regaladísima de nuestro bienaventurado Padre: que una vez se le apareció Cristo nuestro Señor con su bendita Madre; y dando y tomando sobre que hiçiese nuestro Padre çierto acto de perfección y se exercitase en çierto exercicio spiritual, y él lo açeptó con muy pronta voluntad y puso a la Virgen por fiadora, y en fin, como devía de ser cosa muy delicada y difíçil, devióse de descui-

35 Gonçález *abbreviatur hoc modo*: g<sup>o</sup> | que] *scripserat* oy decir que *sed delevit* | a una persona bis || 36 grave *sup. lin.*

<sup>1</sup> De P. Aegidio Gonçález Dávila, v. MON. 15, *Praefationem*, p. 333.

<sup>2</sup> Fuit Hispaniae Assistens sub P. Mercuriano, annis 1573-1581.

dar en algo, y otro día, quando se le tornó a aparecer el Señor con la Virgen, apareció la Virgen cubierta la cara, como corrida de que no le había sacado de la fiança; mas nuestro Padre, entendiendo aquello, lloró prostrado y pidió perdón, y entonces la Virgen se le descubrió el rostro muy alegre <sup>3</sup>.

[5] Díjome el P. Ribadeneira que los favores que el Señor hizo a nuestro bienaventurado Padre fueron tan grandes, que hasta que fuese canonizado no se creerían. Alabando los PP. de la Compañía mucho la sanctidad de nuestro Padre al rey D. Juan el tercero, el rey reparó en tantas prisiones como había estado, y sobre esto escribió al Padre como reparando en ello; respondió nuestro Padre, que todos los favores y bienes del mundo, puestos en una balança, no los estimaría en tanto como trabajos y deshonorras por amor del Señor en otra balança puestas <sup>4</sup>.

65 Haec Ribadeneira.

[6] Preguntando el P. Polanco a nuestro Padre, que cuál sería el mejor modo de proceder con los próximos, respondió que el de la Compañía no avía de tener ningún modo particular, sino el de todos; y así le pusieron este verso: Quis iacet hic? nullus, sed iacet omnis. Ipse sibi nullus, omnibus omnis erat <sup>5</sup>.  
Haec Araoz.

[7] Decía el P. Nadal que decía nuestro Padre que el camino mejor y más seguro [19] para medrar mucho en poco tiempo era el de los trabajos y tentaciones <sup>6</sup>, porque en ellos  
75 estaban escondidas grandes gracias y dones del Señor; y así el P. Nadal era devotísimo de los trabajos en grande extremo.

[8] Decía el P. Araoz que el modo con que nuestro Padre aprovechava en breve tiempo a muchos era persuadiéndoles tres cosas: la una que se quitasen de ocasiones, porque así  
80 aprovecharían y se salvarían con mayor facilidad, con mayor alegría y con mayor aumento y con mayor perseverancia; la 2ª era que hiciesen los ejercicios de 30 días, guardando muy bien las adiciones; la 3ª con renovar los propósitos con actos

82 de 30 días *sup. lín.*

<sup>3</sup> Ephemeris S. Ignatii, 15 februarii 1544: MI, *Const.*, I, 93-94. Idem dictum vide in MON. 15: *Tria facta S. Ignatii*.

<sup>4</sup> Vide litteras S. Ignatii ad regem Ioannem III, datas 15 martii 1545: FN, I, 51-54.

<sup>5</sup> Vide S. Ignatii epitaphia et epigrammata, infra, MON. 59, ubi integrum damus textum huius epigrammatis, a P. Frusio compositi.

<sup>6</sup> Cf. MI, *Epp.*, X, 307; RIB. *Dichos y hechos*, III, 9, FN, II, 481; NICOLAU, *Pláticas del P. Nadal en Coimbra*, plática 9, pp. 108-109. Vide etiam supra MON. 29, nº 289, p. 543.

intensos y vehementes cada hora ; y esta tercera encarecía por extremo.

85

[9] Estimava tanto nuestro Padre el trato spiritual que los nuestros tenían, hablando de Nuestro Señor y de las virtudes con los próximos, que decía que uno de los medios más eficaces para alcanzar mucha superabundancia de gracia de Nuestro Señor era éste ; y así decía que hambre de próximos era evidéntissima señal de grande aprovechamiento. Haec Araoz.

90

[10] Era nuestro Padre devotísimo muy a menudo del nombre de Jesús María y de hacer la señal de la † con agua bendita ; y así, ayudando a morir al bienaventurado P. Maestre Pedro Fabro, ordenó que los Padres primeros que estaban en derredor le dijese alguna cosa, viniéndole su vez decía, repitiendo muchas veces : — Jesús, Maestre Pedro ; Jesús, Maese Pedro — ; y luego espiró <sup>7</sup>. Y preguntándole que por qué no le decía otra cosa, respondió que aquel sancto nombre hacía huir al demonio más que otra cosa ; y así muchas veces tomaba el agua bendita con el nombre de Jesús María, y dava muchas veces unos gemidos que se oían en grande parte de la casa. [20]

95

100

[11] Decía el P. Nadal, que vino a España a publicar las reglas <sup>8</sup>, que nunca tuvo el bienaventurado Padre tantos consuelos ni particulares regalos y visitas de nuestro Señor como quando hizo las reglas <sup>9</sup>, y tuvo entonces tantas lágrimas, que pensó perder la vista ; y en ese tiempo hacía penitencia de las imperfecciones que había tenido en Manresa. Haec Pater Symon.

5

[12] Referíanos el P. Symón en Alcalá que ivan todos los primeros Padres en peregrinación, y no se me acuerda dónde, mas de que ivan todos a dar en medio de enemigos del Emperador, y aparéceseles un ángel en figura de caminante, y hablólos diciéndoles el peligro donde ivan a caer, y encaminólos por ciertos atajos y caminos y púsolos en un camino real que parava en un lugar bien seguro y apartado de todos los enemigos del ejército donde ivan a dar, y luego se les desapareció él allí visiblemente y quedó toda la Compañía segura y en salvamento <sup>10</sup>. Haec P. Symon.

10

15

<sup>84</sup> encarecía del. cada || <sup>86</sup> tanto sup. Kn.

<sup>7</sup> De morte Beati Petri Fabri vide epistulam Bartholomaei Ferrão : MI, *Epp.*, I, 405-407.

<sup>8</sup> Annis 1553-1554. Cf. FN, I, 302-303 ; MI, *Regulae*, 314 ss.

<sup>9</sup> De regulis modestiae v. RIB., *De Actis*, n. 59 : FN, II, 362.

<sup>10</sup> Significat id quod Ignatii sociis evenit in itinere Venetias versus,

20 [13] Decía el P. Symón en Alcalá que nuestro bienaventurado Padre, en lo exterior, nunca tenía cosa extraordinaria de un hombre seglar muy compuesto, sino gran limpieça y puliça en su vestido viejo <sup>11</sup>, y los ojos sangrientos de las lágrimas, y una risa modestíssima en la boca <sup>12</sup>. Los que hablaron  
 25 a nuestro Padre en Alcalá y en Salamanca y en otras partes decían : — No sé qué tenía aquel hombre, que así tengo tan flamantes sus palabras como si aora me las acabara de hablar —. Yo lo oý a alguno.

[14] Del bienaventurado P. Diego Laínez, fuera de lo  
 30 escrito en su Vida <sup>13</sup>, decía el P. Araoz que le tratava nuestro bienaventurado Padre con grande rigor y aspereça algunos años, y era porque llevaba tan bien lo amargo como lo dulce, y de esto tenía nuestro Padre larga experiencia ; y por la misma razón hacía nuestro Padre lo mismo con el P. Nadal y el P. Polanco, a quienes en ausencia alabava nuestro Padre mucho y  
 35 muchas veces <sup>14</sup>. [21] Era tan humilde el P. Laynez, que quasi siempre andaba vestido de viejo, pero muy limpio ; y quando salía de casa y era necesario llevar para algún tiempo sombrero, nunca consentía que se le llevasse el compañero ; y era tan tiernamente amado, que después que murió quedaron tan tiernos  
 40 los nuestros de su muerte que aún eran pasados dos años, y acordándose dél, aún todavía llorava[n] muy tiernamente. Haec Ribadeneira.

[15] La primera origen del escribir nuestro Padre bienaventurado las reglas de la modestia fue, que estando juntos  
 45 un día nuestro Padre y el P. Maestro Laynez, vieron venir unos dos hermanos de fuera y muy descuidados de la modestia. Sintiólo tanto nuestro Padre, que luego las escribió, y ordenó al P. Laynez que hiciese una plática sobre ellas, porque era muy  
 50 señalado en la modestia y alegría del rostro <sup>15</sup>.

[16] Estando juntos en una quiete los Padres primeros, dixo uno : — ¿ Cómo testificaría cada uno de nosotros, si fuese

41 *post morte scriptum est videran vel fortasse aún eran*

prope Constantiam. De hac re agit Rodrigues in suo *Commentario*, supra, MON. 3, n. [40], p. 50. P. Simon Rodrigues commoratus est Compluti annis 1572-1573, ut apparet ex eius epistulis : EB, pp. 754-760 ; F. RODRIGUES, *História*, I/2, pp. 260-261.

<sup>11</sup> Cf. Palmii *Autobiographiam*, supra, MON. 6, pp. 157-158.

<sup>12</sup> De aspectu externo Ignatii v. *Memoriale*, n. 180, FN, I, 637.

<sup>13</sup> Auctore P. Ribadeneira.

<sup>14</sup> Cf. *Memoriale*, nn. 102, 250, FN, I, 587, 683.

<sup>15</sup> Ibid. n. 22, FN, I, 540-541 <sup>26</sup>.



preguntado, qué sentía de nuestro bienaventurado P. Maestro Ignatio ? — Respondió cada uno que diría que en su opinión, era un sancto y muy gran sancto, y uno de los mayores sanctos 55 que ai en el cielo.

[17] Del P. Doctor Araoz vimos todos que, con ser hombre perfectísimo, nunca le perdieron de vista grandes murmuraciones. Decía dél el P. Isla, Rector del collegio de Madrid y su confesor <sup>16</sup>, que tenía unas virtudaças tan hondas como unos raigones muy hondos 60 de una ençina muy fuerte. Decíalo él por estos mismos términos. Tenía en grado muy eminente y conocido el ser inmóvil en las persecuciones que pasava, y en ser el famoso perdonador de las injurias, y el don del « omnibus omnia factus sum » <sup>17</sup> con todo género de gentes. Fue muy eminente en el trato con reyes y grandes señores 65 y príncipes con muy señalada edificación, máxime en la codicia de no tomar dellos nada <sup>18</sup>.

[18] Del P. Francisco de Borja bienaventurado decía el P. Bustamente <sup>19</sup>, su confesor, que si no era más humilde que S. Francisco, no era menos ; yo por mis ojos le vi desbonetado delante de 70 un pícaro, y nunca le pudieron haçer que se cubriese, hasta que se despartieron. Vile yo algunas vezes quando salía de oración, colorado y encendidísimo el rostro como un fuego, y hablándole yo una vez me dixo que me suçederían dos cosas harto particulares, y me suçedieron. [22] 75

[19] El P. Gaspar Hernández <sup>20</sup>, confesor suyo en cierto tiempo, nos dixo que en el collegio de Córdoba le persuadieron que no fuese maestro de mínimos, y no se lo pudieron persuadir, con poner para ello todos los medios posibles ; y sólo con decir que no lo hâçia bien 80 y que se le avían olvidado los nominativos y conjugaciones, lo dejó, humillándose mucho y diciendo que aun para cosa tan poca no era ; y creo le acaeciò lo mismo en la çiudad del Porto en Portugal. Tenía grandes dolores de gota en las rodillas y pies, y con el dolor de la

<sup>16</sup> P. Bartholomaeus de Isla, cum fuisset addictus servitio cardinalis Silicei, sacerdos ingressus est Societatem die 3 maii 1563 (*Tolet. 12*, f. 34v). Collegio Matritensi praefuit annis 1572-1574, quo tempore (a. 1573) P. Araoz vita functus est. P. Isla mortuus est die 7 octobris 1576 (*Hist. Soc. 42*, f. 41). De eo v. PORRES, *Historia del colegio de Madrid* (*Tolet. 39*), l. V, cc. 5-8.

<sup>17</sup> 1 Cor. 9, 22.

<sup>18</sup> De P. Araoz, v. inter alia FN, I, 241-244 ; FX, 430 <sup>1</sup>.

<sup>19</sup> P. Bartholomaeus de Bustamante († Trigueros, 21-VI-1570). *S. F. Borgia*, V, 420-421. De eo : CASTRO, *Historia del colegio de Alcalá*, lib. V, c. 4 ; SACCHINI, P. III, l. VI, p. 299.

<sup>20</sup> Toletanus, Societatem ingressus Vallisoleti. Rector fuit collegii Neapolitani, quo tempore, a. 1565 eius laudes expressit P. Salmerón (*ES*, II, 566-569). Socius fuit S. F. Borgiae ad finem vitae (*S. F. Borgia*, V, 693, 701, 735). De eo videri potest catalogus triennalis collegii Neapolitani a. 1566 : *Sic. 59*, f. 35.

gota caminava a mula ; yo que he experimentado ese dolor, tengo  
 80 para mí que todas las penitencias que hiço, todas juntas, eran poco  
 a respecto desta. Estando en Tordesillas le vi yo beber una purga  
 de muy mal olor ; bevíala a tragos y sosegándose un rato en cada  
 uno, y tenía el rostro como quando salía de la oración, devotíssimo  
 y hecho un fuego.

85 [20] En Salamanca, tiniendo la quiete algunos estudiantes,  
 y yo entre ellos, recibió de Portugal la carta en que venía la muerte  
 del bienaventurado P.<sup>o</sup> Maestro Francisco Javier ; y luego puso su  
 rostro sobre la cama, hincado de rodillas media hora larga en gran  
 silencio de oración, y salió el rostro abrasado como una ascua, y no  
 90 nos habló palabra.

Tradición ay en el collegio de Plasencia que tuvo revelación  
 de que se avía salvado el buen obispo don Gutierre de Caravajal,  
 fundador de aquel collegio<sup>21</sup>; y fue desta manera : que el P. Busta-  
 mante le vio una mañana con muy extraordinaria alegría, que nunca  
 95 le avía visto de aquella manera ; y supo después del mismo P.<sup>o</sup> la  
 revelación dicha.

[21] El Hermano Gregorio Escrivano, coadjutor<sup>22</sup>, en Logroño  
 fue compañero mío de aposento, y tenía cuenta conmigo y era de muy  
 señalada bentaja en toda la charidad de los enfermos, enfermiços,  
 100 viejos y pobres ; y porque le podían sacar con dificultad de sus  
 aprehensiones, despidióle el P. Gil González, y fuese a Valladolid  
 donde estava el P. Gil González y yo ; y yo puse todos los medios  
 posibles para que el P. Gil González le recibiese, y ordenóle que se  
 fuese a Santiago de Compostella y sirviese en el Hospital real ; fue  
 5 y trujo cédula de muy buen recaudo de su [23] edificación, y entró  
 en la Compañía, tal día como oy, y mañana pasó por Valladolid el  
 bienaventurado P. Ignatio de Azevedo, que venía buscando gente  
 para el Brasil ; y fue tan venturosa suerte la del Hermano Gregorio  
 Escrivano, que ceçidit divina sors super illum, y otro día, que fue  
 10 terçero de su entrada en la Compañía, se fue con el P. Ignatio.  
 Quando en la navegación del Brasil, Jaque Soria mandó hechar a  
 la mar a nuestros Padres y Hermanos, en este número glorioso uno  
 fue nuestro H. Gregorio Escrivano, que estando enfermo y ya ya  
 desahuciado de muerte, no le dando sino un día de vida, dixo a  
 15 aquellos malos hombres : — Pues, hermanos, yo he bivido y moriré  
 en la misma fe que ellos mueren —; y diciendo estas palabras, toma  
 su ropa y cálcase sus çapatos, y llegóse a sus compañeros, y dende  
 allí le hecharon en la mar ; y él con rostro alegríssimo fue gloriossa-

<sup>21</sup> Vide supra, MON. 29, n. 252, p. 537.

<sup>22</sup> Gregorius Escrivano, hispanus, lucroniensis (Logroño), Societatis  
 Coadiutor, unus e martyribus Brasiliae, Beati Ignatii Azevedo socius.  
 In mare vivus proiectus est ad insulas Canarias, die 15 iulii 1570. FRANCO,  
*Imagem*, II, 119 ; S. LERTE, *História*, II, 260.

mente recibido en le número de los demás mártires. Esta información tuvimos de los Padres de Portugal.

20

17. Gustava mucho que sus súbditos hiziessen las cosas que él quería, o movidos de su bien ordenada inclinación, o por ver la inclinación del superior, sin que fuesse menester usar de mandato o virtud de obediencia <sup>17</sup>. 90

18. Tuvo gran cuenta que no se introduxesen ritos, ceremonias, rezos o costumbres nuevas en la Compañía sin que él lo supiesse <sup>18</sup>.

19. Quando escribía cartas de negoçios graves, especialmente a personas prinçipales, era tan mirado y remirado [20] 95 en leerlas y enmendarlas, y gastava tanto tiempo en esto, que nos ponía admiración <sup>19</sup>.

20. Al Padre Dr. Torres, el que murió en Toledo, quando estava en Salamanca le escribió que no se dexasse embarcar con cofradrías de seglares <sup>20</sup>. 100

<sup>13</sup> DA, n. 58 ; DH, III, 2, pp. 360-361.

<sup>14</sup> De hac ultimis temporibus tam agitata sententia (vide bibliographiam in AHSI, 27 [1958] 137-142), sufficiat nobis fontes indicare : ep. S. Ignatii ad S. Franciscum Borgiam, 17 sept. 1555 : MI, *Epp.* IX, 626-627 ; DA, n. 108 : FN, II, 391 ; DH, I, 38, p. 477 ; *Mem.* n. 234 p. 663 ; RIB., *Collectanea* : FN, II, 418, n. [18]. Cf. RIB., *Vita*, lib. V, cap. 11.

<sup>15</sup> *Mem.* n. 281b, p. 692 (DH, V, 70). Cf. supra p. 616.

<sup>16</sup> *Mem.* n. 261b, p. 680 (DH, V, 63, p. 490).

<sup>17</sup> *Mem.* 236b, p. 681 (DH, V, 65, p. 490).

<sup>18</sup> Cf. *Mem.* n. 216, pp. 654-655 ; DA, n. 55, pp. 357-358 ; DH, IV, 6, p. 484.

<sup>19</sup> DH, V, 83, p. 494.

<sup>20</sup> DH, V, 90, p. 496.

21. Para despertar y dar más calor a los nuestros ordenava nuestro bienaventurado Padre en los principios que le escriviessen cada semana cuántos se avían confessado en ella, y si alguno avía hecho los exerçios <sup>21</sup>.

5 22. Tuvo muy particular cuydado que ninguno de sus hijos dicesse a los grandes príncipes ocasión de justo enojo, y que si alguno avían tenido, de atajarle con gran prudencia, para que no recibiesse daño todo el cuerpo de la Compañía. Estando el P. Bovadilla en Alemania en la corte del emperador  
10 Carlos quinto por orden del papa Paulo terçero, aconsejaron algunos al Emperador, que, mientras se celebrava concilio para componer las controversias entre los católicos y los protestantes, se escribiesse el Interin que se escribió, que fue harto dañoso a la república, poniendo la mano el príncipe seglar (aunque con  
15 buen zelo) en lo que no era suyo. Contradixo esto mucho el P. Bovadilla; y agora sea por la cosa en sí, aora por el modo con que la trató, el Emperador se enfadó, y le mandó salir de toda Alemania, y embió un comissario suyo [20v] con él para que le acompañase hasta Italia. Supo nuestro bienaventurado  
20 Padre que el P. Bovadilla venía en desgracia del Emperador, y no supo la causa della. Llegado a Roma no le quiso admitir en casa hasta que supo todo lo que avía passado; y el Emperador fue informado de lo que nuestro bienaventurado Padre avía hecho con su súbdito; y el enojo que tuvo con él se mitigó sin daño de la Compañía <sup>22</sup>.

Assímismo, en tiempo del papa Paulo quarto, predicando el P. Mtro. Laynez en Roma en Santiago de los españoles, dixo unas palabras, hablando de la simonía, que, puesto caso que en su intención no se podían reprehender, por se llanas,  
30 çiertas y verdaderas, pero, porque algunos las podían interpretar mal, como dichas para reprehender las consultas que hazía S.S. sobre aquella materia para reformar la Dataría, nuestro bienaventurado Padre ordenó al P. Laynez que hiziesse una disciplina, para que el Papa, si lo supiesse, no tuviesse ocasión  
35 de enojarse contra él ni contra la Compañía.

23. Aviendo el prior Andrés Lipomano, patriçio veneçiano, dado su consentimiento para que se uniesse al collegio de Padua (que fue el primero que la Compañía tuvo en Italia) el priorado de santa María Magdalena de aquella çiudad, que él poseya

<sup>21</sup> DH, V, 96, p. 499.

<sup>22</sup> Cf. *Chron.* I, 293-294; BM, 137-138.

y valía como dos mill ducados de renta; y aviendo el Papa <sup>40</sup>  
 hecho la annexión con condición que la Compañía desde luego  
 gozasse de la mitad [21] de la renta del priorado, nuestro biena-  
 venturado Padre, después (estando la Compañía en aquellos  
 principios pobríssima), por pura gratitud, de suyo le embió  
 una patente para que gozasse de toda la renta del priorado por <sup>45</sup>  
 todos los días de su vida, y no dicesse a la Compañía más de lo  
 que fuesse su gusto y voluntad; y así lo hizo el Prior, susten-  
 tando en el collegio de Padua el número de los nuestros que allí  
 avía, con mucha liberalidad por una parte, y por otra mostrando  
 nuestro bienaventurado Padre la gratitud que se deve a los <sup>50</sup>  
 bienhechores. Después ofreció al Prior quatroçientos ducados  
 de pensión para un sobrino suyo, los quales el Prior no quiso  
 aceptar <sup>55</sup>.

24. En tiempo de mucha carestía pidieron la Compañía  
 en Roma dos, el uno francés, que se llamava Guilliélmo, y el <sup>55</sup>  
 otro, que se dezía Alonso, español. Estando en la primera pro-  
 vación cayeron ambos malos, y el español venía de curarse  
 en un hospital, y el francés lo avía intentado y no lo avía podido  
 alcanzar. Sabiendo esto nuestro bienaventurado Padre, y siendo  
 algunos de parecer que, pues aún no estaban dentro de nuestra <sup>60</sup>  
 común habitación, se embiassen a curar al hospital, nunca lo  
 consintió, antes ordenó que se les proveyese de médico y me-  
 diçinas, diziendo que, pues ellos por amor de Dios dexavan  
 el siglo, que no era justo desampararlos en su nezesidad <sup>65</sup>. [21v]

25. El año de 1553 pregunté yo a nuestro bienaventurado <sup>65</sup>  
 Padre, a çierto propósito, si era bien poner cárçeles en la Com-  
 pañía, atento que alguna vez se tienta el hombre de manera,  
 que para vencer la tentación no basta razón y, si se añadiesse  
 un poco de fuerça, passaría aquel ímpetu, y aquel frenesí se  
 curaría. Respondióme nuestro bienaventurado Padre estas pa- <sup>70</sup>  
 labras: Si se huviesse de tener (Pedro) solamente cuenta con  
 Dios N. S., y no también con los hombres por el mismo Dios,  
 yo pondría luego cárçeles en la Compañía; mas, porque Dios  
 N. S. quiere que tengamos quenta con los hombres por su amor,  
 juzgo que por ahora no conviene ponerlas <sup>75</sup>.

26. Aunque ayudava de buena gana a todo género de obras  
 pías, y dava favor para ellas dentro y fuera de Roma, todavía,

<sup>23</sup> DH, V, 75, p. 492; PC, I, 349.

<sup>24</sup> *Mem.* n. 144, p. 614; cf. ib. n. 77, p. 576.

<sup>25</sup> DA, n. 30, pp. 337-338; DH, V, 9, ibid.

quando se ofrecía alguna que tocasse a la Inquisición de España, mirava tanto por la autoridad del Santo Oficio, que no quería  
 85 que se tratase della sino en su tribunal. Y assí, aviéndole pedido que alcanzasse de S. S. absolución para ciertos moriscos que después del bautismo avían caído en errores contra la fee, aunque fácilmente la pudiera alcanzar, no lo quiso hazer, antes remitió el negocio al Inquisidor general, suplicándole nuestro  
 90 bienaventurado Padre que los perdonasse, y assí se hizo <sup>26</sup>. [22]

27. Algunos Padre querían que la abstinencia del viernes, que usa la Compañía, se mudasse en ayuno eclesiástico ; mas nuestro bienaventurado Padre no lo consintió <sup>27</sup>.

28. Avía un hermano en casa, que al parecer del ministro  
 95 no andava bien, antes sospechava el mismo Ministro que comulgava con mala conciencia, y preguntó a nuestro bienaventurado Padre si sería bien ordenarle que no comulgasse. Nuestro bienaventurado Padre, viendo que aquella sospecha no se fundava en ciertos fundamentos, dixo que no : porque si el hermano andava fingido, la virtud del Santísimo Sacramento le descubriría.  
 100 Y assí dentro de pocos días reventó la postema, y se huyó de la Compañía <sup>28</sup>.

## 39

SELECTAE SANCTI IGNATII SENTENTIAE  
 A P. RIBADENEYRA COLLECTAE

c. an. 1610

Hae sententiae reperiuntur in iisdem codicibus qui habent Ribadeneyrae tractatum de modo gubernandi S. Ignatii (v. MON. 38, *Praefactionem*, § II), tanquam appendix eiusdem tractatus. Arch. Prov. Tolet. S. I., ms. 1737, f. 22.

ALGUNOS DICHOS DE NUESTRO BIENVENTURADO PADRE

1. Ningún escándalo puede aver mayor de los religiosos para con los seglares, que saber que los de una misma religión  
 5 están en vandos y divisos entre sí.

<sup>26</sup> DH, V, 85, p. 494.

<sup>27</sup> DH, V, 88, p. 496.

<sup>28</sup> DH, II, 1, pp. 479-480.

2. Servir al mundo con descuydo y pereza, poco importa ; mas servir a Dios con negligencia, es cosa que no se puede sufrir <sup>1</sup>.

3. A los que se salen de la religión y buelven las espaldas a Dios apostatando, no es bien ayudarlos en las cosas temporales, sino para que buelvan a la religión. 10

4. Dixo que le parecía que no podría bivar, si no sintiera [22v] en su alma una cosa, que no era suya, ni podía ser humana, sino de solo Dios <sup>2</sup>.

5. Dixo que si la perfección consistiese en solos buenos desseos, que no diera ventaja a hombre viviente <sup>3</sup>. 15

6. Muy pocos ay, y por ventura no ay ninguno en esta vida, que perfectamente entienda lo que de su parte estorva lo que Dios, si no le estorvasse, obraría en él <sup>4</sup>.

7. El comulgar con el devido aparejo a menudo ayuda para que el hombre no cayga en pecado grave ; o si por su flaqueza 20 cayere, para que presto se levante <sup>5</sup>.

8. Dixo que no avía ninguno en casa de quien él no se edificasse, sino de sí mismo <sup>6</sup>.

9. Dios N. S. suele siempre dar mucha consolación al alma en las cosas que el demonio con mayor fuerza ha pretendido 25 estragar y no ha podido <sup>7</sup>.

10. Quando el religioso pierde alguna cosa temporal por amor de Dios y por conservar la paz con su próximo, Dios N. S. por otra parte abundantemente se lo recompensa.

11. Los de la Compañía deven ser, con los próximos que 30 tratan, como los ángeles de guarda con los que les han sido encomendados, en dos cosas : la una, en ayudarlos quanto pueden para [23] su salvación ; la otra, en no turbarse ni perder su paz quando, aviendo hecho lo que es en sí, los otros no se aprovechan <sup>8</sup>. 35

12. Ningún yerro es más pernicioso en los maestros de las

<sup>1</sup> Cf. RIBADENEYRA, *Dichos y hechos* (DH), II, 3, FN, II, 480.

<sup>2</sup> Cf. *De Actis* (DA) n. 31 et DH, I, 33, FN, II, 338.

<sup>3</sup> Cf. DA n. 95 et DH, I, 36, FN, II, 386.

<sup>4</sup> DH, II, 5, FN, I, 481. Ecce tibi verba S. Ignatii in epistula data ad S. Franciscum Borgiam, anno 1545 : « ... sintiendo una cosa (si los que más entienden, otra cosa mejor no sienten) : que ay pocos en esta vida, y más echo, que ninguno, que en todo pueda determinar, o juzgar, cuánto impide de su parte y cuánto desajuda a lo que el Señor nuestro quiere en su ánima obrar ». MI, *Epp.*, I, 340.

<sup>5</sup> DH, II, 6, FN, II, 481.

<sup>6</sup> DH, I, 42, FN, II, 478 ; cf. *ibid.* 316 [13].

<sup>7</sup> *Mem.* n. 96, p. 583 ; DH, II, 12, FN, II, 481.

<sup>8</sup> DH, I, 24, FN, II, 476.

cosas espirituales, que querer governar a los otros por sí mismos, y pensar que lo que es bueno para ellos es bueno para todos <sup>9</sup>.

13. El hombre bien mortificado y que ha vencido sus pasiones mucho más fácilmente halla en la oración lo que desea, que el inmortificado e imperfeto. Y a esta causa hazía nuestro bienaventurado Padre tanto caso de la mortificación, y la prefería a la oración que no tiene por fin el mortificarse y por este medio unirse con Dios <sup>10</sup>.

14. El religioso que tiene obediencia de voluntad, y no de entendimiento, no tiene sino un pie en la religión <sup>11</sup>.

15. El tiempo de la mañana es mejor para tratar con los seglares de cosas espirituales y de su aprovechamiento; y el de después de comer para pedirles cosas de gracia o temporales.

16. Quando se ofrezcan cosas mal hechas o desbaratadas en el gobierno de la república, lo que devemos hazer es, encomendarlas muy de veras [23v] al Señor, y pensar de qué le abremos de dar quenta el día del juyzio, y atender a nuestros ministerios con vigilancia, para dársela buena quando nos la pidiere.

#### 40

### DICTA IGNATHI DE CONSTITUTIONIBUS SOCIETATIS

I. - MON. ineditum. Fragmenta quaedam edita sunt in MI, *Const.*, II, 22<sup>2</sup>, 24<sup>3,4</sup>.

II. - TEXTUS : 1. *Instit.* 24c (*Recuerdos*), ff. 96v-98. Apographum coaevum. Caret indicatione nominum eorum qui de Ignatii dictis testimonium perhibent.

2. *Instit.* 17 (*Rom. III*), ff. 83-84v. Scriptus manu P. Didaci Jiménez (v. MI, *Epp.* I, 34, cod. 7; MI, *Const.* II, p. CLXIV).

3. *Domenici*, ff. 361-363.

III. - RATIO EDITIONIS: Textus hi omnino conveniunt inter se, praeterquam in rebus mere orthographicis. Sequimur textum 1 eo quod in textu 2, ob attritam chartam, quidam loci vix legi possunt. Addimus tamen initio singularum sententiarum nomina testium, ea desumentes ex textibus 2, 3, qui haec nomina in margine transcripta habent.

<sup>9</sup> *Mem.* n. 256, p. 677 (DH, V, 62).

<sup>10</sup> *Mem.* n. 196, p. 644.

<sup>11</sup> *Mem.* n. 263, p. 681 (DH, V, 66).



*Textus*

1. *Ignatius in multis rebus ad Constitutiones pertinentibus speciale lumen a Deo habuit.* — 2. *Regulas quasdam post multam orationem et lacrymas composuit.* — 3. *Nihil esse Polanci in Constitutionibus quantum ad rerum substantiam.* — 4-7. *Quonam modo intelligenda sint puncta quaedam Constitutionum.*

LAS COSAS QUE SE SIGUEN HA DICHO N. P. O RESPONDIDO A VARIAS PERSONAS ACERCA DE LAS CONSTITUCIONES.

1. P. RIBADENEYRA: El P. Laynez me lo ha dicho a mí.— Solía algunas veces pedir nuestro Padre al Padre Maestro Laynez si creya que los sanctos que avían fundado religiones y escripto reglas dellas uviessen tenido en todas las cosas particular lumbre y revelación de Dios nuestro Señor, o si algunas dexava a la prudencia natural. Y como el P.<sup>e</sup> Maestro [97] Laynez respondiesse que creya que, aunque en las cosas esenciales y de mayor importancia nuestro Señor les comunicasse y infundiesse su gracia particular, en las demás dexava obrar a la naturaleza; dezía nuestro Padre: — Así me parece también a mí —. De lo qual saco que, aunque en algunas cosas no tenía nuestro Padre revelación de Dios, en muchas de las Constituciones la tenía<sup>1</sup>.

2. P. RIBADENEYRA.— El año de 1555, a 16 de agosto, aviendo nuestro Padre escripto reglas de la reverencia que se ha de tener con los superiores y de la comunicación de los hermanos entre sí, preguntó al P.<sup>e</sup> Luis González (que era Ministro de casa) si las avía publicado. Y como respondiesse que no, ordenó que el P. Maestro Laynez y yo, que estábamos presentes, las publicásemos, el Padre en casa y yo en el collegio; y añadió: — Estos Ministros son negligentes en hazer guardar las reglas, como si importassen poco; pues, yo os certifico que me han costado a mí estas reglas más de siete vezes de oración y lágrimas<sup>2</sup>. Quid de Constitutionibus credere par est?

3. *Dixit nihil esse in Constitutionibus quod sit Polanci, quantum ad rerum substantiam, nisi in re collegiorum aliquid et universitatum, quod tamen est de eius mente*<sup>3</sup> [97v].

<sup>1</sup> Hic textus iisdem verbis invenitur in Ribadeneyrae *Collectaneis*, a nobis editis in FN, II, 415, n. 12.

<sup>2</sup> Latine, et ad finem hispanice, hoc dictum exstat etiam in *De Actis*, n. 59: FN, II, 362.

<sup>3</sup> MI, *Const.*, II, pp. CLXIV, CLXXXVI; PC, I, p. XXIV.

- 30 4. P. NATALIS. — Acerca el impedimento del homicidio declaró que su intención era excluir semejantes por el horror de la sangre y de la ferocidad o crudeldad del que mata, y también mirando que hombre a quien tal caso intervino no fuese peligroso en congregación, y le pudiese intervenir otro tanto ;
- 35 y una persona que con otra salió a dar de palos a un hombre, sin intento de hazerle otro mal, habiendo acaescido que † él † hechasle mano de una arma, y en tanto su compañero le dicesse un palo, de que le mató, declaró que aquel impedimento no era el que él ponía para excluir <sup>4</sup>.
- 40 5. P. NATALIS. — No entiende el Padre que los religiosos de S. Juan y de Santiago y semejantes cavalleros que, aunque tengan votos, tamen biven en hábito secular, sean excluidos de la Compañía por el impedimento essential <sup>5</sup>.
- 45 6. P. NATALIS. — Donde excluyen las Constituciones heremitas de la Compañía, dixo el Padre entenderse de los que tienen dependencia de religión y hábitos, como de Sant Antonio etc. <sup>6</sup>
- 50 7. P. NATALIS. — Dixit rationem hanc servari posse ubi recipiendus esset qui ligatus esset matrimonio rato non consumato, ut omnes difficultates vitarentur quae ex insti-[98]tuto Societatis accidere possent, ut nullus qui eiusmodi esset recipere, nisi cui post annum iudicaretur posse dari professionem, ac re ipsa daretur expleto anno <sup>7</sup>.

---

36 61] le *ms.*

<sup>4</sup> MI, *Const.*, II, 22 <sup>1</sup>.

<sup>5</sup> Ibid. 24 <sup>2</sup>.

<sup>6</sup> Ibid.

<sup>7</sup> Ibid., annot. 4.

## SCRIPTA PATRIS NICOLAI LANCICII

P. Nicolaus Lancicius (Łęczycki) natus est 10 dec. 1574 Nesvisii (Nieswiecz) in Lituania, parentibus calvinistis. In Societatem admissus a. 1591, tyrocinium Cracoviae incepit die 17 februarii 1592, unde eodem anno in domum probationis Romanam translatus est. Ex eo tempore usque ad annum 1606, quattuordecim continenter annos, Romae vitam degit. Anno 1601, 14 aprilis, sacerdotio initiatus est. Ex eo anno socius datus est P. Nicolao Orlandini, historico Societatis, prout ipse his verbis enarrat :

« Ego sane sancte affirmare possum, me inter scripturas archivii Romani invenisse, circa annum D. 1602, vel potius 1601, hanc historiam tanquam certissimam, et quidem tunc, dum jussu P. Claudii Praepositi N. Generalis, pro prima historiae parte Societatis per sex annos colligerem materiam a P. Nicolao Orlandini, cui datus eram adjutor, latine compositam, a summae fidei ac integritatis viro et accurato ac, ut ita dicam, scrupuloso minimarum rerumstrarum indagatore et examinatore, ne quid ex nostra officina dubium vel incertum prodiret »<sup>1</sup>.

Quaenam fuerint Lancicii partes in Historia Societatis paranda, hoc modo exprimunt eius biographi Kojalowicz-Balbinus :

« Circumspicienti Claudio [Aquavivae] quosnam potissimum ex omnibus sociis deligeret, maxime idonei ad id visi sunt duo Nicolai, Orlandinus et Lancicius, quorum posterior materiam studiose colligeret, prior, quia elegantia et gravitate styli valebat plurimum, materiam adhuc rudem et informem in ordinem, adhibito styli cultu, redigeret ; describit hunc suum et socii laborem ipse P. Nicolaus opusculo 17, l. I, c. I [*vide supra*]. Patuerunt mox Lancicio Archiva Romana Societatis omnia, quae ille accurate pervolutavit, et totum sexennium eo in glorioso labore consumpsit, ab anno videlicet 1600 [*sic*] ad annum usque 1606 ; ac praecipue primordia Ordinis, et prima Societatis fundamenta, usque ad beatissimum Sancti fundatoris Ignatii e vita excessum feliciter eruderavit, ut Historia ipsa loquitur ; neque id modo, sed omnia ad eam rem praesidia et adjumenta sibi studiose comparavit : etiam in Castro S. Angeli scripta authentica, quibus Societatis nostrae tempore gesta potiora notabantur, per favorem cardinalis Caesii, de expressa Clementis VIII licentia inspexit. Certe Concilii Tridentini acta et arcana in manibus habuisse merito gloriatur, quae postea cardinali Palavicino illud describenti, uberem et benignam materiam praebuerunt ; neque praetermisit

<sup>1</sup> *De praestantia Instituti*, p. 17.

Bibliothecam Vaticanam inspicere, ad quam ei aditus saepenumero patuit, tum maxime cum an. 1616 Romam accessisset »<sup>2</sup>.

Et haec quidem de fontibus scriptis qui Lancicio praesto fuerunt, quae quidem compleri possunt cum iis quae Lancicius ipse commemorat in : *Memorabilia*, nn. [1, 2], MON. 47.

Mortuo P. Orlandini (17 maii 1606) eodem anno Lancicius in patriam rediit. Anno 1611 emisit professionem sollemnem quattuor votorum. Ex eius reliquis vitae gestis nostra intersunt praecipue eius itinera in Urbem. Romam secundo venit anno 1615, ibique adfuit Congregationi Generali VII, deputatus a Provincia Poloniae (KOJAŁOWICZ-BALBINUS, p. 97); iterum anno 1630 (MARTINOV, p. XIV); et tandem anno 1645, elector missus a Provincia Lituaniae ad Congregationem Generalem VIII. In his itineribus sex circiter annos Romae remansit, scimus enim eum, ex ipsius testimonio, « per annos viginti Romae diversis vicibus ac in diversis domiciliis officiisque » versatum esse (*Memorabilia*, n. [2]). Multis muneribus in Societate perfunctus, mortuus est Kaunae, anno 1653, die 30 martii. Curriculum vitae eius pertexuit Martinov in opusculo *Collectanea Lanciciana. Chronotaxis*, pp. XIII-XVI.

BIBLIOGRAPHIA DE P. LANCICIO : Elenchum eorum qui de Lancicio scripserunt habes in MARTINOV, *Collectanea Lanciciana*, pp. IX-XII. Primus scriptor Vitae Lancicii fuit Casimirus WIJUK KOJAŁOWICZ, cuius opus manuscriptum servatur in ASIR, *Vitae* 25<sup>3</sup>. Nota quaedam, paginae, ubi titulus est, adiecta monet : « Recognita Romae a Patribus Revisoribus haec vita anno 1673, sed non approbata ». Eam recognovit et multum auxit P. Bohuslaus Balbinus, qui eam edidit Pragae anno 1690<sup>4</sup> (cf. SOMMERVOGEL, t. I, col.

<sup>2</sup> *Vita venerabilis Patris Nicolai Lancicii*, pp. 37-38. In exemplari manuscripto (*Vitae* 25, p. [28]) hoc modo sese exprimebat Kojalowicz : « Officium quod a sacerdotio in Urbe obtigit, fuit collectio historiae Societatis a P. Orlandino in lucem editae. Hoc ita sexennio gessit, ut a collecta scribendi materia tempus residuum Societatis particularibus rebus undequaque colligendis potissimum impenderet. Maxima porro voluptate annotabat quae a S. Ignatio tum circa personas, tum circa rempublicam religiosam gesta, aut ex manuscriptis, aut ex narratis Patrum Divo Fundatori coetaneorum (triginta enim eiusmodi Patribus convixit) cognoscebat. [p. 29] Ea diligentia ingentem rerum Societatis notitiam collegit, neque facile sua aetate parem in eo profectu habuit; ex quibus non pauca ad P. Ribadeneyram delata, ab eodem in ultimam editionem Vitae S. Patris inserta atque imaginibus expressa ».

<sup>3</sup> Titulus in dorso : KOJAŁOWICZ / VITA P. LANCICII. - In fronte : *Compendium / Vitae / P. Nicolai Lancicii S. Iesu / Auctore / P. Casimiro Kojalowicz / Eiusdem Societatis Sacerdote / S. I. D. / conscriptum anno 1657 editum 1672*. Continet 248 pp. numeratas, inde a capite I. Indice caret.

<sup>4</sup> *Vita / Venerabilis / Patris / Nicolai / Lancicii / e Societate Jesu / Campendiosius scripta, primum / a / R. P. Casimiro Wijuk Kojalowicz / Soc. Jesu SS. Theol. Doctore / Nunc vero / curis secun-*

804). - Ioannes MARTINOV, *Collectanea Lanciciana* (Parisiis, 1877). Praeter summarium vitae P. Lancicii, de quo supra, eduntur eius : *Discursus pro Ruthenis unitis* ; de cultu S. Stanislai Kostka epistula ; de insigni conversione Mariae Bonaventurae narratio. - J. de GUIBERT, *La spiritualité de la Compagnie de Jésus*, pp. 330-331. - I. IPARRAGUIRRE, *De P. Lancicii vita spirituali novis illustrata documentis*, in *AHSI*, 21 (1952) 60-83. - J. KRZYSZKOWSKI, *Wiel. O. Mikołaj Łęczycki T. J., To i owo. w trzechsetlecie jego zgonu*, in *Nasze Wiadomości*, Nr. 9/10 (Chicago, Illinois) 1953, pp. 1-11. - SOMMERVOGEL, IV, 1446-1455 ; - M. SOPOĆKO, *Mikołaj Łęczycki o wychowaniu duchowem. Studium teologiczno-pedagogiczne* (Wilno, 1935 = *Studia teologiczne wileńskie*, V) ; Id. *Data śmierci Mikołaja Łęczyckiego*, in *Ateneum Wileńskiego*, 13 (Wilno, 1938) 230-232. De scriptis Lancicii videsis etiam epistulam scriptam a Ioanne Białowieski, amanuensi eius, datam Nesvisii, 26 februarii 1649, in : *Opp. NN.* 87, f. 37r-v. Vide *ibid.* f. 36r-v.

## 41

DICTAMINA S. P. IGNATII GENERALIA  
COLLECTA A P. LANCICIO

1601-1606 ?

*Praefatio*

I. - EDITIO : *Scripta*, I, 476-506.

II. - TEXTUS : *Vitae* 60, ff. 1-14. Est apographum antiquum satis accurate confectum. Nonnulla tamen verba corrigenda videntur.

III. - NATURA MONUMENTI EIUSQUE FONTES : In hoc MONUMENTO colliguntur sententiae factaeque ad S. Ignatium pertinentia, prout in similibus collectionibus a Lancicio factum est (vide MONUMENTA 42, 43, 45, 47). Omnia quae dicuntur ad duo praecipue capita reduci possunt : de modo quem tenuit S. Ignatius in Superioris munere exercendo, et de externae vitae ratione primis Societatis temporibus. Iuvat praecipue inquirere in fontes e quibus Lancicius notitias hausit. Sunt autem duo praecipui : *Memoriale* Patris Gonçalves de Câmara et *Regulae Societatis* anno 1549 a S. Ignatio conscriptae. Maxima pars eorum quae in MON. continentur e *Memoriali* procedunt, non tamen ad litteram translata in latinam linguam, sed libere verbis expressa

*dis revisa, denuo conscripta, / et claritatis gratia certis capitibus divisa ac plus quam dimidia parte aucta / a R. P. Bohuslao / Balbino / Soc. Jesu Sacerdote / Pragae... anno M.DC.XC.*

41 — MON. IGNAT. — FONTES NARRAT. III

et ordine disposita. In nostris annotationibus satis erit locos *Memorialis* parallelos adducere. A *Memoriali* non dependent ea quae afferuntur de mensa et refectione sociorum (nn. 41-47), de eorundem vestitu (nn. 58-62), de ordine domestico (nn. 24-40 ; 48-57). Haec postrema desumpta sunt magna ex parte e regulis Societatis anno 1549 confectis, prout iam indicavimus. Editae sunt in vol. MI, *Regulae*, pp. 156-211. Lancicius ad manus habuit eundem textum manuscriptum (*Instit.* 38a) ex quo pro nostra editione regulas illas deprompsimus. Id apparet vel ex ipsa annotatione autographa Lancicii in fol. 69 apposita, in qua per errorem manu Ignatii scriptas esse quasdam regulas asseverat (v. MI, *Regulae*, p. 192). Prout fecimus cum rebus e *Memoriali* desumptis, in annotationibus nostris locos illarum regularum adducimus. Unde, ni contrarium expresse asseratur, intendimus semper indicare regulas anni 1549. Praeter has regulas, Lancicius alias prae oculis habuisse videtur. Id eruimus ex iis quae dicuntur in n. 37, quae provenire videntur e regulis annorum 1553-1554. Quae de mensa et refectione sociorum dicuntur, item quae de vestitu, haurire potuit ex ipsa orali traditione Nostrorum, cum Romae versatus sit haud multo tempore post facta quae narrat. Idem dici potest de aliis, ex. gr. de villa collegii Romani (n. 90), quam procul dubio visitavit. Pauca omnino sunt quorum fontem invenire nobis non licuit. Sic, quae dicuntur n. 79 de Benedicto Perera ab Ignatio laudato, eo quod acriter perstrinxisset concivem suum Ludovicum Vives, et quae in n. 86 dicuntur de ratione victus in Societate. Quae de paenitentia ab Ignatio Patri Doménech iniuncta agunt (n. 108) nobis constant ex ipsius Ignatii epistulis.

Ex his quae praemisimus clare apparet hoc MONUMENTUM vim totam depromere e fontibus e quibus arcte dependet. Illud tamen non contemnendum putavimus ideoque integre edendum, nostrum consilium persequentes nihil omittendi eorum quae ad Ignatii vitam quomodocumque illustrandam conducant.

IV. - TEMPUS : Probabiliter annis 1601-1606, quibus Lancicius Patri Orlandino comes adiutorque fuit.

*Textus*

## [CAPUT I]

## DICTAMINA S. P. IGNATII GENERALIA

## COLLECTA A P. LANCIOIO

1. *Propter abusum aliquem, nihil quod malum non sit e medio tollendum.* —
2. *Novitius tentatur dum petit eleemosynam.* — 3. *Cavendum ne abusus aliquorum patefiant ceteris.* — *Quomodo agendum cum dimittendis.* — 4. *Difficiliores in pauperiora collegia mittebat.* — *Licere aemulationem inter iuniores excitare.* — 5. *Virtutes nonnullorum coram aliis laudabat, si id expedire videretur.* — 6. *Dicebat pedem dextrum esse oboedientiam intellectus, sinistrum vero oboedientiam voluntatis.* — 7. *Praesupposita indifferentia, sequebatur inclinationes subditorum.* — *Propensiones subditorum per eorum familiares investigare conabatur.* — 8. *Dicebat Deum maiora suppeditare auxilia in iis in quibus daemon magis obstaret.* — *Nostris non tribuendum nomen: Pater, vel Frater, nisi forte Superioribus.* *Inde Generalis Praepositus appellatur Pater Noster Romae et alibi.* — 9. *De quibus sit loquendum in mensis virorum illustrium.* — 10. *Officia pietatis internis potius quam externis mediis promovenda.* — 11. *Non ei placent « decretistae ».* — 12. *Paenitentiam imponit sumentibus cibum dum septem ecclesias visitant.* — 13. *De eleemosynis publice petendis.* — 14. *Natalem reprehendit eo quod horae cum dimidio tempus orationis concesserit.* — 15. *Exactissimus erat in exigendis fundamentis litterarum.* — 16. *Accurate praeparabat remedia obstaculis quae exsurgere possent apta.* — 17. *Nihil ob humanos respectus aut faciebat aut omittebat.* — *Socios eo transferebat ubi utiliores fore videbantur.* — 18. *In rebus decernendis non affectum sed rationem sequebatur.* — 19. *Eos qui ceteris praecehant, magis esse mortificandos.* — 20. *Volebat ut in Societate magna servaretur uniformitas.* — 21. *De titulo « Paternitatis » Generali tributo.* — 22. *De usu scientiae ex confessione acquisitae.* — 23. *Non auderet per unam noctem dormire sub eodem tecto cum eo qui inquinatus esset peccato mortali.*

[fol. 1]

[1] Accidit non raro ut aliqui e communitate in hac vel illa occasione a recto deviant, atque in defectum aliquem prolabantur; quod ne deinceps contingeret, non vetabat universe id S. P., quod lapsus alicuius occasionem praebebat, sed particulare aliquod remedium adhibebat, ne in similia alii inciderent, eratque hoc veluti axioma illius: propter abusum aliquem, nihil quod ex se malum non sit esse laborandum<sup>1</sup>.

*Titulus lin. 2: collecta a P. Lancioio add. alia manu*

<sup>1</sup> Sic, pro *tollendum*, vel quid simile.

[2] Contigit aliquando ut novitius pro conquirenda eleemosyna missus, dum se a socio ex altera plateae parte eleemosynam petente seiunxisset, et a noto sibi homine multis rebus auditis in vocatione religiosa titubare cepisset<sup>2</sup>. Postquam id S. Patri relatum est, aegre quidem tulit hoc, non vetuit tamen amplius novitios mitti, sed ne alii quam approbati ab eo et selecti mitterentur. Existimabat enim illis legibus, quae ob aliquem lapsum rerum non illicitarum prohibent et sine exceptione ulla vetarent omnia, etiam bonis ipsis, quae ex bono rerum usu sequerentur, magno impedimento esse, et quandoque magnis divinae gloriae incrementis aditum alioquin expetendum ac necessarium praecludere; malebatque membra putrida rescicare a Societatis corpore, quam ob alicuius etiam scandalosum lapsum legem generalem ferre, scandali occasionem prohibentem[m], et ob aliquorum abusum bonum in aliis usum vetare.

[3] Vehementer S. P. cavebat, ne domesticorum errata aliis patefaceret, quibus ad remedium vel consilium petendum non indigebat<sup>3</sup>. Quocirca non paucos e Societate dimisit, quae dimissionis causa etiam suae gubernationis sociis et adiutoribus non patebat. Duorum autem in dimissione rationem habebat: primo ut nullo innotati peccato discedant, quam etiam ob causam non dimittebat quempiam sine iusta causa dimissionem sui procurantem, sed postquam vel exercitia spiritualia vel per aliorum consilia rediisse ad resignationem ac indifferentiam animi resciebat, tunc primum abire sinebat. Alterum quod in dimittendo sancte observabat, erat, ut bene erga Societatem affecti discederent. Unde fiebat, ut dimissi ab eo postea magnos se et amicos, et quandoque benefactores Societatis ostenderent, eorumque opera S. P. confidentius quam antea uteretur<sup>4</sup>. [1v]

[4] Moribus inconditis graves domesticis solebat ad collegia rebus destituta necessariis ablegare; probos vero et obsequentes, aut advocare Romam aut in aliis collocare collegiis in quibus necessaria suppeterent<sup>5</sup>. Rogatus a Ministro domus liceretne nostros fratres parvulos, hoc est, qui 14 aut 15 annos

18 *post gloriae del. impedimentis*

<sup>2</sup> *Memoriale* Patris Gonçalves de Câmara (*Mem.*) nn. 43-45, FN, I, 553-554.

<sup>3</sup> Cf. *Mem.* nn. 29, 91, 249.

<sup>4</sup> De ratione ab Ignatio servata in dimissione sociorum, v. *Mem.* nn. 128, 283, 348, 404, 405.

<sup>5</sup> *Mem.* n. 90.



non excessissent, promissione praemiorum ad virtutis et literarum ardentia studia illicere, et iniecta inter eos piaae aemulationis industria reddere diligentiores, respondit S. P. omnino id utiliter adhiberi, eosque tanquam tenera animalcula, iis quae 45  
ipsis arrident posse ad honestatis officia allici <sup>6</sup>.

[5] Cum videret aliquos maturae virtutis, non sanguinis et terrenae rei alicuius amore, sed pietatis casto gustu duci ad conservandam frequentius et augendam opinionem bonam de altero, istum alteri socio absenti exquisite laudare solebat et 50  
commendare, ut eo magis virtus unius ornata commendatione S. Patris alteri esset utilior, et maiores in spiritu utrique pareret progressus. Saepe enim multos magis fama et commendatio virtutis a viro gravi profecta, quam virtus ipsa ad sui amorem impelli[t] <sup>7</sup>. 55

[6] Dicebat eos qui Societatem expeterent utroque pede ingredi: dextro quidem, id est, obedientia intellectus, sinistro vero, id est, obedientia voluntatis. Ideo iudicabat eos tantum intulisse pedem, qui imperata faciant, eos autem qui non idem sentiunt, quae superiori placebant, dextro extra Societatem 60  
pede censebat subsistere <sup>8</sup>.

[7] Etsi omnes subditos plena cuperet indifferentia pollere, et paratos esse sine delectu locorum, graduum et officiorum a voluntate superiorum pendere, magnam tamen habebat rationem innatae inclinationis. Atque ita, insinuaturus aliquod offi- 65  
cium alicui non vulgare, tria ab illo exigebat: primo ut explicaret scripto, paratusne sit id facere, quod superior praescriberet; 2<sup>o</sup> an sit propensus ad hoc de quo deliberatur; 3<sup>o</sup> quam partem eligeret si eius arbitrio res tota relinqueretur. Et hac ratione, praesupposita aptitudine hominis et obedientiae ac abnegationis 70  
fundamento, ordinarie in rebus maioris momenti inclinationem subditi S. P. sequebatur <sup>9</sup>. In rebus vero levioribus, in quibus nulla sese subditi prodebat propensio, eum per eius familiarem aliquem investigare conabatur. Quam etiam ob causam in consultationibus, inter motiva iniungendi alicuius officii alicui, 75  
quod sanctus Pater magis pon- [2] derabat, erat inclinatio subditi ad faciendum aliquid vel non faciendum. Verumtamen quamvis sanctus Pater probaret inclinationes subditi obedientiae

<sup>6</sup> *Mem.* n. 101.

<sup>7</sup> *Mem.* n. 103, cf. n. 216b.

<sup>8</sup> *Mem.* n. 263.

<sup>9</sup> *Mem.* n. 117.

subiectas et ad omnem eius nutum paratas, magis tamen laudabat illas, quae ad nullam rem in particulari propendebant, sed tantum ad id, quod superior diserte praescriberet <sup>10</sup>.

[8] Dicebat solere Deum illi parti maiora suppeditare auxilia, quam daemon acrius invaderet <sup>11</sup>; ideoque dum aliquam contra Societatem excitatam esse procellam audiret, plenus divina fiducia felicem exitum exspectabat. Non censebat nostros sacerdotes vocandos esse Patres, uti nec scholasticos aut coadiutores Fratres, ut et appellatione nominum disiungeremur ab aliis ordinibus, sicut nullo peculiari habitu ab aliis differimus. Putabat enim aequum fore, ut oblata sermonis materia de aliquo e Societate, diceretur: unus e nostris, vel unus e Societate, vel unus sacerdos, vel unus laicus, maxime vero sive nomine sive cognomine quivis appellaretur nulla alia re addita, solos tantum Superiores Patrum appellari nomine volebat, quod etiam propria lege data retinendum statuit <sup>12</sup>. Hinc perpetuo consuetudo manavit ut Generalis noster Praepositus, et Romae et alibi, P. N. appellaretur.

[9] Dum, quod facile concedebat, mensis virorum illustrium contingeret nostros accumbere, dicebat non esse iniiciendos sermones de magnis negotiis, sed (ut formalibus eius verbis utar) bonos et faciles, et exiguae occupationis animi <sup>13</sup>.

[10] Optabat ut ad officia pietatis divinum obsequium promoventia internis potius quam externis motivis impellerentur; ideo ad persolvenda talia minime humana et extrinseca media adhibebat, quod hac ratione suscepta a nobis, opera essent voluntaria et retinerentur constantius.

[11] Quamvis magna patientia audiret impertinentes saecularium sermones, dum eos impedire non posset, ferre tamen non poterat et nostros et externos dum veluti leges et oracula fundendo loquerentur, talesque vocabat decretistas; v. g., dum aliquis haec et similia diceret: necesse est ut hoc vel illud fiat, etc., et his similes formulas instar decretorum; ideoque tales reprehendebat domi, saeculares autem modeste corripiebat. In primis legatum cuiusdam principis, magnum Societatis amicum et familiarem, qui cum, ad nos venire solitus, in more haberet

87 Fratres] F. G. *ms* || 100 occupationes *ms*.

<sup>10</sup> Ibid.

<sup>11</sup> *Mem.* nn. 96, 139.

<sup>12</sup> *Mem.* nn. 142, 372, 401.

<sup>13</sup> Cf. *Mem.* n. 192.

dicere : deberet Papa hoc vel illud facere ; talem Cardinalem 15  
 oporteret hoc vel illud constituere ; ideo [2v] sanctus Pater,  
 ut eum sensu emendaret, simili quoque modo ei respondebat,  
 suadendo ei vel revocando in memoriam res ad eius legationem  
 vel officium spectantes. Deinde post discessum domesticis di-  
 cebat : — Decretista aequo animo ferret, si de eius quoque rebus 20  
 aliqua decreta illi exequenda statuatur<sup>14</sup>.

[12] Iverant ex collegio Romano fratres quidam, 7 Urbis  
 ecclesias visitaturi, ideoque, cum domum redituri non essent  
 ad meridiem, impetrarunt aliqua, quae commedendo ac bibendo  
 in itinere corpus reficerent. Hoc postquam audiit sanctus Pater, 25  
 non tantum Fratribus illis, sed et Subministro, et Ministro, et  
 Patri Rectori ac Collaterali eius poenam iniunxit. Sed cum  
 Rector se excusaret quod adhuc novus et veluti hospes eo in  
 loco esset, reiecit excusationem, dixitque Rectoris esse officium,  
 si pravas inveniat in suo collegio consuetudines, ad superiorem 30  
 recurrere, ne dum unus connivet et alter, mos transeat in legem,  
 et quod initio facile aboleri poterat, diuturnitate temporis et  
 iteratione operis irremediabile reddatur<sup>15</sup>.

[13] Permittebat sanctus Pater Societatis initio ut publice  
 nostri per Urbem expansis saccis pro domo professa stipem 35  
 quaererent, quo cuncti discerent eam domum eleemosynis alio-  
 rum sustentari. Nolebat tamen id observari imposterum, sed  
 aliam honestiorem rationem iniri religiosae mendicationis, di-  
 versam a caeteris religiosorum familiis<sup>16</sup>.

[14] Cum P. Hieronimus Natalis, visitatis Hispaniae pro- 40  
 vinciiis, in iisque concessa una ac dimidia ad meditandum quo-  
 tidie hora, Romam reversus, sancto Patri suaderet ; indigne  
 et factum eius et consilium tulit, dicens unam sat abunde fore  
 scholasticis divinis meditandis, dummodo (quod supposebat  
 in omnibus ex novitiatu ad collegia translatis) mortificati essent 45  
 et se abnegare scirent ; tales enim unius quadrantis meditatione  
 plus assequi, quam alii duarum horarum. Quod si alicuius pe-  
 culiaris necessitas longiorem meditationem exposceret, tunc  
 tantum longiora ei tempora orandi permittenda esse<sup>17</sup>.

[15] In rebus ad literarum studia pertinentibus erat 50  
 exactissimus, dabatque operam ut in humanioribus studiis  
 solida nostri iacerent fundamenta, praesertim in linguae latinae

<sup>14</sup> *Mem.* n. 204.

<sup>15</sup> *Mem.* nn. 216-217.

<sup>16</sup> *Mem.* n. 253.

<sup>17</sup> *Mem.* n. 256.

puritate. Ideo cum nonnullos, qui omnibus ad concionandum videbantur cum laude a natura efformati, sancto Patri suaderent theologicis studiis applicandos, [3] nequaquam id permisit, etsi illi ipsi iam plures annos praeclare concionando exegissent, sed omnino totam eos philosophiam audire iussit; ne tamen a concionando desisterent; et tum demum theologiae ut operam darent, concessit<sup>18</sup>.

[16] Accuratus erat sanctus Pater ad praeparanda mature procellis, quae temporis successu possent exurgere, obstacula; ideo dum maledicorum ora nostram impeterent innocentiam, gravium virorum colligebat testimonia et asservari diligenter mandabat, quibus, si opus esset, occluderetur os loquentium iniqua, et Societatis personarumque integritas, etiam iis mortuis, defenderetur<sup>19</sup>.

[17] Nihil ob humanos respectus aut faciebat aut omittebat, dum species maioris divinae promerendae gloriae afflueret. Ideo, non exspectato ullo temporis termino, si quem videret unum e nostris alio in loco mansurum utilius, eum ad illum transferebat. Hinc, etsi non raro vix unus aut alter magnus operarius Romae esset, quoque collegium carere non posse videretur, eum alio ablegabat, ubi maiori cum fructu eum mansurum sciebat; aegre autem ferentibus aliis dicebat: quid faceretis si is iam esset mortuus? mortuum quoque existimate, et ne doleatis translatus. Hanc etiam ob causam quandam, pro coadiutore susceptum, cum praeclare cerneret eum esse ad concionandum aptum, ad studia promovit<sup>20</sup>.

[18] Sicut ipse in decernendis rebus non affectum sed rationem ducem sequebatur, ita hoc ipsum ab aliis servari volebat, et nihil temere ac sine causa fieri et veluti ex occasione tantum; ideoque, antequam quidquam inchoaretur, omnia diligenter esse perpendenda, et tum demum, etiamsi nulla sesse offerret occasio, rem inchoandam et diligenter deducendam usque ad finem<sup>21</sup>.

54 occludendi *ms.* || 58 species *sic, fortasse pro spes* || 69 rebus *sup. lin.* || 73 tum] dum *ms.*

<sup>18</sup> *Mem.* n. 262.

<sup>19</sup> Vide quid egerit occasione decreti Facultatis theologiae Parisiensis contra Societatem, *Mem.* nn. 131-133. Vide etiam Ignatii epistolam ad regem Ioannem III de persecutionibus: FN, I, 50-54; item epistolam ad Elisabetham Roser de persecutione anni 1538: *ibid.* 6-14.

<sup>20</sup> *Mem.* n. 276.

<sup>21</sup> Similia dicuntur, praecipue de constantia Ignatii in rebus susceptis, in *Mem.* nn. 13, 16, 282, 364.

[19] Saepe dicebat eos qui nobilitate generis et commendatione doctrinae aut ingenii excellerent, esse prae caeteris mortificandos; quod hi, si abnegationis exercitio detinerentur, multum divinae propagandae gloriae essent profuturi, secus valde obfuturi; talibus ergo et ipse invigilabat plurimum, et superiores alios invigilare iubebat. Quocirca cum P. Natalis socium ex Hispania advexisset Patrem Loartem concionatorem, doctorem et theologiae professorem, sanctus Pater peculiarem eius exercendi curam haberi a Ministro voluit, qui et per se et per alios ita eum excolebat confusionis publicae actibus, ut saepe instar pueri flere solitus sit: ipse sanctus Pater eum solabatur et benigne tractabat. Hinc factum est ut cum rogaretur Loartes quod de sancto Patre Ignatio iudicium et quod de Patre Ministro ferret, respondit, res Patris [3v] Ignatii totum esse oleum ob suavitatem, Patrem vero Ministrum totum esse acetum ob reprehensionem, mortificationem et acrimoniam <sup>23</sup>.

[20] Volebat in Societate summam in omnibus vigere uniformitatem, ne quis novus vivendi ritus ac modus reperiretur in aliqua provincia vel domiciliis discrepans ab aliis, quod etiam in rebus occultioribus spectabat; hanc ob causam magnam diei partem exegit in examinandis confessariis modisque quos singuli in assignandis poenitentiis sequebantur, ne quid in eo reperiretur discriminis <sup>23</sup>. Eam quoque ob causam, suadentibus nonnullis continuas indici preces pro electione felici novi Romani Pontificis, nequaquam permisit, ne publica et nova introduceretur consuetudo in aliis locis nostrorum non usitata; ideo neque litanias quidem simul ab omnibus dici voluit, sed ut secretis quisque pro sua parte ac studio precibus vel carnis maceratione similes necessitates Domino commendaret <sup>24</sup>. Hanc ob causam punivit nonnullos, quos resciverat horas canonicas in horto domestico, non usitatis nostris tono ac sono monasticum praeferente, recitasse.

[21] In familiari colloquio titulum Paternitatis sibi uni dari non sinebat, sed tantum Reverentiae Vestrae; si quis tamen in literis eum usurpasset, dissimulabat. Tandem, eo mortuo, Generalibus Praepositis anno 1561 Paternitatis appellatio coepit tribui <sup>25</sup>.

<sup>23</sup> *Mem.* nn. 295, 296. Cf. *ibid.* nn. 103, 104, 150.

<sup>23</sup> *Mem.* n. 315.

<sup>24</sup> *Mem.* n. 316.

<sup>25</sup> *Mem.* n. 400.

puritate. Ideo cum nonnullos, qui omnibus ad concionandum videbantur cum laude a natura efformati, sancto Patri suaderent theologicis studiis applicandos, [3] nequaquam id permisit, etsi illi ipsi iam plures annos praeclare concionando exegissent, sed omnino totam eos philosophiam audire iussit; ne tamen a concionando desisterent; et tum demum theologiae ut operam darent, concessit<sup>18</sup>.

[16] Accuratus erat sanctus Pater ad praeparanda mature procellis, quae temporis successu possent exurgere, obstacula; ideo dum maledicorum ora nostram impeterent innocentiam, gravium virorum colligebat testimonia et asservari diligenter mandabat, quibus, si opus esset, occluderetur os loquentium iniqua, et Societatis personarumque integritas, etiam iis mortuis, defenderetur<sup>19</sup>.

[17] Nihil ob humanos respectus aut faciebat aut omittebat, dum species maioris divinae promerendae gloriae afflueret. Ideo, non exspectato ullo temporis termino, si quem videret unum e nostris alio in loco mansurum utilius, eum ad illum transferebat. Hinc, etsi non raro vix unus aut alter magnus operarius Romae esset, quoque collegium carere non posse videretur, eum alio ablegabat, ubi maiori cum fructu eum mansurum sciebat; aegre autem ferentibus aliis dicebat: quid faceretis si is iam esset mortuus? mortuum quoque existimate, et ne doleatis translatum. Hanc etiam ob causam quandam, pro coadiutore susceptum, cum praeclare cerneret eum esse ad concionandum aptum, ad studia promovit<sup>20</sup>.

[18] Sicut ipse in decernendis rebus non affectum sed rationem ducem sequebatur, ita hoc ipsum ab aliis servari volebat, et nihil temere ac sine causa fieri et veluti ex occasione tantum; ideoque, antequam quidquam inchoaretur, omnia diligenter esse perpendenda, et tum demum, etiamsi nulla sesse offerret occasio, rem inchoandam et diligenter deducendam usque ad finem<sup>21</sup>.

54 occludendi *ms.* || 58 species *sic*, fortasse pro spes || 69 rebus *sup. lin.* || 73 tum] dum *ms.*

<sup>18</sup> *Mem.* n. 262.

<sup>19</sup> Vide quid egerit occasione decreti Facultatis theologiae Parisiensis contra Societatem, *Mem.* nn. 131-133. Vide etiam Ignatii epistolam ad regem Ioannem III de persecutionibus: FN, I, 50-54; item epistolam ad Elisabetham Roser de persecutione anni 1538: ibid. 6-14.

<sup>20</sup> *Mem.* n. 276.

<sup>21</sup> Similia dicuntur, praecipue de constantia Ignatii in rebus susceptis, in *Mem.* nn. 13, 16, 282, 364.

[19] Saepe dicebat eos qui nobilitate generis et commendatione doctrinae aut ingenii excellerent, esse prae caeteris mortificandos; quod hi, si abnegationis exercitio detinerentur, multum divinae propagandae gloriae essent profuturi, secus valde obfuturi; talibus ergo et ipse invigilabat plurimum, et superiores alios invigilare iubebat. Quocirca cum P. Natalis socium ex Hispania advexisset Patrem Loartem concionatorem, doctorem et theologiae professorem, sanctus Pater peculiarem eius exercendi curam haberi a Ministro voluit, qui et per se et per alios ita eum excolebat confusionis publicae actibus, ut saepe instar pueri flere solitus sit: ipse sanctus Pater eum solabatur et benigne tractabat. Hinc factum est ut cum rogaretur Loartes quod de sancto Patre Ignatio iudicium et quod de Patre Ministro ferret, respondit, res Patris [3v] Ignatii totum esse oleum ob suavitatem, Patrem vero Ministrum totum esse acetum ob reprehensionem, mortificationem et acrimoniam <sup>23</sup>.

[20] Volebat in Societate summam in omnibus vigere uniformitatem, ne quis novus vivendi ritus ac modus reperiretur in aliqua provincia vel domiciliis discrepans ab aliis, quod etiam in rebus occultioribus spectabat; hanc ob causam magnam diei partem exegit in examinandis confessariis modisque quos singuli in assignandis poenitentiis sequebantur, ne quid in eo reperiretur discriminis <sup>23</sup>. Eam quoque ob causam, suadentibus nonnullis continuas indici preces pro electione felici novi Romani Pontificis, nequaquam permisit, ne publica et nova introduceretur consuetudo in aliis locis nostrorum non usitata; ideo neque litanias quidem simul ab omnibus dici voluit, sed ut secretis quisque pro sua parte ac studio precibus vel carnis maceratione similes necessitates Domino commendaret <sup>24</sup>. Hanc ob causam punivit nonnullos, quos resciverat horas canonicas in horto domestico, non usitatis nostris tono ac sono monasticum praeseferente, recitasse.

[21] In familiari colloquio titulum Paternitatis sibi uni dari non sinebat, sed tantum Reverentiae Vestrae; si quis tamen in literis eum usurpasset, dissimulabat. Tandem, eo mortuo, Generalibus Praepositis anno 1561 Paternitatis appellatio coepit tribui <sup>25</sup>.

<sup>23</sup> *Mem.* nn. 295, 296. Cf. *ibid.* nn. 103, 104, 150.

<sup>23</sup> *Mem.* n. 315.

<sup>24</sup> *Mem.* n. 316.

<sup>25</sup> *Mem.* n. 400.

- [22] Proposuit aliquando sanctus Pater noster Patribus Lainio et Salmeroni et Madridio, quos optimos theologos sciebat, num posset ob aliquod peccatum mortale, in confessione sola intellectum, quempiam, sub alio tamen praetextu et causa aliqua exteriori inventa (per se quidem ad dimissionem non sufficiente, ob quam tamen dimissus posset existimare se esse dimissum), e Societate dimittere. Responderunt, omnino id posse; cum certum sit ex dimissione unius non necessario inferri aliquod mortale a dimisso fuisse commissum peccatum, et multos ob leviores longe lethali crimine defectus solere dimitti. Atque hoc sanctum Patrem in more habuisse aliquoties ipse non obscure insinuavit<sup>26</sup>. Vel hinc querulosi agnoscant immerito nunc superiores nonnullos traduci, dum dimittunt quempiam, non ob res in confessione vel manifestatione conscientiae auditas (quod ne fiat a Praepositis Generalibus non semel est vetitum)<sup>27</sup>; sed, sine ulla secretioris fori notitia, ob lapsus, vel causas in foro externo patefactas, [4] quempiam, tanquam scabiosam ovem, ab ovili secernunt ne inficiat alios.
- [23] Quantam autem puritatem et vitae integritatem esse sanctus Pater in Societate voluerit, suo loco demonstrabitur<sup>28</sup>, allatis variis, ob quas plures dimissi sunt, causis longe minoribus, quam nunc spectari soleant in dimissione discolorum.
- Addo: sanctus Pater ab omni graviore lapsu Societatis homines optabat esse immunes, ut dicere soleret, se nolle sub eodem tecto una tantum nocte dormire, si quem ibidem sciret mortali aliquo esse inquinatum peccato<sup>29</sup>.

<sup>26</sup> *Mem.* n. 396.

<sup>27</sup> Iam a. 1590 P. Claudius Aquaviva similem usum confessariis Societatis interdixerat et hac de re instructionem misit ad totam Societatem. Vide *Institutum Societatis Iesu* (Florentiae, 1893) t. III, p. 352. A. 1594 Clemens VIII edidit decretum ad Superiores regulares, similem usum vetans. Vide de his FN, I, 736<sup>3</sup>.

<sup>28</sup> *Infra* nn. 112-116.

<sup>29</sup> *Mem.* nn. 277, 396.



## [CAPUT. II]

ORDO DOMESTICUS TEMPORE  
SANCTI PATRIS IGNATII

24-62. *Ordo domesticus.* — 41-47. *De iis quae ad corporalem refectionem spectant.* — 58-62. *De vestitu sociorum.*

[24] Praeter ea, quae supra dicta sunt, commemoranda sunt alia quae vivente sancto Ignatio Romae servabantur<sup>30</sup>. Elapsis 7 horis somni, excitator sine ingressu in cubicula, fores tantum pulsando, sanos dormientes excitabat. Elapso dein horae quadrante ingrediebatur singulorum cubicula et, si quem adhuc in lecto iacentem invenisset, ex regulae praescripto culcitram ei usque ad cinguli locum detrahebat<sup>31</sup>. Campanula satis sonora (qua ad hunc usque diem in domo professa romana utuntur) erat, qua tunc excitabantur a somno et vocabantur ad orationem, et examina, et mensam; appensa enim erat intra parietes domus, sed extra in suprema parte muri ad ipsum tecti initium. 5 10

[25] Sacrum audientes fratres vel Minister vel Subminister quotidie visitabat in templo, idque praescripto regulae ab ipso S. Ignatio factae, ut videret an aliquis, genua flectens, scamno aut cancellis altaris (quod erat omnibus vetitum) inniteretur<sup>32</sup>. 15

[26] Quotidie Minister et Subminister visitab[an]t omnia prorsus cubicula, et officinas domus, et templum, ut viderent an essent munda et bene composita omnia: Subminister quidem ante prandium statim post primum sacrum; Minister autem post prandium, praesertim ut videret an aliqui tempus perderent, vel otiosa loquendo, vel dormiendo, vel alio modo<sup>33</sup>. 20

[27] Quotidie dicebatur missa aliqua pro benefactoribus, et praeterea alia quavis hebdomada et alio quovis mense pro iisdem<sup>34</sup>. 25

[28] Non licebat claviculos muro infigere sine licentia, nec extrahere infixos<sup>35</sup>.

<sup>30</sup> Quae in sequentibus a Lancicio afferuntur, desumpta sunt fere omnia e regulis a. 1549 ab Ignatio conditis. Vide dicta in *Praefatione* huius *Monumenti*. In notis has regulas indicamus, addentes numerum paginarum in nostra editione: MI, *Regulae* (1540-1556).

<sup>31</sup> *Regulae* excitatoris, p. 192.

<sup>32</sup> *Regulae* communes, n. 27, p. 163.

<sup>33</sup> *Regulae* Ministri, n. 33, p. 173.

<sup>34</sup> *Regulae* Ministri, nn. 39-41, pp. 174-175.

<sup>35</sup> *Regulae* communes, n. 71, p. 168.

[29] Inter casus reservados erat quodvis peccatum mortale actuale. Item si quis vel minimam rem accepisset sine licentia, etiamsi esset una penna. Item si quis confiteretur extra domum. Item quaevis cogitatio deliberata contra Societatem vel superiorem eius aut contra vocationem suam, si esset alicuius momenti<sup>36</sup>. [4v]

[30] Quovis mense sindicabantur omnes domestici, etiam ipse Superior, hoc modo. Ultima die mensis monebat omnes Minister, ut primo vel 2<sup>do</sup> die mensis sequentis quilibet scriberet defectus, vel aliquid, quod in aliis notasset. De ipso Superiore, si quis aliquid notasset, quilibet vel scripto vel oretenus manifestabat vel Ministro, vel Secretario, vel alicui alteri maioris momenti Patri, a quo deinde dicebantur Superiori ipsi notata in eo a subditis, non indicatis tamen personis, qui aliquid in Superiore notarant<sup>37</sup>.

[31] Non licebat convenire coadiutoribus ad colloquia, in horto vel ambitibus, pluribus quam duobus; poterat tamen tertius se eis adiungere sacerdos, sed non coadiutor. Si aliquem saecularem in aliquo domus nostrae loco sedere contingeret, non licebat ulli nostro sedere in alio loco ei opposito<sup>38</sup>.

[32] Omnes, qui non erant legitime impediti, tenebantur comedere ad primam mensam, ad quam tres libri legebantur: primo aliquid ex Scriptura, secundo vita alicuius sancti, tertio liber de contemptu mundi. Licebat autem lectori, si volebat, dicere aliquid per modum pii discursus de pulchro aliquo puncto libri, quem legebat<sup>39</sup>. Scriptura legebatur aperto capite et stando; alii libri sedendo et capite tecto legebantur. Etiam dum titulus vel capita libri legebantur non licebat assurgere, aut aperto capite ea legere, sed tecto; qui mos ad hunc diem Romae durat.

[33] Licentiam comedendi apud saeculares, et alloquendi moniales, et domo exeundi tempore bachanaliorum, et visitandi ecclesias vel stationes, et dicendi missam alibi quam in templo nostro, et foeminas visitandi, et disponendi de quavis re, etiam minima, titulo eleemosinae domum illata, solus sanctus Pater dabat, uti ut cum novitio posset colloqui aliquis saecularis; alias licentias poterat concedere Minister<sup>40</sup>.

<sup>36</sup> MI, *Regulae*, pp. 204-205, 220.

<sup>37</sup> Ibid. p. 200.

<sup>38</sup> Ibid. pp. 198-199.

<sup>39</sup> *Regulae communes*, n. 13, p. 162.

<sup>40</sup> Ibid. nn. 7, 9, p. 161.

[34] Qui sine iusta causa communionem omisisset, die sequenti negabatur ei refectio <sup>41</sup>.

[35] Die, quo debebat esse in templo nostro concio, signum ab aedituo pro concione dabatur per bonum horae quadrantem, non brevius; et medio ante initium concionis aedituus monebat ianitorem ut signum daret pro nostris veniendi ad concionem; <sup>70</sup> signum autem dabat ianitor communi campanula [5] domus, non eo modo, quo datur ad orationem vel prandium, sed eo modo, quo nunc significatur adventus medici, per solos 3 ictus campanae. Porro omnes prorsus, etiam sacerdotes, nullo excepto, veniebant ad concionem, quam sacerdotes audiebant ad altare <sup>75</sup> maius ad cornu evangelii, reliqui prope <sup>42</sup>.

[36] Nostri initio confessionis, ex praescripto regulae, primo dicere tenebantur, an aliquid acceperant sine licentia; nec absolvebantur donec acceptum restituerent <sup>43</sup>.

[37] Exhortatio qualibet hebdomada fiebat die veneris, <sup>80</sup> et semel in mense de obedientia, praesentibus omnibus sacerdotibus, maxime novitiis <sup>44</sup>.

[38] Qui diebus festis erant assignati pro dicendis sacris in templo nostro immediate post concionem, debebant prius exire ex sacristia, et templum ingredi antequam concionator <sup>85</sup> sacristiam intraret <sup>45</sup>.

[39] Quolibet die vespere Minister, ex praescripto regulae suae, et ex speciali commissione sancti Patris in ea regula nominata, tenebatur visitare omnia loca secreta domus, in quibus si invenisset vel unam solam guttulam urinae sparsam in terra, <sup>90</sup> vel supra sedem, vel ex olla non effusam, vel portulam apertam, vel foramen sedis asserculo non coopertum, debebat in authorem inquirere, eumque solenni poenitentia mulctare iussu eiusdem P. Ignatii. Haec sunt verba formalia istius regulae <sup>46</sup>.

[40] Quid in horto domestico faciendum erat, non Procurator, sed Minister praescribebat. Habebat autem etiam hortulanus noster suas regulas peculiares. Porro ut hortus ter in

<sup>41</sup> Ibid. n. 11, p. 161.

<sup>42</sup> Ibid. nn. 42, 43, 44, p. 165.

<sup>43</sup> Ibid. n. 2, p. 160.

<sup>44</sup> Cf. Regulas Ministri annorum 1553-1554, n. 5, p. 367. In ipsius Ministri regulis anni 1549 v. nn. 7-10, pp. 170-171. Vide etiam ibid. pp. 233, 330.

<sup>45</sup> Vide hac super re Ignatii regulas quae servantur autographae, MI, *Regulae*, pp. 146-147. Cf. Regulas aeditui, nn. 30-33, p. 179.

<sup>46</sup> Regulae Ministri, n. 36, p. 174.

hebdomada verreretur, quemadmodum et ambulacra domus, Subminister curabat <sup>47</sup>.

100 [41] Nostri in refectorio mensis servientes, linteis ad genu protensis et nulla ex parte corrugatis iisque albis praecincti serviebant, quibus manus madefactas vel re aliqua infectas abstergere, aut panis vel aliarum rerum reliquias in ea conicere nefas erat. Semper autem erat appensum parvum mantile  
5 prope locum, per quem ex culina inferebantur cibi, et illo mantili ministrantes suas abstergebant manus.

[42] Fragmenta vero panum in parva canistra ad hoc praeparata imponebantur. Vitra pro potu singulorum destinata, sive dum inferrentur mensis, sive dum finita comestione auferrentur, digitis contingere, sive intra sive extra, ea in parte,  
10 quae ori admovetur dum ex iis bibitur, indecorum putabatur.

[43] Si vicino aliquid deerat, id ministranti, non pulsu vitri aut alterius rei, sed nutu frontis indicabatur. Dentes tempore prandii vel coenae cultro aliave re scalpere, vel extractas  
15 e dentibus sordes ad mappam [5v] mensae abdere, rusticitas aestimabatur; uti eiicere ex ore vel spinas vel fragmenta ossium aut his similia immediate in orbem, sed in manum sinistram et ex illa deinde in orbem.

[44] Inurbanum erat manu sinistra bibere, eademque  
20 tenendo fuscinulam ori cibum ingerere; uti non totum, quod cochleari impositum est, simul ore accipere, sed per partes, et iusculum calidius in cochleari ori propinquo flatu refrigerare; sed maxime tanquam homo rusticanus improbatur, si quis, cibum mandendo, perpetuo os aperiret, et strepitum quendam  
25 diducendo labia aut bibendo ederet, aut iusculo vel pinguedine infectos digitos priores ore lamberet, et non linteolo illo, quo panis tegi solet, abstergeret. Qui ministrabant mensis, nunquam, dum ante Superiorem sedentem transirent, caput ei aperiebant, sed tunc tantum, quando vel intrabat refectorium  
30 vel egrediebatur. Praeterea dum aliquis alteri sive assidenti sibi, sive remotius sedenti, aliquid ex iis, quae ipsi allata erant, comedendum traderet aut mitteret, quod et nunc Romae servatur; et si omitteretur ab aliquo, id crassae morum civilitati tribueretur.

<sup>15</sup> abdere] in ms. invenitur aldere vel quid simile. Unde legere licet abdere, vel fortasse abluere. Sed littera d est clara.

<sup>47</sup> Ibid. n. 18, p. 171; Regulae hortulani, pp. 198-199.

[45] Omnium culpa, e suggestu non alia quam italica 35  
lingua, etiam sacerdotum, dicebantur a lectore, capite detecto,  
hac verborum formula : « Ex parte sanctae obedientiae dicitur  
culpa talis, quia fecit hoc vel illud ; pro poenitentia faciet hoc  
vel illud ». Poenitentia vero nominata, nihil aliud, ne quidem  
unum verbum, addebatur. 40

[46] Benedictio ad primam mensam simul ab omnibus, in  
duos choros distributis, iuxta Romani Breviarii praescriptum,  
voce clara et pronuntiatione lenta, ac sine festinatione ulla,  
vix celerius quam soleant verba consecrationis dici in missa,  
dicebatur ; ad secundam vero mensam quilibet per se submissa 45  
voce benedicebat mensam.

[47] Dum vel valde senes, debilitati, vel convalescentes  
in refectorio communi cum aliis comederent, uti et primis 3  
diebus hospites, et concionatores iis diebus, quibus saltem vel  
semel concionabantur, et per 8 vel 10 dies qui exercitia spiri- 50  
tualia immediate absolverant, iis cibi plures et [meliores] daban-  
tur, uti et illis, qui in cubiculo sancti Patris cum illo comede-  
bant. Quae sancti Patris mensa melior erat quam ordinaria re-  
fectorii, id expresse ipso [6] sancto Patre ordinante ; qui  
soli peculiare apponi voluit, quod sibi assidentibus datum non 65  
tamen nihil esset ; et semel Ministrum punivit quod sibi soli  
botrulum uvae dedisset.

[48] Aliter dabatur signum ad orationem et examina et  
mensam, aliter ad alia ; nam diutius pulsabatur ad surgendum  
et ad exhortationem hebdomadariam, nimirum tanto tempore, 60  
quantum requiritur ad recitandum lente orationem dominicam  
et salutationem angelicam ; ad examen vero et meditationem  
et ad mensam pulsus campanae durabat tantum per Ave Maria.

[49] Vetitum erat per regulam unam ex communibus ne  
quis aut legeret, aut loqueretur, aut oraret adeo elata voce, 65  
ut alter perturbaretur 48.

[50] Lecti componebantur ante ortum solem 49.

[51] Cubicula quotidie verrebantur ; a quo labore exci-  
piebantur professi et aliqui alii occupati in negotiis domus, et  
his ad componendos lectos et verrenda cubicula aliquos assigna- 70  
bant Minister domus 50.

48 Regulae communes, n. 19, p. 163.

49 Ibid. n. 54, p. 166.

50 Ibid.

[53] Natura dura et difficili praeditis mutua colloquia per regulam erant vetita <sup>51</sup>.

[53] Intranti ex civitate domum vel exeunti domo non licebat subsistere ad portam nec prope portam. Quod si aliquid  
 75 dicendum esset eo in loco alicui, submissa voce et quasi ad aurem loquendum erat ex praescripto specialis regulae hac de re. Illi enim, qui ad colloquia ad portam vocabantur, iuebantur per regulam extra viam publicam colloqui, ne impedirent adventantes et abeuntes; nullique licebat accedere ad  
 80 colloquium cum aliquo prope portam, nisi esset vocatus a ianitore <sup>52</sup>.

[54] Nulli licebat in domestico sacello sacrum dicere aut ad id dicendum quempiam vocare sine licentia P. Ignatii <sup>53</sup>.

85 [55] Ex rebus domesticis non licebat quicquam donare nec mutuo dare sine licentia ipsius P. Ignatii; quam regulam totam ipsemet sanctus Pater propria manu adscripserat ipsis regulis communibus domus <sup>54</sup>.

[56] Quando ianitor ibat ad audiendum sacrum vel comedendum, iuebatur Minister per regulam non quemvis substituere ad portam, sed qui iam esset practicus et cultis moribus, uti erat ianitor; quod si nullus tunc talis adesset, ipse Minister vel Subminister obibat pro eo officium ianitoris <sup>55</sup>.

[57] Pro iis, qui manebant in prima probatione, erant a  
 95 sancto Patre datae singulares regulae 5 <sup>56</sup>. [6v]

[58] Vestitus nostrorum erat huiusmodi <sup>56a</sup>. Omnes nostrorum vestes, oculis omnibus expositae, erant e panno plane nigro. Materia panni et vestium erat media inter pretiosos pannos (uti est hispanicus, et rasia, ut vocant, florentina) et inter  
 100 vilem, vilosum valde et nimis crassum. Nolebat enim sanctus Pater nos instar eremitarum crasso et vili nimium panno uti,

<sup>51</sup> Ibid. n. 17, p. 163.

<sup>52</sup> Ibid. nn. 20, 21, p. 163.

<sup>53</sup> Ibid. n. 66, p. 168.

<sup>54</sup> Cf. Regulas communes a. 1549, nn. 26, 69, pp. 163, 168; Regulas communes a. 1551, n. 4, p. 288; Additas regulis communibus a. 1551, n. 22, p. 389.

<sup>55</sup> Regulae Ministri, n. 30, p. 173.

<sup>56</sup> MI, *Regulae*, pp. 196-199.

<sup>56a</sup> De vestitu in primis Societatis temporibus v. *Constitutiones anni 1541* (MI, *Const.*, I, 40-43); FN, I, 665; *Scripta*, I, 559-560; LANCIOTTI (praeter hoc nostrum Monumentum) *Opuscula* (Antuerpiae, 1650) I, 172; II, 117-118; MI, *Epp.*, II, 546; IV, 460; AICARDO, *Comentario a las Constitutiones*, II, 872-875; HUONDER, 76-77; BÖHMER, 62, nota 1; FX, 457-458.

nec tam pretioso, quali praelati et clerici ditiores utuntur, sed medio inter utrumque, decenti tamen et clericali statui convenienti. E simili quoque materia erant indusia nostrorum. Pro biretis tamen quadratis subtilior et melior adhibebatur pannus, 5 uti apparet ex bireto sancti Patris, quod in sacrario collegii Augustani asservatur.

[59] Forma vestium erat talis : pallia more hispanico, quae adhuc vigent ubique in Societate, collare habebant erectum tres quatuorve digitos altum ; sacerdotibus dabantur protensa 10 ad talos, et fere calceos ipsos attingebant ; coadiutores pallia breviora veste portabant. Vestis seu sotanna erectum habuit collare fibulis clausum, quo totum collum tegebatur. Vestis sub collo solis fibulis, e filo ferreo nigro factis, sine sericeis aliisque globulis iungebatur, et aperta erat tota usque ad talos, non 15 semiaperta ad cingulum, uti nunc moris est in Hispania, et apud Patres theatinos in Italia. Collare indusii non prominebat ultra collare vestis, et fere brevius erat, nec extremitatem vestis (uti apud saeculares clericos in usu est) tegebat. Manicae vestis erant ita strictae, ne subuc[ul]a inferior posset videri. Cingulum 20 erat vel e panni extremitatibus abscissis, vel lana crassiore nigra textum, ac non pretiosum, duobus digitis non latius ; eo vestis per simplicem, non duplicatum, multo minus triplicatum ductum constringebatur, non altius umbilico. Non longius pendebant extrema cinguli, quam fere ad dimidium palmi. Caligae 25 erant separatae a tibialibus integris. Subucula in hieme ex duplicata tela crassiore alba, in aestate ex simplici, non duplicata ; astringebatur autem non fibulis, uti vestis, sed nodulis ex filis contextis, qui inter foramina alterius partis inserebantur.

[60] Sancti Patris subucula erat e tela nigra, uti et soccus 30 pro pede olim laeso, quem praeterea alio socculo e panno rubro vili et tenui muniebat.

[61] Calcei nostrorum erant eiusdem formae, qua nunc nostri Romae utuntur. Scissus parum superne calceus ligula aliqua choreacia constringebatur. Intra tibialia soccis, non 35 crassiore [7] quam esset indusii tela, utebantur omnes. Tibialibus non lineis sed ex panno utebantur, ne quidem sanctus Pater, qui totum ex tela nigra socculum ultra pedem non protensum, vix talos inferne attingentem, adhibebat ad munimen, olim in saeculo, salutariter pro nostro bono laesi in bello pam- 40 pilonensi pedis.

[62] Galeri, quibus extra domum et in itineribus nostri

utebantur, erant latiores galeris externorum, et non alti; inferne subducebantur vel toti vel in medio tantum, non alia  
 45 materia quam vel tela nigra, vel certe subtiliore nigra. Chirotecis nunquam utebantur, nisi longa plurium milliarium itinera facientes.

## [CAPUT. III]

QUANTO AMORE SANCTUS PATER  
PROSEQUEBATUR DOMESTICOS

63. *Quonam modo Ignatius ab inordinato risu temperaverit.* — 64. *Nolebat ut neve Sacerdotes neve Fratres Coadiutores nimis laboribus frangerentur.* — 65. *Benevole cum omnibus agebat; ab omnibus diligebatur.* — 66. *Signa huius amoris.* — 67. *Colloquium con P. Cámara de laboribus sociorum in Lusitania et in India.* — 68. *PP. Latnez et Nadal socii cardinalis Morone ad comitia Augustana.* — 69. *Quae videbat cedere in laudem alicuius amico referebat. Consultationes de defectibus cum paucissimis habebat.* — 70. *Quonam modo sociorum benevolentiam sibi conciliabat.* — 71. *De tribus fratribus ferrariensibus.* — 72. *Patri Codacio candelam fundatoris quotannis tribuebat.* — 73. *Alia amoris signa in subditos: consultationes de mittendis ad aliquam missionem; de voto Ignatii pro electione Generalis; Vicarium per consultores eligit; electio Patrum qui in palatio apostolico tempore Marcelli II habitare debebant.* — 74. *Ne laederetur fama subditorum valde cavebat.* — 75. *Qui tempore quadragesimali ieiunare debebant, examinandi.* — 76. *Cura debiliū; eorum qui exercitiis spiritualibus vacaverant.* — 77. *Patri Palmio contionatori auditores se quaesitum promittit.* — 78. *Laetus excipiebat redeuntes ex aliquo negotio peracto.* — 79. *Laudat Benedictum Perera eo quod acriter pertrinxisset Ludovicum Vives. Quae tristitiae causa esse possent per alios, quae laetitiae per semetipsum dicere solebat. Maternum cor Patris. Amor eius erga collegium Romanum.* — 80. *Romam advenientes et inde discedentes secum prandere iubet.* — 81. *Palmium iucunde comedentem laetus aspiciebat. Omnia bene interpretabatur. « Interpretationes Patris ».* — 82. *De peregrinationibus novitiorum.* — 83. *De parvulis in Societatem admissis.* — 84. *De Petronio novitio et eius fratribus.* — 85. *Qui in probatione versantur, visitandi.* — 86. *Ratio victus in Societate. De Pontio Cogordan, Procuratore domus, cui iniungit lampredas emere.* — 87. *De regulis Ministri et coqui a. 1549 conditis. Coquum aliquandiu egit Ignatius. Nolebat ut alii de cibo conquererentur.* — 88. *De modo quo accusationes recipiebat.* — 89. *De cura sanitatis.* — 90. *De cura infirmorum. Exempla. Sibi eorum curam reservabat. De vinea collegii Romani.* — 91. *Primarios Patres quandoque graviter redarguebat, novitios vero suaviter tractabat.* — 92. *De Ioanne Dominico novitio.* — 93. *Novitius quidam tentatur dum fabrum murarium adjuvat.* — 94. *De non imponendis officiis, inscio Ignatio, iis qui aegrotassent.* — 95. *De visitationibus infirmorum.*

[63] Solebat sanctus Pater, quotiescunque aliquis e nostris occurreret, considerare in eo pretium, quo illius anima redempta



est, et Christum dominum redemptorem. Quae consideratio tanto replebat sanctum Patrem gaudio initio fundatae Societatis, ut prae laetitia interna a risu abstinere non posset <sup>57</sup>. 5  
Cum ergo cerneret risum hunc excessum esse internae laetitiae, eum ut temperaret, et sola iucunditate vultus sibi occurrentes exhilararet, tot ictus flagello quotidie sibi infligebat, quoties ita, uti dictum est, risisset; et hac ratione risus excessionem abegit <sup>58</sup>.  
Solam internam laetitiam retinuit, tali tamen benignitate 10 aspectus erga occurrentes sibi radiantem, ut eos quodammodo intra viscera sua velle recondere videretur, dum quempiam transeuntem aspiceret <sup>59a</sup>.

[64] Non tantum sacerdotes, sed coadiutores quoque, virtute non vulgari praeditos, ita suis volebat esse intentos officiis, 15 ne iis gravarentur et sub onere succumberent, ideoque candide sibi referri volebat, si levamine aliquo se indigere putarent; quos autem modestos et verecundos ac ferventiores esse sciebat, iubebat hoc ipsum permittere, † ne † dum verecundia laborant, sub immoderatis laboribus conciderent. 20

[65] Tam benevole alloquebatur domesticos, omnia et cum iis tam benigne tractabat, ut totus videretur esse amor quidam, id est, universaliter amabatur ab omnibus, ut nullus agnitus in Societate eo vivente fuerit, qui eum maximo amore non prosequeretur, et se ab eo summe amari non putaret <sup>59</sup>; 25 etsi, uti suo loco dicemus, severissime exiguos defectus castigaret <sup>60</sup>, et maiore virtute atque autoritate praeditos Patres, ut Laynium, et Polancum, et Ludovicum Consalvum, et Natalem saepe dure exciperet, minima quaeque in eis emendans vel lingua [7v] vel factorum errata <sup>61</sup>. 30

[66] Porro signa et effectus huius erga domesticos amoris haec in eo fuerunt: magnus laetitiae sensus, quam praeferabat, dum vel loqueretur de rebus domesticorum omnibus, vel loquentes audiret; ideoque literas nunciales [et] similia bis et ter aliis legi curabat <sup>62</sup>. 35

19 ne] ac ms.

<sup>57</sup> *Mem.* n. 25.

<sup>58</sup> RIBADENEYRA, *Vita*, l. V, cap. 10. Cf. FN, I, 542 <sup>20</sup>.

<sup>59a</sup> *Mem.* nn. 89, 190.

<sup>59</sup> *Mem.* n. 86.

<sup>60</sup> *Mem.* n. 37.

<sup>61</sup> *Mem.* nn. 102, 104.

<sup>62</sup> *Mem.* n. 87.

[67] Quando P. Ludovicus Consalvus ex Lusitania Romam veniret, saepe cum eo sanctus Pater locutus est de nostris Fratribus in Lusitania et India, scire cupiens quomodo comederent, quomodo dormirent, qualibus vestibus induerentur; et  
 40 multa alia minutissima inquirebat. Et quadam vice ei dixit: — Sane laetarer, si scire possem quot pulices qualibet nocte mordeant fratres meos —. Alter eius erga domesticos amoris affectus erat commendatio et laudatio suorum coram aliis, et domesticis et externis, pleno, ut dicitur, ore facta <sup>63</sup>.

45 [68] Cum Augustae Vindelicorum comitia essent indicta pro principibus et praelatis Germaniae, cardinalis Moronus a Iulio 3, Romano Pontifice, missus eo Legatus, petiit a sancto Patre duos e Societate theologos, quibuscum posset de suae legationis negotiis conferre. Concessit ei sanctus Pater Patrem  
 50 Laijnes et P. Natalem, et utrumque praemonuit sigillatim, ut alter alterius auctoritatem quam maxime tueretur et conservatam vellet; ideoque si alteri eorum punctum aliquod valde difficile a cardinale, decisionem rogante, proponeretur, illud solus non decideret, ni prius cardinali diceret se consilium iudici-  
 55 ciumque sui socii quaesitum, tanquam eius, qui certiore ea de re, quam ipse, solve posset sententiam <sup>64</sup>.

[69] Hoc ipsum etiam cum aliis in more habebat sanctus Pater: quicquid enim videret posse in laudem adferri unius, id alteri amico referebat; quod posset merito improbari in illo,  
 60 id magno silentio premebat <sup>65</sup>. Quod si de alicuius defectu consultandum esset unusque consilii causa sufficeret, duobus illud non detegebat; si duo necessarii essent, tertio illum non manifestabat, nec, quamvis gravis esset aut fugiendus, quicquam dicebat; defectum ipsum consultoribus nude sine ulla ampli-  
 65 ficatione proponebat <sup>66</sup>.

[70] Eandem ob causam data opera excurrerebat in laudes domesticorum coram iis, a quibus certo praevidebat ad ipsorum laudationem [8] iis, qui ab eo laudati fuerunt, referendum <sup>67</sup>. Ita omnes inquirebat vias suos in laetitia spiritus conservandi,  
 70 ut sine gemitibus viverent alacres, et Deo mente serena servirent.

<sup>42</sup> affectus *ms.*, ut videtur pro effectus. Cf. p. praecedentem, lin. 31.

<sup>63</sup> Ibid.

<sup>64</sup> *Mem.* n. 153.

<sup>65</sup> *Mem.* n. 103.

<sup>66</sup> *Mem.* n. 249.

<sup>67</sup> *Mem.* n. 261b, cf. n. 103.

[71] Diligenter dabat operam ne ulli, et ipsis quoque novitiis, daretur iusta materia tristitiae et gemitus. Cum recepisset ad Societatem 3 ferrarienses iuvenes, quorum consanguineus abbas quidam convivio a nostris excipiendus erat in collegio Romano, sanctus Pater etiam 3 illos iuvenes, etsi adhuc in prima probatione essent, eidem interesse convivio mandavit; quia vero eiusdem probationis socii ob se non invitatos tritari poterant, iussit eis mature significari eos quoque die altero in Romano collegio comesturos, ut bono et laeto permanerent animo. Denique omnes praecidebat occasiones gemituum, et adhibebat etiam omnia civilitatis et urbanitatis aulicae honesta officia ac signa, per quae suos posset in suscepto vitae religiosae instituto conservare contentos ac laetos, et his maternae benevolentiae significationibus, quibus sibi domesticorum amorem conciliabat, omnesque prorsus alios longo intervallo superabat <sup>68</sup>.

[72] Ex hoc benevoli et grati cordis affectu natum est ut, quo die memoria fundatae domus professae romanae quotannis renovaretur, P. Petrum Codatium (cuius procuratione ea fuit fundata) die illo in Superioris loco sedere iuberet, et in prandii fine sanctus Pater, detecto capite accedens, manu gestans fundatoriam candelam P. Codatio sedenti tradebat, ipse stans, et honoris causa poplites inflectens, et tanquam superiorem suum pie ac religiose honorans <sup>69</sup>.

[73] Hoc quoque eius erga domesticos declarabat amorem, quod omnes occasiones fugeret, ex quibus quispiam posset cogitare se minoris ab eo fieri, vel aliis postponi. Ideo, dum pro aliquo specioso munere, vel missione a principe viro vel Romano Pontifice aliquis postularetur, eum per se non eligebat, sed a consultoribus, praemissa seria consultatione, certum aliquem

<sup>68</sup> *Mem.* n. 290.

<sup>69</sup> Cf. ORLANDINI, l. IX, n. 8; BARTOLI, l. IV, c. 8 narrat hoc factum, adiungens se vidiisse documentum manu Patris Polanci scriptum hac super re. En eius verba: « Oltre a ciò, trovo di mano del segretario Polanco, lasciato espressamente in mano a' successori, qual fosse in avvenire l'intentione di S. Ignatio verso il medesimo benefattore: e ciò a fin che se avvenisse al Santo di morir prima di lui, seco non morisser gli effetti della sua gratitudine verso lui. Così dunque scrive il segretario: L'intentione di N. P. M. Ignatio sopra il P. Pietro Codacio è ch'egli habbia sempre luogo sopra tutti i professi, così sopra gli ultimi, come i primi. Che ogni anno, come a gli altri fondatori, gli si dia una candela, e per lui si dica la messa, come a fondatore. Che dopo morte gli si ponga un epitaffio in chiesa. Così egli: ma io credo che il P. Pietro, huomo di singolare humiltà, si liberasse con prieghi, massimamente dall'honore dell'epitaffio ... » De hac re vide etiam TV, II/1, 309.

nominari pleno eorum arbitrio volebat <sup>70</sup>. Eandem ob causam, relicturus suum de eligendo Societatis Generali Praeposito suffragium, nullum nominavit e sociis, sed ei se suum dare calculum scripserat, quem plura aliorum suffragia (se solo excepto) nominassent <sup>71</sup>. Sic dum, morbi vi adactus, Vicarium Generalem sui loco [8v] ad tempus constitu[tu]rus esset, eum non ipse per se, sed consultores, ad quos rem totam reiecit, Natalem elegerunt <sup>72</sup>. Sic dum Marcellus secundus, Papa, ab Ignatio duos e Societate Patres, in suo apostolico palatio perpetuo mansuros, ad sola  
 10 consilia pro reformatione ecclesiae danda, petiisset, nullum nominavit per se, sed ad consultorum iudicium remisit. Ne tamen consultores aut ignoratione alicuius rei, aut affectu minus recto a veritate et aequitate deflecterent, tales conditiones et talenta in eligenda persona explicabat, quibus examinatis non  
 15 alium quam illum ipsum, quem ille in corde habebat, eligerent. Quod et sine invidia Patris, et sine detrimento boni communis, et sine offensione erga ipsum aliorum, qui electi non erant, fiebat <sup>73</sup>.

[74] Vehementer cavebat ne et domi et foris alicuius domesticus existimatio ulla in re, etiam minima, laederetur, et hac  
 20 in re gravissime plectebat delinquentes. Cum quidam de altero domestico, febre laborante, dixisset externo infirmum praefebbris ardore delirare, indignissime id tulit sanctus Pater. Iussit ut, verae licet historiae narrator, se per spatium trium psal-  
 25 morum caederet facto ex funiculis flagello. Erat autem is unus e praecipuis Patribus, qui haec de infirmo narraverat <sup>74</sup>.

[75] Cum tempus instaret quadragesimalis ieiunii, medico advocato, singulorum e domesticis aetatem, vires, indispositionem et sanitatem examinari iubebat accuratissime, et annotari  
 30 eorum nomina, quos a ieiunii legibus liberandos censebat, et quibus lacticiniorum vel carniū esus concedendus videretur. Eos vero, qui nondum 21 annum absolverant, etsi robusti essent et sani, singulis ieiunare diebus non permittebat, praesertim parvulos; murarios autem fabros et similes coena abstinere

18 fiebant *ms.*

<sup>70</sup> Cf. *Mem.* n. 163.

<sup>71</sup> Suffragium S. Ignatii pro electione Praepositi Generalis servatur autographum in *Hist. Soc. Ia*, n. IX. Textum vide in FN, I, 714 <sup>10</sup>.

<sup>72</sup> De electione Natalis ad munus Vicarii Generalis v. FN, I, 56 \*.  
 57 \*; *Mem.*, nn. 37, 41, 330.

<sup>73</sup> *Mem.* nn. 330, 333-335.

<sup>74</sup> *Mem.* nn. 248-249. Cf. supra, p. 616.

non permittebat, dicebatque ita veterem esse mortificandum 35  
hominem, ne simul cum vetere novus mortificaretur, innuens  
externas corporis mortificationes, et afflictationes, et experi-  
menta paupertatis [9] ea moderatione adhibenda esse, ne sa-  
nitati officerent, aut aliquod eius ledendae periculum adferrent.  
Hac non contentus diligentia, factum ex medici praescripto 40  
catalogum deinceps per aliquot horas examinabat, veritus ne  
quis, qui non posset, ieiunare cogeretur. Hoc ipsum in collegio  
Romano et in collegio Germanico diligenter servari mandabat ;  
et cum prima vice id praescripsisset, et rem hanc P. Polancus  
et alii distulissent, vetuit illos cibum sumere, nisi prius cata- 45  
logum istum cum medico confecissent. Et cum rescivisset in  
Sicilia permissum novitiis, eo quod novitii essent, et aliis iunio-  
ribus tota quadragesima ieiunare, acrem superioribus reprehensio-  
nem scripto transmitti curavit 75.

[76] Quando videbat aliquem ex iunioribus pallidiorem 50  
solito vel debiliorem, praesertim iuniorem vel novitium, dili-  
genter causas examinabat, et longiorem somnum ei praescri-  
bebat, ac Ministrum, ut talium cura peculiaris haberetur, etiam  
in victu et aliis minuendis laboribus, monebat 76. Eandem ob  
causam peculiari regula Ministris praecepit, ut, qui exercitiis 55  
spiritualibus se exercuissent, illi, instar convalescentium, per  
8 vel 10 dies in refectorio cibis melioribus reficerentur. Tanto  
enim fervore tunc exercitia suscipiebantur, ut debilitatae vires  
corporis ciborum instauratione egerent 77.

[77] Captabat quoque omnem occasionem sanctus Pater 60  
suos exhilarandi domesticos, omnibus quibus honeste poterat,  
modis. Cum ergo audivisset Benedictum Palmium, necdum  
sacerdotem, insignem tamen concionatorem, occurrenti cuidam  
pauperulae vetulae dixisse se tali die concionaturum, eamque  
ad suam invitasset concionem, hilari tulit animo hunc sanctus 65  
Pater Benedicti candorem, quem ut dicendo exhilararet, cum  
aliquid faciendum illi iniungebat, loco praemii addebat : — Hoc,  
inquit, si recte feceris, accersam et ego aliquam vetulam ad tuam  
audiendam concionem 78.

[78] Cum domum rediret aliquis, peracto negotio sibi a 70  
sancto Patre iniuncto, laetis eum excipiebat oculis adventantem  
et, eius sermonem praeveniens, hilariter interrogabat : — Bene ;

75 *Mem.* n. 212.

76 *Mem.* n. 215, cf. nn. 31, 37.

77 *Regulae Ministri*, n. 37, p. 174.

78 *Mem.* n. 103.

quomodo res successit ? ex animine tui sententia ? contentusne  
 75 es ? — et his similia, quibus et solabatur hominem, si res opta-  
 tum non habuisset successum, et ad peragenda deinceps negotia  
 animabat.

[79] Cum audivisset Benedictum Pererium <sup>79</sup>, rethoricae in  
 collegio [9v] Romano professorem, Valentiae natum, acriter  
 80 perstrinxisse in schola Ludovici Vivis, concivis sui, de fide  
 mala †suspecti†, opera, quae tunc ab incautis occulte cum gustu  
 legebantur, advocavit Pererium, et valde hoc in eo laudavit.  
 Et huiusmodi laudibus ab aliis quoque praeclara gesta ultro  
 commendando, tum iis absentibus, tum praesentibus mirum in  
 85 modum excitabat in suis animos ad res strenue pro Dei gloria  
 et Societatis bono peragendas. Denique nihil omittebat eorum,  
 quibus posset domesticos hilares reddere ac conservare, et ad  
 maxima quaeque pro Deo obsequia excitare. Quam etiam ob  
 causam, quantum poterat, non per se, sed per alios, ea imponi  
 90 curabat suis, quae eis aliquam iustae tristitiae causam allatura  
 videbantur, et quae magis afflixissent eos, si putarent ea a sancto  
 Patre conscio ac iubente sibi iniuncta fuisse <sup>80</sup>. Ita maternum  
 sancti Patris cor omnem amovebat a se, non tantum actum,  
 sed umbram ipsam novercalis animi. Quae causa fuit, ut cum  
 95 post collegii Romani regimini praefectos viscerum maternorum  
 iucunditatem, vivens ea conditione regere iussit Romanum colle-  
 gium, ne quamdiu viveret ab eius regimine removeretur, ratus  
 se mortuo non facile inventum iri alium, qui eius charitatem  
 aequaret.

100 [80] Eminebat etiam in hac re b. Patris erga suos charitas,  
 quod omnes Romam venientes, et iterum inde discedentes,  
 secum prandere iuberet, magna eos excipiens benevolentiae  
 significatione. Contingebat autem non raro ut aliquis, negotio  
 aliquo impeditus, sub ipsum prandii finem comesturus cum Patre  
 5 accederet, quando is nihil aliud quam exiguum panis bolum  
 habebat ; ille tamen hilari animo omnes statim afferri cibos  
 iubebat ; et ne festinaret comedendo, aut comedere solus eru-  
 besceret, ita sanctus Pater suum illum vellicabat bolum, et  
 micas ex illo avellebat ac perpetuo mandebat, donec alter

<sup>81</sup> suspecti] suscepti ms. || <sup>90</sup> post curabant add. quis ms. || 95-99 Sententia remanet obscura, sine dubio ob alicuius periodi omissionem in manuscripto.

<sup>79</sup> Benedictus Perera.

<sup>80</sup> Mem. n. 88. De paenitentiis impositis v. ibid. n. 385. De monitis, ibid. n. 199.

sine festinatione ulla ac rubore omnia, quae mensae illi apposita fuerant, comedisset. Et tum demum sanctus Pater suum illum bolum finiebat <sup>81</sup>.

[81] Cum videret aliquem iuvenem sapide comedentem, mire recreabatur sanctus Pater, eamque ob causam advocabat ad suam mensam Benedictum Palmium, pingiculum adolescentem, et comedentem iucunde aspiciebat, et ne erubesceret animabat. Ita in omni occasione maternum erga suos affectum declarabat. Hoc quoque amoris eius erga domesticos indicium fuit, quod semper omnia bona interpretaretur quantum poterat; unde natum erat domi proverbium: « Interpretationes Patris » <sup>82</sup>. [10]

[82] Quamvis magnificeret experimenta peregrinationis menstruae, tamen, si periculum appareret laedendae valetudinis ob intemperiem veris, domi retinebat novitios, et loco peregrinationis, ad visitandas 7 Urbis ecclesias, et, ut ibi appellant, Scalas sanctas eo mittebat <sup>83</sup>.

[83] Dum parvulos in Societatem reciperet, vetabat ne ita in prima probatione includerentur arcte, uti alii includebantur; ideoque permittebat eos, uti et alumnos collegii Germanici ad Societatem receptos, deambulare in horto et in ambulacris domus, dummodo tamen nullum prorsus alloquerentur e nostris sine speciali licentia <sup>84</sup>.

[84] Quando ab aliquo e nostris fratres parvi disponebantur ad ingressum in Societatem, hos adventantes magna benevolentia sanctus Pater domi excipiebat, ientacula dabat; et cum quidam Petronius canistrulum ficubus plenum per suos fratres sancto Patri donum misisset, sanctus Pater, advocato domus Ministro, illis audientibus, eas asservari iussit pro illorum esu applicandas, postquam ingressi essent in Societatem. Quod deinde, postquam illi in Societatem ingressi sunt, religiose servatum est <sup>85</sup>.

[85] Quod si aliqui non possent ferre primae probationis solitudinem, iubebat eos modo ab hoc, modo ab illo visitari, ne afficerentur taedio <sup>86</sup>.

[86] Aegre ferebat si necessaria victui nostrorum non sup-

<sup>81</sup> *Mem.* nn. 89, 185, 190.

<sup>82</sup> *Mem.* n. 92, in margine, manu Ribadeneyrae.

<sup>83</sup> *Mem.* n. 339.

<sup>84</sup> *Mem.* n. 75.

<sup>85</sup> *Mem.* nn. 29, 75, 284.

<sup>86</sup> *Mem.* n. 84.

- peditarentur. Qua in re ne procuratores errarent, 3 veluti in classes dividebat romanam victus rationem : 1<sup>am</sup> cardinalium et virorum principum ; 2<sup>am</sup> virorum nobilium non supremæ authoritatis ; 3<sup>am</sup> opificum et vilioris conditionis personarum.
- 50 Ex his mediam in Societate servari volebat. Sed præstat audire unum exemplum. Erat in romana domo parvus Procurator, quem ut confunderet ac emendaret sanctus Pater, et ad debitæ charitatis erga domesticos affectum conducirer, cum intellexisset eum in cuiusdam cardinalis prandio lampredas comedisse, advo-
- 55 catum ad se ita allocutus est : — Itane tu comedis lampredas, quod non improbo, et Fratribus ne quidem bonas emis sardellas? (genus est piscium, quibus mediocris fortunæ homines Romæ vescuntur). Eas, et deinceps Fratribus eme lampredas —. Cumque se Procurator in hanc et alteram partem torqueret, et sibi tan-
- 60 tum deesse pecuniæ, quantum expendi oporteret pro lampredis assereret, sanctus Pater perstitit in sententia, et omnino pecunias quaeri iussit et lampredas emi. Quod quidem sanctus Pater non eo dicebat animo, quasi vellet nostros vesci lampredis, sed ut parum dedolaret hominem et ad charitatem inflecteret. Unde
- 65 per dies aliquot [10v] ita eo vexato, tandem admonuit ut, loco lampredarum, minoris pretii pisces emeret, nec tam caros ut pro principum mensis utebantur, nec tam viles uti pro rusticorum usu emuntur <sup>87</sup>.

- [87] Ex hoc erga domesticos amore, quos tanquam filios
- 70 Dei tractari volebat, providentia parentum sæcularium ex Dei amore destitutos, nascebatur ut inter antiquas regulas, anno 1549 a se factas, tam in Ministri quam coci regulis præscripserit, inter alia, duo : 1<sup>m</sup> ne cibus una vice totum sal iniiceretur, sed [per] partes, bis vel 3, ne semel eo iniecto cibi vel nimium
- 75 salsi vel insulsi vel insipidi præberentur. Et binis hac de re regulis non contentus sanctus Pater, sed etiam modum iniiciendi salem coco præscripsit, nimirum : ut prima vice, dum caro despumata bullire inciperet, mediam partem salis imponderet ; secunda vice quartam partem ; tertia vice reliquam partem <sup>88</sup>.
- 80 Neque hac contentus diligentia, alia præscripsit regula, ut Subminister bis quotidie inviseret culinam multo ante prandium et coenam, et numeraret allatas portiones, num tot essent, quot erant necessariae pro numero personarum, ne ob alicuius de-

<sup>83</sup> erant] erunt *ms.*

<sup>87</sup> *Mem.* n. 193.

<sup>88</sup> *Regulæ Ministri*, n. 31, p. 173 ; *Regulæ Coqui*, n. 5, p. 189.



fectum minor aliquibus portio, quam par esset, daretur <sup>89</sup>.  
 2<sup>a</sup> Ut alternis hebdomadis Minister cum Subministro per vices, 85  
 tam ante prandium quam ante coenam, bis vel ter gustaret  
 cibos in singulis ollis, et viderent an essent bene conditi et  
 sapidi, ne male conditi et insipidi in triclinium inferrentur <sup>90</sup>.  
 Quos etiam ab ipso coco gustari praecepit in ultima regula eius  
 officii, addita hac causa et motivo : ut cibi sapidi tribuerentur, 90  
 tanquam pro Dei nostri amore, pauperibus eius <sup>91</sup>. Et quod  
 aliis ipse faciendum praescripserat, hoc multo ante ipsemet  
 factis docuerat. Cum enim in statu Veneto, ante fundatam So-  
 cietatem socii iuvandis animabus incumberent, illa hebdo-  
 mada, qua per vices ille in tugurio remanebat sociis coquens 95  
 cibos, omnium optime et sapidissime coquebat et condiebat <sup>92</sup>,  
 quamvis ipse, dum esset factus Praepositus Generalis, de cibis  
 soli sibi allatis male conditis nunquam sit conquestus, nunquam  
 eos respuerit, imo eos reprehendere solitus fuerit, †qui† de ci-  
 borum, pro solius illius usu allatorum, mala quererentur <sup>93</sup>. 100

[88] Nunquam credebat aliis, dum quempiam accusarent,  
 nisi, audito accusato, invenisset vere reum. Ne autem accusa-  
 tiones a veritate deflecterent, scripto eas comprehensas sibi  
 tradi volebat ; tum demum advocabat accusatum, et an id esset  
 verum inquirebat, et opportuna adhibebat remedia, nil incor- 5  
 rectum relinquens in iis, de quorum [11] emendatione spes  
 erat, solos incurabiles et ad dimissionem destinatos quandoque  
 sine correctione relinquens, ne frustra laboraret <sup>94</sup>.

[89] Sed hunc charitatis affectum maxime demonstrat  
 miram, quam habebat, curam sanitatis suorum, tum ne sani 10  
 in morbum inciderent, tum ut sanarentur infirmi ; ideoque,  
 quamvis Romanum collegium eius tempore valde esset nume-  
 rosum, rarissime, et non nisi levissime, infirmabantur. Ne autem  
 incuria domesticorum iis aliquid deesset, quotidie iubebatur  
 emptor ad ipsum accedere eique significare num omnia provi- 15  
 disset infirmis, quae infirmarius exigebat. Quod si deesset

<sup>99</sup> qui] tum *ms.*

<sup>89</sup> Regulae Ministri n. 29, p. 173.

<sup>90</sup> Ibid. n. 25, p. 172.

<sup>91</sup> Regulae Coqui, n. 5, p. 189.

<sup>92</sup> Eo tempore quo Ignatius a. 1537 remansit Vicetiae in antiquo monasterio Sancti Petri in Vivarolo. Vide POLANCO, *Vita*, FN, II, 580 ; FX, 345.

<sup>93</sup> *Mem.* n. 189.

<sup>94</sup> *Mem.* n. 358.

pecunia pro necessariis emendis, vasa stannea iubebat vendi : iis vero divenditis, lectorum tegumenta, ad sanorum usum destinata, sortibus iactis, vendi curabat <sup>95</sup>.

- 20 [90] Quamlibet circa curam infirmorum negligentiam puniebat, nec ipsi Ministro parcebat, si contigisset aliquid eius incuria neglectum pro solatio infirmorum, vel si is ei non statim significasset num aliquis male valere coepisset. Unde quendam P. Bernardum, Ministrum <sup>96</sup>, nocte intempesta domo expellere  
 25 voluit ob rem quandam infirmo non suppeditatam. Dum alicui vena incisa esset, mittebat subinde aliquem, qui postea inspicere num bene fascia esset constrictum brachium, ne casu aliquo sanguis erumperet. Noctu aliquoties, alios excitare nolens, ipsemet, praesertim novitios, tanquam minorem sui curam  
 30 gerentes, adibat, et num bene haberent ligatum brachium inquirebat. Quotiescumque aliquis scholasticorum in collegio in morbum incideret, nunciari mandavit. Et hoc solum dicebat esse, quod eum tremere et valde timere faceret, dum quempiam e scholasticis collegii aegrotare audiret. Cum enim medicorum  
 35 consilio coactus esset a gubernationis curis animum avertere, et ideo Vicarium sui loco nominasset a consultoribus electum, quamvis omnia alia, etiam gravissima Societatis negotia, Vicario cum plena potestate tractanda reliquisset, solam infirmorum curam sibi soli reservavit, quam semper habuit exactissimam et liberalissimam sine ullo personarum discrimine <sup>97</sup>.  
 40 Hanc ob causam, cum videret sanctus Pater pro recreatione convalescentium et scholasticorum nostrorum necessarium esse locum aliquem suburbanum, ad quem pro abstrahendo a studiis et a domesticis angustiis animo secederent, et sub libero coelo  
 45 in amplis hortorum pomarii ac vineae spatiis se recrearent, etsi tunc domus debitis premeretur, et magna [11v] esset Romae caritas annonae, et cardinales numerum familiae diminuerent et domi nulla pro aedificando pecunia esset, ea mutuo accepta, in domo professa valetudinarium extrui iussit, et simul vineam,  
 50 ut vocant, Balbinam emit <sup>98</sup>, et in ea pulcherrimum trium contignationum aedificium erigi curavit, et triclinio, et sacello, et cubiculis aliquot elegantibus, ac cellario et puteo instructum, illudque non vulgari opere, sed valde pulchro et eleganti ad

<sup>95</sup> *Mem.* n. 31.

<sup>96</sup> *Mem.* n. 31. Agitur de P. Bernardo Oliverio, de quo v. FN, I, 547 <sup>99</sup>.

<sup>97</sup> *Mem.* n. 37.

<sup>98</sup> *Mem.* nn. 134, 135.

speciem elaboratum, eo plane modo, quo virorum principum aedificia in hortis suburbanis in Italia exstructa cernuntur, et quo exteriori ornatus ac florum et pieturarum incrustatione nullum in his partibus collegium vel religiosorum domicilium exornatum vidi. 55

[91] Quamvis maturae virtutis Patres, etiam primarios, valde nonnunquam reprehenderet dum id mererentur, cum novitiis tamen et iunioribus valde benigne et blande procedebat, et mortificabat quidem rebus ipsis confusionem magnam et abnegationem propriae voluntatis ac iudicii adferentibus; modo tamen agendi suavi, ac vultu sereno et benevolentiam spirante, verbisque ab omni acrimonia alienis talia iniungebat, ne ab humana victi fragilitate deficerent <sup>99</sup>. 65

[92] Cum quidam novitius occurrisset ei, vividos huc atque illuc convertisset oculos et curiose omnia circumspiceret, substitit sanctus Pater, alloquens, ita eum correxit: — Ioannes Dominice (sic enim appellabatur), modestiam, quam Dominus noster tuae dedit animae, cur non etiam ostendis in oculis? — et sic admonitum reliquit <sup>100</sup>. 70

[93] Alium novitium, fabro murario lateres adferentem (dum murus versus Capitolium, publicae viae adiacens, erigeretur) intuitus, agnovit vehementer confundi; notus enim sat in Urbe et nobili loco natus, et hanc ob causam valde afflictus. Veritus ergo ne tenera planta, gravi mortificationis pressa onere, concideret, vetuit ne amplius eo in loco compareret, et novitii directorem, illo absente, acriter reprehendit, quod eum indiscrete in loco, cunctis romanis pervio, ad talia obsequia detrusisset, quibus ferendis eo tempore teneram adhuc illius virtutem imparem esse cogitare debuerat <sup>101</sup>. 75

[94] Speciali regula, inter regulas Ministri posita, praescripserat sanctus Pater Ministro, ne ullum officium sine expresso suo scitu iniungeret ei, qui esset ab aliqua invaletudine liberatus; volebat ut convalescentibus, etiam si iam in valetudinario non manerent, per [12] manus infirmarii cibi darentur, et nihilominus essent sub cura medici, sicut terantur antea dum essent infirmi <sup>102</sup>. 85

<sup>88</sup> esse sub cura medici, sicut sunt *ms.*

<sup>99</sup> *Mem.* nn. 104, 105.

<sup>100</sup> *Mem.* n. 181.

<sup>101</sup> Vide RIBADENEYRA, *Dichos y hechos*, cap. III, n. 1, ubi dicitur hoc factum evenisse a. 1550. Minister erat tunc temporis Pater Bernardus Oliverius. FN, II, 482. Cfr. etiam infra, p. 685, n. [13].

<sup>102</sup> Regulae Ministri, n. 27, p. 173.

- 90 [95] Inter regulas infirmarii ultimam posuerat, ut sollicite inquireret ab infirmo, qui essent ei magis grati ex domesticis, a quibus visitari vellet, et isti soli, non alii, admitterentur ad recreandum infirmum; quos admittere erat in potestate infirmarii <sup>103</sup>.

## [CAPUT IV]

AMOR RELIGIOSAE AEDIFICATIONIS ET DISCIPLINAE  
IN SANCTO PATRE EXIMIUS

96. *Intentus erat ne consuetudines parum opportune inducerentur.* — *De ludis domesticis.* — 97. *De lavione monendo die veneris.* — 98. *Lintei non appendendi eo in loco ubi videri possint.* — 99. *De modo barbam tondendi.* — 100. *Cubicula ordinanda. Amor munditiei.* — 101. *Eleemosyna perpetua in bonum domus professae an accipienda.* — 102. *Socii domus professae in collegiis ne comedant.* — 103. *Res collegiorum in domo professae non acceptandae nisi mutui titulo.* — 104. *De eleemosynis pro domo professae.* — 105. *Cura perfectionis. De paenitentia impositis.* — 106. *Paenitentia in eum qui iniuriosa verba protulisset.* — 107. *In eum qui sine facultate alios alloquutus esset.* — *Paenitentia inoboedientibus imposita.* — 108. *Paenitentia imposita Patri Doménéch.* — 109 *Patri Didaco Guzmán.* — 110. *Quibusdam detractoria verba proferentibus.* — 111. *Cuidam alium verbis pungentibus afficientem.* — 112. *Silvestro Landino.* — 113. *Franciscum Marino dimittit.* — 114. *Infirmarium ob immodestiam.* — 115. *Alium eadem de causa.* — 116. *Antonium Marino.*

- [96] Valde erat intentus sanctus Pater ne quid eius tempore fieret, quod et praesentibus et posteris mali speciem exempli praeberet; ideo et facta quorundam improbabat et puniebat, quae scandali posse occasionem praebere videbantur, et impedi-  
5 bat ne talia apparerent. Hanc ob causam pro recreatione suburbana nostrorum nil aliud praeter deambulationem et iucunda colloquia permittere voluit, nisi tridiculorum lusum, in quo per circulum ferreum; sive supra mensam sive supra terram, globi malleolo traiciuntur; et tabellarum rotundarum, quae per  
10 mensas longo tractu certis conditionibus protruduntur. Et magna postea poena affecit Patres Olavium ac Ribadeneiram ac alios, quod malum aureum inter se mutuo proiicerent, † manu † utraque proiectum apprehendendum; quod si casu excideret vel non apprehenderetur manu, salutatio angelica recitanda erat. Ob

---

12 manu] nam *ms.*

---

<sup>103</sup> Regulae Infirmarii, n. 18, p. 184.

hunc, inquam, lusum eos punivit, uti et alios, qui alium lusum 15  
modum invexerant, nolens similia in exemplum trahi <sup>104</sup>.

[97] Omnibus consultoribus poenitentiam iniunxit, quod,  
non praemonito lanione de praescripto medici, missus fuisset  
emptor ad carnes in macello tempore quadragesimae emendas  
pro esu quorundam nostrorum; ideoque ipsum dein Ministrum 20  
ad lanionem misit, qui eum doceret id ex iusta necessitate fieri  
et medici praescripto <sup>105</sup>.

[98] Vetuerat ne domi a nostris abluta indusia et lectorum  
linreamina aliave in locis, saecularium aspectui expositis, siccanda  
appenderentur, iudicans rem non esse boni exempli <sup>106</sup>. 25

[99] Eandem ob causam barbam a nostris ali vetuit, vel  
ad similitudinem saecularium tonderi; ideoque, quoniam, cum  
barbarum tonsore uterentur nostri, non aequae distantes omni  
ex parte pili barbae reliquebantur, ne sub mento longior pro-  
mineret barba quam a lateribus, et non in acutam [12v] apicem, 30  
sed in rotundae figurae speciem delinearet, deinceps, id non  
novacula, sed solis forcibus barbas iussit minui; et ut ipse prae-  
iret exemplo, propriis ipse manibus barbam suam abscidit, et  
omnibus ex partibus aequalem et aequae undequaque a carne  
distantem retinuit, quemadmodum nunc omnes sancti Patris 35  
imagines, et antiqua eius facies mortui formata ex gypso statua  
representat <sup>107</sup>.

[100] Indecorum putabat si in cubiculis nostrorum, oculis  
intransantium expositae apparerent scopae, calcei, lucerna aut  
ollula nocturna, aut lectuli pendentia linreamina, vel indusia 40  
et his similia; ideoque in cubiculo sancti Patris, praeter mensam,  
scamna, libros et suppellectilem scriptoriam ac lavacrum, nihil  
cernebatur, uti nec pavementum sputis coinquinatum. Quamob-  
rem exiguum testaceam scutellam, etiam dum iret cubitum,  
capiti proximam habebat, in quam expueret, hac quoque in re 45  
ostendens amorem mundicie <sup>108</sup>.

<sup>104</sup> *Mem.* n. 172.

<sup>105</sup> *Mem.* n. 267.

<sup>106</sup> *Mem.* n. 242.

<sup>107</sup> *Mem.* n. 352; *MI, Epp.*, II, 546; IV, 460; *LETURIA, La «masca-  
rilla» de S. Ignacio*, in *AHSI*, 12 (1943) 128 et *EI*, I, 464, 470; *R. M.  
de HORNEDO, Tallas ignacianas de Gregorio Fernández*, in *Razón y Fe*,  
153 (1956) 310 <sup>14</sup>.

<sup>108</sup> De amore munditiei in *Ignatio v. MON.* 6, n. 4 p. 158; *MON.* 23,  
n. 19; *FN*, II, 357; *FX*, I, 468-469; *ROSEPHIUS*, n. [200], *supra*, p. 526,  
narrat Patrem Broët contra Ignatium fuisse tentatum propter eius mun-  
ditiem, sed postea resipuisse sanctumque imitatum esse.

[101] Cum cardinales proposuissent Summo Pontifici ut nostrae domui professae quovis mense titulo eleemosynae 50 scuta tribuerentur, et non per modum redditus, quo ea liberius domus professa posset percipere, Summus Pontifex omnino volebat esse perpetua; ne autem domus professa ea respuere posset, fieri bullam, qua protectori Societatis [pro] tempore existentis fieret potestas illa scuta accipiendi, et pro libitu vel collegio Romano vel domui professae applicandi. Sanctus Pater, postquam id intellexit, consultationem instituit, cui ipse quoque praeter morem adfuit. In ea consultatione duo fuerunt conclusa: primo, si Papa id daret tanquam eleemosynam, quemadmodum dant cardinales, id bene cessurum Societati; secundo, nullo modo admittendum ut talis bulla fiat, sed ut perpetuo cedat in beneficium collegii, 60 a domo vero professa non acceptetur <sup>109</sup>.

[102] Regula speciali sanctus Pater vetuerat, ne ullus e domo professa sine speciali licentia in ullo collegio comederet, ut Rectores collegiorum, si opus esset, sine [scrupulo] possent iurare nihil domui professae ex collegiis beneficii accessisse; permittebat 65 tamen res ad certum tempus accipi ex collegiis mutuo <sup>110</sup>.

[103] Cum collegium Panormitanum multos pro domo professa fructus et vasa testacea misisset, sanctus Pater noluit ea a domo professa recipi, sed ad collegium misit, nolens aliis modis domos a collegiis iuvare, quam dando mutuo aliquid ad breve 70 tempus. Hanc ob causam, quando pro usu alicuius infirmi in domo professa vino collegii opus erat, sanctus Pater tantumdem ex domus vino ad collegium per modum commutationis mittebat <sup>111</sup>.

[104] Cum quidam uni e nostris certam pecuniae summam dedisset in pia opera impendendam, et partem domui professae 75 destinasset, imo in potestate illius nostri reliquisset ut, si vellet, totam illam pecuniam nostris domiciliis daret, sanctus Pater vetuit ne ulli prorsus domicilio nostro quicquam ex ea pecunia daretur, ut esset ab omni specie avaritiae alienissimus <sup>112</sup>.

[105] Cupiebat exactissime servari omnia, quae ad vitae 80 religiosae disciplinam et perfectionem spectabant; ideo, etsi suavissime procederet cum omnibus et omnes tenerrime diligeret, uti supra vidimus, defectus tamen quosvis severe puniebat, et

51 respuere posse ms. Post utrumque hoc verbum littera quaedam deleta est

<sup>109</sup> Mem. n. 232.

<sup>110</sup> Mem. n. 246.

<sup>111</sup> Ibid.

<sup>112</sup> Mem. n. 399.

pro rebus parvis maximas saepe poenitentias iuiungebat, volens omnes esse sine macula et ruga, quod ex hisce exemplis apparebit <sup>113</sup>.

[106] Si quis dixisset verbum, aliquam iniuriam praeferens, ordinatione scripta imposita erat talis poenitentia, ut per 3 hebdomadas tribus diebus in hebdomada prandium et coenam sumeret ad parvam mensam, et careret omni alio cibo seu ferculo, sed tantum pane et vino et menestra seu olere esset contentus <sup>114</sup>.

[107] Qui alloqueretur aliquem, quem alloqui non debebat, sine licentia, vel publicam in refectorio subibat disciplinam, vel per triduum ad parvam mensam pane et aqua, vel pane et vino ac sola menestra, pro arbitrio superioris, vesceretur. Non obedienti prorsus omnis cibus eo die negabatur <sup>115</sup>, ut et illi, qui [sine] iusta causa communionem omisisset, vel qui non fuisset confessus tempore sibi pro confessione assignato <sup>116</sup>.

[108] Cum Pater Provincialis Siciliae non esset executus quoddam sibi a sancto Patre iniunctum, iussit in virtute sanctae obedientiae, ut quavis hebdomada semel ieiunaret in solo pane et vino et menestra seu olere, et per psalmum Miserere se cederet tamdiu, donec responsum [13v] acciperet; et Pater noster [certior fieri volebat] de facta illa re, quam ei faciendam iniunxerat <sup>117</sup>.

[109] Cum P. Didacus Guzmanus, nimis urgendo, petiisset licentiam Lauretum peregrinandi pro impetranda sanitate Papae Marcello, sanctus Pater publicam disciplinam propter hanc eius importunam petitionem iniunxit, quanquam postea eam in publicam repraehensionem commutavit, ut suam culpam diceret; eo quod non debeant talia urgeri, sed tantum nude et simpliciter superiori proponi <sup>118</sup>.

[110] Cum quidam ioco dixisset quaedam detractoria, sed falsa, sanctus Pater dedit disciplinam personis 11, partim quod

<sup>113</sup> *Mem.* n. 351.

<sup>114</sup> Ultima e regulis modestiae a. 1555 ab Ignatio conscriptis. Vide FN, I, 540-541; MI, *Regulae*, 520.

<sup>115</sup> *Regulae communes*, n. 41, p. 165; cf. *Regulas communes collegii Romani* a. 1551, n. XVII, p. 258; *Regulas communes* a. 1551, n. 11, p. 289. Vide dictum S. Ignatii in *Memoriali*, n. 391.

<sup>116</sup> *Regulae communes*, n. 11, p. 161.

<sup>117</sup> Haec poenitentia iniuncta est ab Ignatio Patri Hieronymo Doménech, Siciliae Provinciali, per litteras datas die 30 iulii 1555, duabus de causis: 1<sup>o</sup> Quod, inconsulto Ignatio, Ioannem de Vega et civitatem Messanensem moverit ad petendum ut sibi P. Lafnez mitteretur. 2<sup>o</sup> Quod in suis litteris non fecisset mentionem de Ioanne Guttano, prout ei iniunctum fuerat. Vide textum harum litterarum in MI, *Epp.*, IX, 394-396; cf. *Epp.*, VII, 367.

<sup>118</sup> *Mem.* nn. 336, 337.

credidissent dicenti, partim quod et credidissent et locuti fuissent inter se hac de re <sup>119</sup>.

- 15 [111] Quidam e praecipuis magistris, quod Venetiis alterum verbis pungentibus affecisset, etsi tantae auctoritatis esset ut sine eo scholae dissolvendae viderentur, quamvis pro illo intercederetur, sanctus Pater iussit eum mitti pro poenitentia ad peregrinationem 3 mensium, et ut, ea finita, Romam veniret; 20 quod si id facere nollet, ut e Societate pelleretur <sup>120</sup>.

[112] Quendam Sylvestrum e Societate dimittere voluit ob solam inobedientiam erga medicum, tempore infirmitatis ostensam <sup>121</sup>.

- [113] Franciscum Marignum, magnae auctoritatis Patrem, 25 eum ob hanc causam dimisit, quod in tractandis negotiis cum viris principibus, ea non iuxta voluntatem et iudicium superiorum tractasset; et cum is peteret ad sequentem diem dilationem, id ei concedere noluit, sed nocte intempesta eum domo expulit <sup>122</sup>.

- [114] Quendam Fratrem coadiutorem eam solam ob causam 30 dimisit, quod, lavando pedes infirmi cuiusdam nostri, manum paulo altius protendisset quam opus esset, quamvis Frater iste per novem vel 10 annos vixerit semper cum bona aedificatione, et infirmis servivisset cum magna humilitate et patientia et charitate, et cui tantopere fidebat Pater, ut eum ad domum cuiusdam 35 medici infirmi ad eius obsequia miserit, in cuius domo sine socio per mensem manserat. Praeterea infirmus ille erat advena, et cum quo nullam antea familiaritatem habuit, et ne quidem conversationem, [14] nec quidpiam aliud, quod suspicionem movere posset ab eo malo affectu tactum <sup>123</sup>.

- 40 [115] Alterum similiter dimisit, quod, satisfaciendo naturae, visus esset se nimium denudasse <sup>124</sup>.

- [116] Antonium Marinum, primum in collegio Romano philosophiae professorem, magno ingenio et eruditione praeditum, e Societate dimisit eo quod haberet diversum a superioribus 45 de rebus Societatis iudicium, et illud nollet submittere: dimisit eum tunc, quando Societas egebat personis et carebat idoneis

<sup>119</sup> *Mem.* n. 351.

<sup>120</sup> *Mem.* n. 398. Agitur de Arnoldo Concho, de quo v. FN, I, 737 <sup>5</sup>.

<sup>121</sup> *Mem.* n. 31. Agitur de Silvestro Landini. Acciderunt haec a. 1547. Vide *Chron.* I, 232.

<sup>122</sup> De expulsiōne Francisci Marini v. *Mem.* nn. 46, 48, 360.

<sup>123</sup> *Mem.* n. 58.

<sup>124</sup> *Mem.* n. 56. De his dimissionis casibus v. FN, I, 524.



ad docendum usque adeo, ut debuerit eius loco ponere quendam novitium belgam, ante paucos menses in Societatem receptum <sup>125</sup>.

## 42

SANCTI IGNATII SENTENTIAE  
A P. LANCICIO COLLECTAE

1601-1606 ?

*Praefatio*

I. - MON. ineditum.

II. - TEXTUS manu Lancicii exaratus, in cod. *Hist. Soc.* 5b, ff. 110, 112-113v (prius 69, 71-72v).

Sunt duae series sententiarum a Lancicio ex aliis fontibus collectarum. Post primam inveniuntur: *Alcune dimande fatte da un Padre portoghese al P. Ignatio et le sue risposte*. Agitur de nota instructione S. Ignatii respondentis interrogationibus Antonii Brandão (MI, *Epp.*, III, 506-513). Documentum illud, italice redditum, in compendium redigitur, neque integrum praebet, sed tantum usque ad numerum 6 inclusum.

Ut ex annotationibus singulis sententiis a nobis apposis li- quido apparebit, Lancicius fontem praecipuum habet *Memoriale* Patris Gonçalves da Câmara. Pro quibusdam sententiis fons im- mediatu videntur esse Ribadeneyrae scripta (v. nn. 26, 27, 30, 31).

*Textus*

DETTI ET DETTAMI DEL PRE. IGNATIO.

[1] Desidera tali soggetti per la Compagnia che siano boni, con vigore et attitudine, o per le lettere, o per le cose esteriori, et che non li manchi industria per l'uno o per l'altro. Et più presto haverebbe ricevuto uno per coadiutore, purchè fosse bono perciò, che l'altro per scolaro senza habilità sufficiente per quelle, an- corchè con alcuna <sup>1</sup>.

<sup>125</sup> *Mem.* n. 49.

<sup>1</sup> Mens S. Ignatii de admittendis in Societatem apparet etiam in *Memoriali* n. 157, 6<sup>o</sup> et n. 158, I, 625; RIB. *Dichos y hechos*, c. V, n. 41. Vide etiam *Constitutiones*, P. I, c. 2.

[2] Voleva che, quanto era possibile, si ricevessero giovani et non attempati, se non fossero per le parti rare et cause straordinarie, così che havessero exterior apparenza decente et honesta, che è necessaria per trattar con frutto con i secolari. Non riceveva mal sani, se non fossero di lettere segnalati che compensassero il mancamento della sanità.

[3] Non soleva soffrire, anco nelle cose minime, le persone di testa dura et che inquietavano l'altri<sup>2</sup>.

[4] Tra le mortificationi stimava quelle che sono contra l'honore et stima propria, che quelle che affliggono la carne<sup>3</sup>. Et queste non concedeva molte a quelli che non erano combattuti molto dalla carne, massime se studiavano, tenendo che non era tanto bono per gli scolari diligenti et virtuosi il darsi alle mortificationi esterne nel tempo de' studii, ma più tosto avanti, o dopo haver finiti li studii<sup>4</sup>.

[5] Quanto all'oratione, non havendo uno bisogno particolare per le tentationi moleste et pericolose, approvava più il procurar in tutte le cose che homo fa, trovar Iddio, che dar [110v] molto tempo continuo all'oratione<sup>5</sup>. Et questo spirito ricercava in quelli della Compagnia, acciò non trovassero (quanto era possibile) meno devotione in qualsivoglia opra di carità et d'obedientia che nell'oratione o meditatione, poichè non dovevano fare cosa alcuna per altro che per amor et servitio di Dio; et in quello doveva trovar ciascuno più contento che li era ordinato, poichè alhora non poteva dubitare che si conformava con la volontà di Dio N. Signore.

[6] Non voleva che tra di noi fosse varietà dell'opinioni, ancorchè nelle cose speculative<sup>6</sup>.

[7] Voleva che in tutto cercassero la magior gloria di Dio, nelle operationi et nell'aiutar l'anime<sup>7</sup>, havendo in ciò sempre più riguardo al ben universale che al particolare.

<sup>2</sup> Vide casum de Soldevila qui inquietavit Petrum Silvium, *Mem.* n. 50, I, 557-558 et cf. *ibid.* n. 46.

<sup>3</sup> Cf. *Mem.* n. 195, I, 644; RIBADENEYRAE *Collectanea*, FN, II, 419, n. 24.

<sup>4</sup> Cf. FN, II, 200, 431; *Constitutiones*, P. IV, c. IV, n. 2.

<sup>5</sup> Cf. *Mem.* n. 256, I, 676-677; RIB., *Dichos y hechos*, c. V, n. 62; *IDEM*, *Collectanea*, FN, II, 419, n. 22.

<sup>6</sup> Cf. *Constitutiones*, P. III, c. I, n. 18.

<sup>7</sup> Cf. NADAL, *Adhortationes in coll. Romano*, FN, II, 5, n. 10; cf. *ibid.* pp. 5, 65, 68, 148, 156, 186-187, 202-204, 429<sup>10</sup>, 541.

*Sequitur* : Alcune dimande fatte da un Padre portoghese al P. Ignatio et le sue risposte. *Postea veniunt*

## DETTAMI ET DETTI DEL PADRE

[8] Quelli che entrano nell Compagnia dovevano entrar con due piedi : destro, che è l'obedienza dell'intelletto, et sinistro che è l'obedienza della volontà ; et quelli che havevano l'istesso volere con il Superiore, ma non l'istesso parere, stavano con piede sinistro solo nella Compagnia <sup>8</sup>. 5

[9] Li parevano 3 cose esser necessarie et bastanti, acciò qualsivoglia Papa reformasse il mondo : reformar la sua medesima persona, la sua casa o fameglia, e la corte et città di Roma <sup>9</sup>. 10

[10] Iddio sempre vuol dare molta fortezza et consolatione in quelle cose le quali il demonio ha stentato di levare in un'anima et non ha potuto <sup>10</sup>.

[11] Suole N. Signore aiutare più per quella parte dove il demonio mette più forze <sup>11</sup>. 15

[12] Diceva che di 100 homini che si davano all'orationi lunghe et gran penitenze, la maggior parte d'essi veniva per ordinario a grand'inconvenienti, massime alla durezza dell'intelletto. Et perciò il P. Ignatio poneva tutt'il fundamento nella mortificatione et annegatione della volontà <sup>12</sup>. 20

[13] Quell'oratione lodava assai che consiste nell'operar portando Iddio avanti gl'occhi <sup>13</sup>.

[14] Soleva dire molte volte : Se alcuno non si porta bene [112v] nella Compagnia, non vorria star con lui quella notte sotto un tetto <sup>14</sup>. 25

[15] Diceva molte volte che la Compagnia doveva havere sempre particular cura di mortificar nobili et letterati, perchè se questi fossero fini fariano gran servitio a Dio, et se non fossero tali fariano molto male <sup>15</sup>.

<sup>6</sup> solo *sup. lin.* || <sup>16</sup> davano *videtur correct. ex deessero*

<sup>8</sup> Cf. *Mem.* n. 62, I, 567.

<sup>9</sup> Ibid. nn. 94, 343, I, 583, 719.

<sup>10</sup> Ibid. n. 96, I, pp. 583-584.

<sup>11</sup> Ibid. n. 139, I, 611.

<sup>12</sup> *Mem.* n. 256, I, 677.

<sup>13</sup> V. *supra* n. [5] et cf. annot. 5.

<sup>14</sup> *Mem.* n. 277, I, 690.

<sup>15</sup> Ibid. n. 295, I, 699.

[2] Voleva che, quanto era possibile, si ricevessero giovani et non attempati, se non fossero per le parti rare et cause straordinarie, così che havessero exterior apparenza decente et honesta, che è necessaria per trattar con frutto con i secolari. Non riceveva mal sani, se non fossero di lettere segnalati che compensassero il mancamento della sanità.

[3] Non soleva soffrire, anco nelle cose minime, le persone di testa dura et che inquietavano l'altri <sup>3</sup>.

[4] Tra le mortificationi stimava quelle che sono contra l'honore et stima propria, che quelle che affliggono la carne <sup>3</sup>. Et queste non concedeva molte a quelli che non erano combattuti molto dalla carne, massime se studiavano, tenendo che non era tanto bono per gli scolari diligenti et virtuosi il darsi alle mortificationi esterne nel tempo de' studii, ma più tosto avanti, o dopo haver finiti li studii <sup>4</sup>.

[5] Quanto all'oratione, non havendo uno bisogno particolare per le tentationi moleste et pericolose, approvava più il procurar in tutte le cose che homo fa, trovar Iddio, che dar [110v] molto tempo continuo all'oratione <sup>5</sup>. Et questo spirito ricercava in quelli della Compagnia, acciò non trovassero (quanto era possibile) meno devotione in qualsivoglia opra di carità et d'obedientia che nell'oratione o meditatione, poichè non dovevano fare cosa alcuna per altro che per amor et servitio di Dio; et in quello doveva trovar ciascuno più contento che li era ordinato, poichè alhora non poteva dubitare che si conformava con la volontà di Dio N. Signore.

[6] Non voleva che tra di noi fosse varietà dell'opinioni, ancorchè nelle cose speculative <sup>6</sup>.

[7] Voleva che in tutto cercassero la magior gloria di Dio, nelle operationi et nell'aiutar l'anime <sup>7</sup>, havendo in ciò sempre più riguardo al ben universale che al particolare.

<sup>3</sup> Vide casum de Soldevila qui inquietavit Petrum Silvium, *Mem.* n. 50, I, 557-558 et cf. *ibid.* n. 48.

<sup>4</sup> Cf. *Mem.* n. 195, I, 644; RIBADENEYRAE *Collectanea*, FN, II, 419, n. 24.

<sup>5</sup> Cf. FN, II, 200, 431; *Constitutiones*, P. IV, c. IV, n. 2.

<sup>6</sup> Cf. *Mem.* n. 256, I, 676-677; RIB., *Dichos y hechos*, c. V, n. 62; *IDEM*, *Collectanea*, FN, II, 419, n. 22.

<sup>7</sup> Cf. *Constitutiones*, P. III, c. I, n. 18.

<sup>8</sup> Cf. NADAL, *Adhortationes in coll. Romano*, FN, II, 5, n. 10; cf. *ibid.* pp. 5, 65, 68, 148, 156, 186-187, 202-204, 429 <sup>10</sup>, 541.

*Sequitur* : Alcune dimande fatte da un Padre portoghese al P. Ignatio et le sue risposte. *Postea veniunt*

## DETTAMI ET DETTI DEL PADRE

[8] Quelli che entrano nell Compagnia dovevano entrar con due piedi : destro, che è l'obedienza dell'intelletto, et sinistro che è l'obedienza della volontà ; et quelli che havevano l'istesso volere con il Superiore, ma non l'istesso parere, stavano con piede sinistro solo nella Compagnia <sup>8</sup>. 5

[9] Li parevano 3 cose esser necessarie et bastanti, acciò qualsivoglia Papa reformasse il mondo : reformar la sua medesima persona, la sua casa o fameglia, e la corte et città di Roma <sup>9</sup>. 10

[10] Iddio sempre vuol dare molta fortezza et consolatione in quelle cose le quali il demonio ha stentato di levare in un'anima et non ha potuto <sup>10</sup>.

[11] Suole N. Signore aiutare più per quella parte dove il demonio mette più forze <sup>11</sup>. 15

[12] Diceva che di 100 homini che si davano all'orationi lunghe et gran penitenze, la maggior parte d'essi veniva per ordinario a grand'inconvenienti, massime alla durezza dell'intelletto. Et perciò il P. Ignatio poneva tutt'il fundamento nella mortificatione et annegatione della volontà <sup>12</sup>. 20

[13] Quell'oratione lodava assai che consiste nell'operar portando Iddio avanti gl'occhi <sup>13</sup>.

[14] Soleva dire molte volte : Se alcuno non si porta bene [112v] nella Compagnia, non vorria star con lui quella notte sotto un tetto <sup>14</sup>. 25

[15] Diceva molte volte che la Compagnia doveva havere sempre particular cura di mortificar nobili et letterati, perchè se questi fossero fini fariano gran servitio a Dio, et se non fossero tali fariano molto male <sup>15</sup>.

6 solo *sup. lin.* || 16 davano *videtur correct. ex deessero*

<sup>8</sup> Cf. *Mem.* n. 62, I, 567.

<sup>9</sup> Ibid. nn. 94, 343, I, 583, 719.

<sup>10</sup> Ibid. n. 96, I, pp. 583-584.

<sup>11</sup> Ibid. n. 139, I, 611.

<sup>12</sup> *Mem.* n. 256, I, 677.

<sup>13</sup> V. *supra* n. [5] et cf. annot. 5.

<sup>14</sup> *Mem.* n. 277, I, 690.

<sup>15</sup> Ibid. n. 295, I, 699.

30 [16] Non voleva che alcuno della Compagnia procurasse la confessione de' prencipi, nè anco si scusasse quando, essendo ricercato di ciò, egli ciò non avesse procurato<sup>16</sup>; ma si mettesse il tutto al giuditio de' superiori.

[17] Li pareva che il confessore di qualche prencipe non  
35 dovesse parlar mai nel tempo della confessione al prencipe di nissun negozio, se bene potria informarsi delli particolari, per dar ricordi al prencipe a suoi tempi convenienti<sup>17</sup>.

[18] Mostrò sempre l'aversione dalle profecie non approvate dalla Chiesa.

40 [19] Quando s'eleggeva il Papa dopo la morte di Papa Marcello, li proposero che saria bene far oratione continua per l'elettione, et non li parve, per non far riti novi; nè anco che tutti insieme dicessero le litanie, ma che le potriano dire dieci o dodici di quelli che forsi si sariano scordati di far l'oratione  
45 tre volte, come s'era ordinato. [113]

[20] Mandò uno una volta al collegio non so che limosina, et il collegio non la volse pigliare. Il Padre ha risposto che, quando la persona che fa la limosina non avesse figli, nè altro interesse nel collegio, era lecito pigliarla. Però se qualche per-  
50 sona interessata lassiasse qualche legato per il collegio, lo poteva pigliare.

[21] Giudicava non esser bene che si scoprissero quelli che havevano la vocatione.

[22] Diceva che sempre s'ha da havere la mira al corpo  
55 acciò sia netto, et per ciò spedire con facilità gli scandalosi<sup>18</sup>.

[23] Li piaceva, quando uno era tentato per andarsene via et non si poteva ritenere, o non doveva, prima di spedirlo, cercar di ridurlo acciò voglia restare, et dipoi mandarlo con amore et non esasperato<sup>19</sup>.

60 [24] Dispiacevali che gli Coadiutori andassero con le vesti lunghe, et ordinò per regola acciò non arivassero ad oltre un palmo, et che Ministro lo vedesse sempre, acciò la varietà dell'officiali non la disfacesse<sup>20</sup>.

---

37 *post* convenienti *del.* et così disse

---

<sup>16</sup> Ibid. n. 308, 1<sup>o</sup>, I, 706.

<sup>17</sup> Ibid. n. 308, 2<sup>o</sup>, I, 706.

<sup>18</sup> Ibid. n. 348, I, 722.

<sup>19</sup> De modo dimittendi e Societate v. *Mem.*: FN, I, 580, 604-605, 722, 736, 738-739.

<sup>20</sup> *Mem.* n. 389, I, 734, ubi sententia non eodem modo exprimitur.

[25] Non giudicava doversi ritenere quelli nella Compagnia che vivevano di maniera, nella quale vivendo nel secolo, se in quel modo di vivere dimandassero d'entrare, per quello non fossero giudicati boni per la Compagnia<sup>21</sup>. 65

[26] Diceva, si alcuna cosa lo doveva far desiderare di vivere, era per esser difficile in ricevere la gente per la Compagnia<sup>22</sup>. 70

[27] Giudicava per cosa nociva raccontar alli novitii gl'esempi di virtù delle persone che non hanno spirito conforme a quello della Compagnia, per il pericolo che era che non s'intepidissero nella propria vocatione<sup>23</sup>.

[28] Era di parere che nella Compagnia, se alcuni si dovevano tollerare non portandosi bene, dovevano essere più tosto persone di bassa sorte et poco dotte, che nobili et dotte; perchè diceva quelli si potevano licenziare senza romore et scandalo, non così queste; et come persone di qualità, portandosi bene, danno gran credito alla Compagnia, così quando si portano male le danno un gran smacco<sup>24</sup>. 75 80

[29] Parlando una volta il Padre di alcuni della Compagnia zelosi che volevano reformare il mondo et mettersi nelle cose del governo, come homini di repubblica, disse che ciò non li pareva bene, et che in simili cose quel che li si offeriva era il pensar di che cosa da lui doveva dimandare il conto il Signore nel dì del giudicio, et che non lo doveva dimandare di non haver riformato il mondo et cose tali, ma di non haver caminato secondo il suo istituto, nè aiutato l'anime, come toccava ad un povero religioso. 85 90

[30] L'anno 1545, volendo li Teatini unirsi con la Compagnia, et havendo ciò proposto per il P. Laynez, il P. Ignatio non volse, come nè anco quando li Barnabiti l'anno 1551 dimandorno l'istesso per mezzo dell'Arcivescovo di Genova, Mons.<sup>or</sup> Sauli<sup>25</sup>. 95

[31] Il P. Laynez s'affliggeva molto di qualsivoglia difetto che vedeva nelli nostri, et, quantunque stasse con la quartana,

65 nella quale corr. ex come

<sup>21</sup> Cf. *Mem.* n. 158, I, 625.

<sup>22</sup> RIB., *Dichos y hechos*, c. I, n. 23: FN, II, 475-476; ibid. c. V, n. 72; PC, II, 772. Vide interpretationem huius sententiae in FN, I, 68\*.

<sup>23</sup> Cf. RIB., *De Actis*, n. 58; *Dichos y hechos*, c. III, n. 2, FN, II, 360-361.

<sup>24</sup> Vide supra, n. [8].

<sup>25</sup> Cf. RIB., *Dichos y hechos*, c. V, n. 91, I, 496-497.

il P. Ignatio perciò lo riprese, et così imparò che siamo homini, et dove sono molti, vi è l'oro mescolato con la scoria<sup>26</sup>.

## 43

## NICOLAI LANCICII COLLECTANEA

in cod. *Hist. Soc.* 5b

c. 1601-1606

Codex *Hist. Soc.* 5b accurate descriptus fuit in nostro primo volumine (pp. 68 \*-73 \*)<sup>1</sup>. Prout ibi dicitur, maxima pars documentorum quae continet (inde a f. 66), scripta sunt manu Nicolai Lancicii. Eorum profundiorē analysim nobis faciendam duximus, ut clare erui possit quid in eis contineatur quod edendum sit, quid ex aliis documentis antiquioribus a nobis iam editis desumptum fuerit.

## I

Duo magni tractatus in codice inveniuntur a Lancicio confecti eiusque manu exarati, quorum alter de virtutibus S. Ignatii, alter de miraculis et prophetiis sermonem facit. Prior extenditur a f. 73 ad f. 136 recentioris numerationis stilo lapideo factae (45-92bis antiquae). Initium tractatus reponendum videtur in fol. 93 (58), ubi titulus invenitur: *Pro vita P. Ignatii*. Ex hoc titulo apparet quanam fuerit Lancicii intentio in his collectaneis concinnandis. In eodem folio, et quidem in margine, additur manu ipsius Lancicii: *Ex P. Polanco vel P. González*. Re quidem vera, nihil aliud invenitur in toto tractatu praeter sententias S. Ignatii vel facta vitae eius secundum virtutes distributa, desumpta praecipue ex scriptis Polanci et ex *Memoriali* Patris Gonçalves da Câmara.

Incipit latine a f. 93 ad f. 97v (ff. 58-62v). Inde retro vertendo, a f. 73 ad f. 91 (ff. 45-57bis non sign.) et a f. 98 ad f. 136 (ff. 63-92bis non sign.) italica lingua utitur auctor.

<sup>26</sup> Ibid. n. 17, p. 499.

<sup>1</sup> Cum hic codex anno 1955 restauratus est, novā numeratione signata sunt folia, omissis albis. Inde factum est, ut triplicem in hoc codice numerationem inveniamus!: primam antiquam, recentiorē stilo lapideo scriptam (quae definitiva videbatur futura), novissimam. Cum nostra documenta fere omnia parata essent cum novissima haec inducta est foliorum numeratio, eam missam facimus, utentes numeratione stilo lapideo facta, quam in duobus prioribus voluminibus etiam adhibuimus. In NOTITIA CODICUM correspondentiam cum novissima hac numeratione indicamus.



En tibi capita in quae virtutes dividuntur : f. 93 : *Paupertas Ignatii* (duo exempla desumpta e *Memoriali* n. 232 et ex *Chronico*, II, 164-165, n. 6) ; f. 93v : *Charitas* (*Chron.*, II, 165) ; f. 94 : *Reverentia erga P. Ignatium Patris Simonis* (EB, p. 591) ; f. 94 : *Societas Iesu* (de nomine Societatis, ex *Apologia Natalis contra Pedroche*, FN, I, 321) ; f. 94r-v : De Antonio eremita Maioricensi (« Ex m. s. P. Natalis », seu ex *Chronico Natalis*, v. EN, I, 24-25, nn. 88-89) ; ff. 94v-95v : De nomine Societatis (ex *Chronico Polanci* et ex capitibus VIII et IX *Vitae* latinae eiusdem, FN, II, 585, 595, et ex adhortatione Lainii, FN, II, 133) ; f. 96 : Apparitio S. Petri (ex *Polanci Vita*, c. 1 : FN, II, 517) et Beatae Virginis (ibid., pp. 519-520) ; f. 96 : De nomine Societatis (ex *Summario* hispanico Polanci, hispanice transcripto, FN, I, 204) ; f. 96v : *Gratitudo Ignatii in benefactores*.

Haec pars latina, ut ex supra annotatis apparet, varias res permixtas continet.

Inde a f. 73 (45) Lancicius italica lingua utitur, nonnulli tamen tituli latine scribuntur. Auctoris scribendi modus maiorem quandam continuitatem et nexum quam in antecedentibus prae se fert. f. 73 : *Charitas et patientia* ; f. 77 : *L'obedienza* ; f. 78 : *Mortificatio passionum* ; f. 79 : *La gratitudine* ; f. 80 : *Paupertas* ; ff. 81-82 : *Costanza* ; f. 88 : *Charitas* ; ff. 89-91 : *Alcune particolarità intorno alla sua persona* ; ff. 92 : *Pro universali historia* (est foliolum adiectitium in quo duae res habentur e *Memoriali* desumptae : de oppositione initiali cardinalis Ghinucci contra approbationem Societatis, et de inquisitione Lusitana) ; f. 98 : *Le particolarità intorno alla sua persona* ; ff. 100-103 : alba ; f. 104 : *Speranza* ; f. 105 : *La cura dell'edificazione* ; f. 107 : *L'unione con Dio* ; f. 109 : album ; ff. 114-115 : alba ; f. 116 : *Il governo* ; f. 126 : *Il modo di governare* ; f. 130 : iterum *Il modo di governare* ; f. 132 : *Prudenza* ; f. 134 : *Modo d'aiutar uno nello spirito*.

Omnia fere quae in ff. 73-91 et ff. 98-136 continentur, desumpta sunt e *Memoriali* Patris Gonçalves de Câmara, fere semper verbum e verbo in italicum sermonem translata, nonnumquam redacta in compendium. Facta quae narrantur proveniunt tum ex parte *Memorialis* hispanico sermone conscripta, tum ex commentario lusitano. Scimus Lancicium possedisse exemplar *Memorialis* a se descriptum ex originali romano. Ter saltem affert paginas sui manuscripti : f. 92 : « Vide Gonzal. p. 158 in 4<sup>o</sup> meo » ; f. 96 : « Vide Diarium P. González fol. 82, 83, 84 » ; f. 121. De hoc exemplari *Memorialis*, v. Lancicii *Memorabilia*, n. 9 (infra, MON. 47).

Prout apparet iam ex titulo generali posito : *Pro vita P. Ignatii* (f. 93), intentio Lancicii fuit colligere silvam rerum ad illam vitam sive ad historiam Societatis conscribendam. Haec intentio manifestatur etiam in annotatione marginali posita in f. 127v, ubi referens Lancicius dicta in *Memoriali*, n. 88, 3<sup>o</sup>, de modo quo Ignatius ute-

batur ad amorem suorum subditorum sibi conciliandum, dicit : « Questo si può ben raccontare, che non parerà troppo artificio et politica ».

Ad *tempus* quod attinet, statui potest Lancicium haec collectanea scripsisse dum Patri Nicolao Orlandini praesto erat, ut eum adiuuaret in Historia Societatis conscribenda, id est, annis 1601-1606.

Cum, ut superius monuimus, in hoc tractatu omnia fere desumantur e *Memoriali* P.<sup>is</sup> Câmara, nullo modo edendus apparet ; immo vero, nec necessarium videtur singillatim indicare fontes rerum sive sententiarum a Lancicio excerptarum. Nonnulla tantum edenda seligimus quae vel in *Memoriali* non inveniuntur, vel modo diverso exprimuntur. Initio edimus paragraphum solutam, quae invenitur in folio 71.

- [1] f. 71. Etsi ex felicibus Societatis successibus et fructu eximio animorum eius institutionem subsecuto, clare intelligi possit Beatum Ignatium, primum post Deum, horum omnium authorem divinitus orbi universo hanc ipsam ob causam donatum fuisse ; id tamen clarissime ostendit divina P. Andreae Oviedi, Patriarchae Aethiopiae, visio. Huic enim, incertum quo anno, principes Apostolorum Petrus et Paulus apparuerunt, ipsorumque nomine B. Ignatio iusserunt indicari, in eo Christum Dominum complacuisse, eumque ad commune totius Ecclesiae bonum et utilitatem elegisse. Quo dicto, Sancti Apostoli disparuerunt. Pater autem Oviedus visum hoc coeleste P. Ioanni Nicolao Petrello<sup>1</sup> ipse narravit, a quo postmodum vulgatum, ad nos certo pervenit.

Sequitur narratio apparitionis ad « La Storta », desumpta ex Lainii adhortationibus : « cuius [apparitionis] facit mentionem P. Ribadeneira, l. II, c. II. Asservatur haec exhortatio m. s. cum alibi, tum in archivio Romano, ex quo illam habui ».

ff. 71v-72v. « Exemplar litterarum scriptarum a P. Alardo Frankaenio ad R. P. Generalem » [Claudium Aquaviva] de apparitione S. Ignatii Patri Leonardo Kessel, 28 iunii 1600. Editae in *Scripta*, II, 482-484 ex autographo servato in archivio Postulationis causarum S. I., cod. *Process. beatif. VIII*, ff. 20-21. Exemplar codicis nostri manu Lancicii exaratum cohaeret ad verbum cum dicto autographo.

<sup>1</sup> Ioannes Nicolaus Petrella, natus ca. 1530 Hydrunti (Otranto) ; ingressus a. 1553 mense ianuario Neapoli (*Sic.* 59, f. 34v), professus 4 votorum Neapoli 15-VIII-1564 (*Ital.* 3, f. 248) ; † 6-II-1610 Neapoli (*Hist. Soc.* 43, f. 22).

Post fol. 72 avulsa sunt quatuor folia et quidem ante antiquam foliorum numerationem, quia ante haec folia numeratur fol. 44 et post ea folium 45 (numeratione recentiore ff. 72, 73). Ut videtur, tantum quartum folium scriptum erat, in quo exercitium aliquod pietatis continebatur, nam in eo legi possunt saepius repetita haec verba : « adora et ama SS. ».

[2] f. 97. Quidam Frater, laudans coram altero b. P. Ignatium, sanctum eum esse dixit. Quod cum audisset b. Pater, 15 accersit Fratrem, et: — Itane, inquit, Frater, loqueris? Gravem quidem moereri poenam ob hanc quam dixisti blasphemiam, quod nequam hominem maximumque peccatorem vocasti sanctum. Ergo poenae loco 15 diebus in locis communibus cibum capies<sup>2</sup> —. Haec retulit Ioannes Paulus Borellus, qui praesens 20 adfuit rei gestae, Paulo Cicotti<sup>3</sup>, a quo ego accepi.

[3] f. 116v. Quando ordinava alcuna cosa nova, la quale prevedeva che non era per durare, per conto delle circostanze che non dovevano durare, il Padre ordinava che prima di cominciare si dicesse a tutti che questo si faceva per alcun tempo, 25 mentre durava questa o quella circostanza o cosa; perchè non voleva che paresse dipoi ad altri, che quel novo costume era ordinato inconsideratamente, o lassiato per incostanza.

[4] Quando alcuno diceva haver bisogno di qualche cosa straordinaria et di momento, lo faceva scrivere quella in carta, 30 qual pigliava et dipoi ponderava et considerava, nè era facile a negar di prima botta quel che si dimandava.

[5] f. 117. Ricevette una volta uno che haveva mancamento nell'udire et nella voce, non per scolare nè per altri officii di casa, perchè era di forze fiacco, ma per scrivere, perchè ha- 35 veva bona mano.

[6] f. 123v. Prima di dar ad alcuno qualche officio fuor di Roma che fosse di qualche momento, lo provava prima et essercitava in Roma, per vedere se saria riuscito. Talvolta mettendo uno in governo non ancor pratico in quello, l'ordinava acciò 40 ogni dì dasse conto delle cose passate quel dì a qualche Padre suddito suo, assegnandoli un particolar, la cui prudenza et virtù haveva ben conosciuta<sup>4</sup>.

<sup>2</sup> Cf. ea quae Didaco de Egua evenerunt ob rem similem, in *Mem.* n. 163, FN, I, p. 629, et cf. ibid. pp. 631, 656, 683.

<sup>3</sup> Paulus Cecotti (in *ms.* Cicotti, Ceccottus), Pisanus, n. 1-XI-1540, adm. 25-IX-1469 (*Rom.* 54, f. 272v). Coad. temp. formatus, Romae 10-IX-1579 (*Ital.* 3, f. 555), † 10-I-1612 Romae (*Hist. Soc.* 43a, f. 430).

<sup>4</sup> Cf. *Mem.* n. 111, p. 592.

batur ad amorem suorum subditorum sibi conciliandum, dicit :  
 « Questo si può ben raccontare, che non parerà troppo artificio et politica ».

Ad *tempus* quod attinet, statui potest Lancicium haec collectanea scripsisse dum Patri Nicolao Orlandini praesto erat, ut eum adiuuaret in Historia Societatis conscribenda, id est, annis 1601-1606.

Cum, ut superius monuimus, in hoc tractatu omnia fere desumantur e *Memoriali* P.<sup>is</sup> Câmara, nullo modo edendus apparet; immo vero, nec necessarium videtur singillatim indicare fontes rerum sive sententiarum a Lancicio excerptarum. Nonnulla tantum edenda seligimus quae vel in *Memoriali* non inveniuntur, vel modo diverso exprimuntur. Initio edimus paragraphum solutam, quae invenitur in folio 71.

[1] f. 71. Etsi ex felicibus Societatis successibus et fructu eximio animorum eius institutionem subsecuto, clare intelligi possit Beatum Ignatium, primum post Deum, horum omnium authorem divinitus orbi universo hanc ipsam ob causam donatum fuisse; id tamen clarissime ostendit divina P. Andreae Oviedi, Patriarchae Aethiopiae, visio. Huic enim, incertum quo anno, principes Apostolorum Petrus et Paulus apparuerunt, ipsorumque nomine B. Ignatio iusserunt indicari, in eo Christum Dominum complacuisse, eumque ad commune totius Ecclesiae  
 5 bonum et utilitatem elegisse. Quo dicto, Sancti Apostoli disparuerunt. Pater autem Oviedus visum hoc coeleste P. Ioanni Nicolao Petrello<sup>1</sup> ipse narravit, a quo postmodum vulgatum, ad nos certo pervenit.  
 10

Sequitur narratio apparitionis ad « La Storta », desumpta ex Lainii adhortationibus : « cuius [apparitionis] facit mentionem P. Ribadeneira, l. II, c. II. Asservatur haec exhortatio m. s. cum alibi, tum in archivio Romano, ex quo illam habui ».

ff. 71v-72v. « Exemplar litterarum scriptarum a P. Alardo Frankaenio ad R. P. Generalem » [Claudium Aquaviva] de apparitione S. Ignatii Patri Leonardo Kessel, 28 iunii 1600. Editae in *Scripta*, II, 482-484 ex autographo servato in archivio Postulationis causarum S. I., cod. *Process. beatif. VIII*, ff. 20-21. Exemplar codicis nostri manu Lancicii exaratum cohaeret ad verbum cum dicto autographo.

<sup>1</sup> Ioannes Nicolaus Petrella, natus ca. 1530 Hydrunti (Otranto); ingressus a. 1553 mense ianuario Neapoli (*Sic.* 59, f. 34v), professus 4 votorum Neapoli 15-VIII-1564 (*Ital.* 3, f. 248); † 6-II-1610 Neapoli (*Hist. Soc.* 43, f. 22).

Post fol. 72 avulsa sunt quatuor folia et quidem ante antiquam foliorum numerationem, quia ante haec folia numeratur fol. 44 et post ea folium 45 (numeratione recentiore ff. 72, 73). Ut videtur, tantum quartum folium scriptum erat, in quo exercitium aliquod pietatis continebatur, nam in eo legi possunt saepius repetita haec verba: « adora et ama SS. ».

[2] f. 97. Quidam Frater, laudans coram altero b. P. Ignatium, sanctum eum esse dixit. Quod cum audisset b. Pater, 15 accersit Fratrem, et: — Itane, inquit, Frater, loqueris? Gravem quidem moereris poenam ob hanc quam dixisti blasphemiam, quod nequam hominem maximumque peccatorem vocasti sanctum. Ergo poenae loco 15 diebus in locis communibus cibum capies<sup>2</sup> —. Haec retulit Ioannes Paulus Borellus, qui prae- 20 sens adfuit rei gestae, Paulo Cicotti<sup>3</sup>, a quo ego accepi.

[3] f. 116v. Quando ordinava alcuna cosa nova, la quale prevedeva che non era per durare, per conto delle circostanze che non dovevano durare, il Padre ordinava che prima di cominciare si dicesse a tutti che questo si faceva per alcun tempo, 25 mentre durava questa o quella circostanza o cosa; perchè non voleva che paresse dipoi ad altri, che quel novo costume era ordinato inconsideratamente, o lassiato per incostanza.

[4] Quando alcuno diceva haver bisogno di qualche cosa straordinaria et di momento, lo faceva scrivere quella in carta, 30 qual pigliava et dipoi ponderava et considerava, nè era facile a negar di prima botta quel che si dimandava.

[5] f. 117. Ricevette una volta uno che haveva mancamento nell'udire et nella voce, non per scolare nè per altri officii di casa, perchè era di forze fiacco, ma per scrivere, perchè ha- 35 veva bona mano.

[6] f. 123v. Prima di dar ad alcuno qualche officio fuor di Roma che fosse di qualche momento, lo provava prima et essercitava in Roma, per vedere se saria riuscito. Talvolta mettendo uno in governo non ancor pratico in quello, l'ordinava acciò 40 ogni dì dasse conto delle cose passate quel dì a qualche Padre suddito suo, assegnandoli un particolar, la cui prudenza et virtù haveva ben conosciuta<sup>4</sup>.

<sup>2</sup> Cf. ea quae Didaco de Egua evenerunt ob rem similem, in *Mem.* n. 163, FN, I, p. 629, et cf. *ibid.* pp. 631, 656, 683.

<sup>3</sup> Paulus Cecotti (in *ms.* Cicotti, Ceccottus), Pisanus, n. 1-XI-1540, adm. 25-IX-1469 (*Rom.* 54, f. 272v). Coad. temp. formatus, Romae 10-IX-1579 (*Ital.* 3, f. 555), † 10-I-1612 Romae (*Hist. Soc.* 43a, f. 430).

<sup>4</sup> Cf. *Mem.* n. 111, p. 592.

[7] f. 125v. Haveva grandissima cura acciò non s'introducessero riti et costumi novi, anchorchè boni, nella Compagnia senza sua saputa, et perciò dava bone penitenze, come al P. Olave, perchè haveva introdotto la lettura del Martyrologio in tavola ; la quale fece continuare, ma li diede la penitenza perchè ciò haveva introdotto senza sua saputa <sup>5</sup>. Et tal volta le bone  
 45 usanze introdotte di novo, senza suo avviso, levava per questo solo, perchè erano introdotte senza suo consenso <sup>6</sup>.

[8] Quando vedeva uno atto per un officio o occupatione, però quella non tanto utile a lui, lo levava da quella, et così levò parecchi dal studiare perchè vedeva che non s'aiutavano  
 55 in spirito per quelli.

[9] Non usava il rigore in far osservare le regole di casa a quelli che, per cause particolari, come d'indispositioni o occupationi, non osservavano alcune, anzi più volte dava ad alcuni essentione da quelle, conforme alla discretione.

[10] f. 126. Quando rimetteva qualche negozio ad un altro superiore, venendoli altri a parlar di quello, non se ne impacciava in quello, rimettendo a quell'altro. Parlando in generale, non era spirito del P. Ignatio far leggi universali o prohibitioni, per gli inconvenienti particolari occorsi <sup>7</sup>. Faceva gran conto a  
 60 rimediarli, servendosi molto del mezzo di cacciar via gli membri putridi, ma non di dar leggi universali o prohibitioni, che anco impediscono i boni.

[11] f. 127v. Con tutti che venivano di fuori o si partivano, mangiava la 1<sup>a</sup> et ultima volta, spedendosi da ciascuno con  
 70 molta carità.

[12] f. 131. *Loquens de regulis vineae, addit* : ... et perciò fece anco certe regole della vigna. Adesso non si trovano. *In marg.* : Si trovano nel miscell.<sup>o</sup> del tempo del b. P. N.

## II

Alter Lancicii tractatus qui in ms. *Hist. Soc.* 5b servatur (ff. 154-167, seu ff. 106-118 antiquioris numerationis) agit de prophetiis et miraculis ab Ignatio patratis, tum in vita, tum (inde a f. 159) post mortem. Cum haec potius ad historiam cultus pertineant quam ad vitam Ignatii, breviter tantum hoc loco attingenda videntur.

<sup>5</sup> RIB., *Dichos y hechos*, V, 78, FN, II, 493.

<sup>6</sup> Cf. quid simile de ludis, *Mem.* n. 174, p. 633.

<sup>7</sup> Vide LANCICII DICTAMINA, supra MON. 41, n. 1, p. 643.

Desunt initio 8 paginae, nam tractatus propriam numerationem paginarum habet, prima autem pagina quae nunc servatur est p. 9, quae incipit in medias res: « cum nihilominus pergeret, iratus ille ac furens » ... Accurate investigatis singulis rebus narratis clare apparet Lancicium nihil addere iis quae ex aliis documentis nota sunt. Ipse suos fontes fere semper in margine declarat. Sunt autem qui sequuntur: *Vita Ribadeneyrae* (allata ex editione Lugdunensi, a. 1595 [f. 156v]); « Ex ms. quod habet P. Masellus » (f. 154v: Locus deletus de mirabili sustentatione collegii Romani, de qua re cf. FN, II, 341-342; cf. RIB., *Vita*, l. V, c. 9.); Maffei *Vita* « in prima editione » (f. 158v); epistula Lainii, a. 1547 (f. 154v); Ribadeneyrae *Dicta et facta* (desumpta ex codice *Domenici*, f. 155); Litterae annuae collegii Lauretani, an. 1589 (f. 158: dum nobilis quidam vir exorcizatur, daemon, audito Ignatii nomine, ira exardescit); testimonium Ribadeneyrae de Ignatii sanctitate, (v. *Scripta*, II, 150 ss.); testimonium P. Petri Ferri de sua curatione ope Ignatii (v. *Scripta*, II, 426 ss. (f. 158v); id. Patris Perusci de Drusillae Tursellini curatione (cf. *Scripta*, II, p. XX). Semel saltem orale testimonium adducit: loquens de apparitione S. Ignatii Patri Kessel, scribit Lancicius in margine: « P. Costerus haec retulit P. Vandornae, et hic mihi » (f. 158).

Notanda ea quae dicit de P. Ribadeneyra in f. 164v, partim repetita in f. 165v (desumpta, ut videtur, ex Ribadeneyrae testimonio, *Scripta*, II, 152-154):

« Vitam P. Ribad. examinarunt et probarunt omnia PP. Salmerón, Bobadilla, Simon, Polancus, Natalis, Strada, Araoz, Ludovicus González, Torres, Christophorus Madridius et alii multi qui cum Ignatio familiarissime vixerunt, ut P. Oliverius Manareus, P. Palmius. P. Ribadenera Societatem est ingressus anno 1540, 18 sept., anno aetatis 14 inexploto; egit cum P. Ignatio per 8 fere annos; in illius cubiculo dormiebat in eoque illi inserviebat, in Missae sacrificio celebrando iuvabat, et in scribendo; ipsum comitabatur domo exeuntem, iter etiam cum eo peregit; tractavit cum eo, cum esset vir, multa gravia negocia, et tractantem cum esset iuvenis vidit ».

Lancicius generatim in compendium redigit fontes a se adhibitos; semel tamen saltem commentarium rei narratae adiungit. Postquam Ribadeneyram sequens (*Dichos y hechos*, c. III, n. 1: FN, II, 482) retulit Ignatium cognovisse tentationem novitii cuiusdam ex solo eius conspectu, adiungit Lancicius:

[13] ff. 155v, 158. Nota. Videri hoc poterit alicui nullam prae se ferre speciem miraculi, eo quod dicatur ex facie novitius tentatus a P. Ignatio agnitus fuisse. Verum quidem est ex facie P. Ignatium novitium esse tentatum agnovisse, sed hoc genus tentationis agnosci naturali sagacitate impossibile est, cum non

5

sit indicium certum tentationis circa vocationem mutatio vultus  
 et ad excandescentiam aliquam vel impatientiam compositio.  
 Nullus enim fere novitius est qui non aliquando vultum mutet  
 mortificatus vehementer in re aliqua, cum tamen rarissimi de  
 10 vocatione deserenda hanc ob causam cogitent. Nisi quis velit  
 dicere P. Ignatium scivisse antea fragilitatem huius novicii  
 et tentationes eiusdem generis antea habitas. Sed 1<sup>o</sup> hoc difficile  
 creditu est, cum P. Ignatius curam noviciorum non habuerit,  
 unde nec notitiam conscientiae eorum similibus in rebus, nec  
 15 id a Magistro novitiorum intellexisse eum putandum est, cum  
 hac in re Magistri soleant esse valde occulti, maxime quando  
 tentatio non est efficax nec superior tentato, qualis videtur  
 fuisse in hoc novitio, non permissus enim fuisset ire ad hanc  
 fabricam iuvandam a Magistro suo, si de eius constantia ob  
 20 tentationes inde pullulantes dubitasset; 2<sup>o</sup> non constat P. Ignatium  
 de praeteritis in eadem vocatione eius tentationibus scivisse;  
 frustra ergo id asseritur; 3<sup>o</sup> etiamsi constarent P. Ignatio  
 priores eius circa vocationem tentationes, tamen non erat cur  
 P. Ignatius certo assereret eum esse tentatum de vocatione.  
 25 Suspiciari poterat, asseverare tamen non poterat, praesertim  
 cum P. Ignatius valde considerate loqueretur et non praecipitanter;  
 non est enim bonum argumentum et certum: tentatus  
 fuit hac in re aliquoties, ergo et nunc tentatur certissimo; 4<sup>o</sup>  
 videtur P. Ignatius nescivisse has eius tentationes. [158] Si  
 30 enim scivisset hunc novicium facile tentari et cum periculo in  
 his obsequendis, nunquam dixisset P. Bernardo Oliverio, ut  
 omnes ad iuvandam fabricam mitteret nullo excepto, quia  
 excepisset novicium, cum magnam omnium curam semper  
 habere et providentiam solitus fuerit. Atqui iussit omnes nullo  
 35 excepto ire ut habetur in M. S., unde hoc exemplum excerptum  
 est, et uti hic casus refertur, probabile est ergo eum nil de novicii  
 tentationibus scivisse.

Nonnullis paragraphis apponit Lancicius signum \*, quod hoc  
 modo in fol. 167 explicat: « Quibus hoc signum \* praefixum est,  
 sunt publice iureiurando confirmata ab hominibus fide dignis, qui  
 vel ea miracula ipsi facta viderunt, vel ad ea facienda suam operam  
 adhibuerunt, in accomodandis P. N. Ignatii vel reliquiis vel imagi-  
 nibus etc. ».

Inter hos duos tractatus Lancicii de S. Ignatio quos examini  
 subiecimus, alia eiusdem manu Lancicii scripta inseruntur ff. 138-  
 153v, quae in FN, I, 72 \* descripta videre potes. Eorum edimus quae



ad nostrum scopum conducunt (ff. 138-140, supra MON. 9), alia quae de Ignatio non agunt (ff. 142-148) penitus omittimus.

Postquam integrum hunc codicem, *Hist. Soc. 5b (Memorie varie)* cuius momentum pro historia vitae S. Ignatii magnum est, accurato examini subiecimus, certi sumus nihil in eo contineri de S. Ignatii vita, quod a nobis praecedentibus voluminibus editum non fuerit, vel hoc tertio non proferatur in lucem. Quod cuique eius descriptionem in nostro primo volumine factam (pp. 68 \*-73 \*) consideranti patebit. Quo facilius perspicui possit quonam modo in nostri operis tribus voluminibus documenta in eo contenta edita sint, sequentem subiungimus conspectum :

Volumen I : ff. 22-41 (MON. 8) ; 46-57v (MON. 6) ; 150-153 (MON. 12).

Volumen II : ff. 2-9v (MON. 17) ; 140-141v (ibid).

Volumen III : ff. 66 (MON. 6) ; 68-69v (MON. 49) ; 70 (MON. 18) ; 110, 112-113 (MON. 42) ; 138-140 (MON. 9) ; 173 (MON. 32) ; 183 (MON. 27).

Quae sequuntur, non ad historiam vitae S. Ignatii, sed ad historiam cultus eius pertinent : ff. 10-12v ; 58-59v ; 60-63v ; 65v ; 71-72 ; 167, 169-170 ; 174 ; 176 ; 180 ; 186.

Folia 142-148 non agunt de Sancto Ignatio.

#### 44

### P, NICOLAUS LANCICIUS DE EXERCITIIS SANCTI IGNATII DEQUE VISIONE PROPE ROMAM

Incerto tempore, c. 1622.

I. - MON. ineditum.

II. - TEXTUS autographus : *Epp. NN. 90*, ff. 114-115v.

III. - TEMPUS nequit certo definiri. Cum in hoc scripto adducatur Vita Patris Baltassaris Alvarez, a P. Ludovico de La Puente conscripta, cuius prima editio facta est anno 1615, concluditur illud non ante dictum annum compositum esse. Cum autem saepe Ignatio tribuatur titulus : « Sanctus », eruitur illud circa a. 1622 exaratum esse.

Colligit Lancicius documenta confirmantia duo puncta quae in S. Ignatii vita magni sunt momenti : 1<sup>o</sup> librum Exercitiorum spiritualium a Sancto Ignatio conscriptum esse ; 2<sup>o</sup> visionem Ignatio concessam prope Romam, quae visio « ad La Storta » communiter vocatur, validis argumentis fulciri. Monumentum hoc arcte coniungen-

dum est cum alio cui titulus *Memorabilia de S. Ignatio* ab ipso Lancio confecto (MON. 47). Fontes e quibus argumenta sumit iidem fere sunt qui in supra memorato documento (vide ibi *Praefationem*). Eis adduntur: Breve approbationis libri *Exercitiorum* a Paulo III (31 iulii 1548); praefatio praemissa primae editioni textus Vulgatae *Exercitiorum*; processus ad S. Ignatii beatificationem et canonizationem; Vita Patris Balthasar Alvarez; imagines et numismata Sanctum Ignatium referentia; Ephemerides S. Ignatii; Lainii adhortationes in librum *Examinis*, Romae anno 1559 inceptae.

### Textus

#### I

#### [f. 114] DE EXERCITIIS A S. PATRE FACTIS

1. *Fragmentum epistulae Patris Polanco ubi de Exercitiorum origine fit sermo.* — 2. *Exemplar Memorialis Patris Cámara.* — 3. *Quae de Exercitiis continentur in Actis et in Summario Polanci.* — 4. *Breve approbationis libri Exercitiorum.* — 5. *Praefatio ipsius libri.* — 6-9. *Testimonia officialia in processibus canonizationis S. Ignatii.* — 10. *Beata Virgo Ignatium iuvit.*

1. Habeo librum donatum mihi a R. P. Ludovico Masello, Assistente Societatis Iesu, paulo ante mortem suam<sup>1</sup>, in quo sunt multarum de Societate, et quondam antiquae ordinationes ab ipso S. Patre factarum etc.<sup>2</sup> Est etiam ibi descripta epistola  
5 a P. Ioanne Polanco, qui 9 annis fuit Secretarius S. Patris, ut ait P. Ribadeneyra, scripta ad quendam Illustrissimum, anno 1564, 8 decembris, volentem scire aliqua de Societate<sup>3</sup>. In hac epistola: § *De la origen de la Compañía*, pagina mihi 29, postquam recensuit P. Ignatii gesta in Monteserrato, narrans gesta  
10 eius posterioris temporis, quando inde statim Manresam profectus est, sic ait: «I seguíó así quatro meses en mendicidad y asperíssimas penitencias y oraciones vocales muy continuas, porque hasta entonces no tenía experiencia ninguna de las mentales. Al fin destos quatro meses, començó Dios a visitar inte-  
15 riormente aquel su siervo con grandísima luz y conocimiento, no solamente de sí, mas aun de los más altos misterios divinos,

5-6 qui 9 annis - P. Ribadeneyra in marg. || 10 inde statim sup. lín.

<sup>1</sup> P. Ludovicus Maselli, Italiae Assistens annis 1593-1604, diem supremum obiit Romae die 25 iulii 1604. De eo vide MON. 47, annot. 14.

<sup>2</sup> Contenta in hoc libro describit Lancicius in MON. 47, n. [6]. Cf. FN, I, 347.

<sup>3</sup> Haec epistula sive instructio edita est in FN, II, 304-311.

y con devoción y consolaciones espirituales muy raras ; y ultra de fortificarle mucho en las virtudes, para su propria perfectión, especialmente le ençendió de un zelo tan grande de la salud de las ánimas de los próximos, que luego començó a entender 20 en ayudarlas. Y con el exemplo y las conversaciones y con los Exercitios espirituales, que sin maestro le avía Dios ensennado a él mismo para su aprovechamiento, començó a hazer muy notable fructo con muchos próximos, en especial [en] un pueblo de Catalunna llamado Manresa ; y aviendo estado como dos 25 annos en este modo de vida, creciendo siempre en todo bien, determinó de ir a Hierusalem etc »<sup>4</sup>. Post iter autem Hierosolymitanum primum coepit studere grammaticae Barcinone.

2. Erat Romae in cubiculo P. Claudii Generalis liber in folio, rubras margines habens, continens Diarium dictorum et 30 factorum S. P. Ignatii, conscriptum ab eius Ministro, P. Ludovico Consalvo de Camera, quem librum verti italice <sup>5</sup>, accomodatum mihi a P. Claudio, cui illum restitui. In eo libro : § « Con un negocio », sic scribit : « Era questo negocio una grande illustratione d'intendimento, nella quale N. Signore manifestò a 35 N. Padre queste et altre molte cose, le quali ordinò nella Compagnia »<sup>6</sup>. Supra autem recensuerat se interrogasse N. Patrem quod motivum habuisset non utendi peculiari vestitu, nec habendi chorum <sup>7</sup>, peregrinationum experimentum instituendi in Societate. Huius illustrationis meminit Ribadeneyra l. 5, 40 c. 5, fin., et l. 5, c. 1 ; Orlandinus l. 10 n. 51, 65, 66 et l. 14 n. 9.

3. Est Romae in Archivio vita S. P. Ignatii scripta in 40 a P. Ludovico Consalvo de Camera et italice reddita (male quoad linguam, et non tota) a P. Annibale Quadretto, gallo <sup>8</sup>. In illa vita, ab ipsomet S. P. Ignatio per partes narrata P. Consalvo, 45 refertur S. P. Ignatium ei dixisse haec, ex quibus evidenter

27-28 Post iter - Barcinone additum postea eadem manu || 37 recensuerat lectio probabilis

<sup>4</sup> Ibid. pp. 307-308.

<sup>5</sup> De versionibus italicis *Memorialis* v. FN, I, 519-520. Lancicius multa vertit e *Memoriali* in italicam linguam, quae per virtutes divisit. Habentur in cod. *Hist. Soc. 5b*. Vide supra, MON. 43 et FN, I, 520. De exemplari a Lancicio adhibito, vide MON. 47, n. [9].

<sup>6</sup> Agitur de motivo cur in Societatem inductae fuerint peregrinationes. *Mem.* n. 137, pp. 609-610.

<sup>7</sup> *Mem.*, nn. 136-137.

<sup>8</sup> P. Hannibal du Coudret in latinam linguam vertit *Acta Patris Ignatii*, quam versionem edidimus integram in nostro primo volumine (v. FN, I, 334-335), p. 355 ss. Utrum etiam italicam versionem confecerit necne, nobis non constat.

apparet Exercitia eum non accepisse ab ullo benedictino, sed fecisse ipsum Manresae dum esset adhuc idiota, et non sciens plus quam legere et scribere.

50 (Est in 4<sup>o</sup> vita S. P. Ignatii inchoata a P. Ioanne Polanco, italice ni fallor scripta, sed non finita, ibi forte inveniretur aliquid pro hac re. Est in Archivio, saltem fuit meo tempore; ibi vidi eam sed non legi. Pervenit usque ad illud punctum quando Societati nomen imposuit Societatis Iesu) <sup>9</sup>. [114v]

55 Post confessionem in Monte Serrato coram benedictino Gallo (qui non vocabatur Garzías Cisnerus) sed alio nomine, si bene memini Chanones, forsitan donato mulo conventui, relicto gladio et pugione apud confessarium, ut illa appenderet ante altare B. Virginis, statim discessit Manresam ibique diu mansit, 60 non redeundo ad Montem Serratum.

Manresae in principio sola oratione vocali utebatur multis horis. Manresae nullam prorsus personam invenit a qua res spirituales discere potuerit, sed tunc dicebat se ab ipso Deo tractatum instar unius anni pueri, ab ipso Deo discentis <sup>10</sup>. 65 Postea etiam Barcinone per 20 dies quaesivit aliquam personam spiritualem a qua iuvaretur, nec invenit quae illum magis iuvisset quam una senicula matrona pia, celebris sanctitatis fama, cum qua aliquando locutus est Manresae. Conversabatur cum Dominicanis Manresae <sup>11</sup>, et quamvis haberet diversorium 70 in hospitali, tamen habuit apud Dominicanos cellulam in qua orare solebat. Et ibi 8<sup>o</sup> quoque die confitebatur et communicabat. Et tunc erat idiota neque grammaticam coepit discere, [sed] post iter Hierosolymitanum quod fecit postea. Quatuor foliis ante finem huius libelli, scribit se interrogasse Patrem 75 Ignatium quomodo fecisset Exercitia et Constitutiones, et sic ibi hoc scribitur (habeo enim exemplar huius vitae donatum mihi ante mortem a R. P. Masello, Assistente): « Il qual rispose che gli Essercitii non gli haveva fatti tutti ad una volta, se non che, osservando alcune cose nell'anima sua, le quali trovava

<sup>9</sup> 56 Gallo *sup. lin.* || 68 Manresae *sup. lin.* || 72-73 Et tunc erat - fecit postea *add. postea sup. lin.*

<sup>9</sup> Agit sine dubio de aliquo ex *Summariis* Polanci, a nobis editis primo volumine, sive de italico (cuius prima redactio extenditur usque ad annum 1548, altera autem usque ad annum 1551), sive de hispanico quod in narratione vitae S. Ignatii pervenit usque ad Societatis confirmationem. Vide MON. 47, annot. 12.

<sup>10</sup> *Acta*, n. 27, p. 400.

<sup>11</sup> J. M<sup>a</sup> COLL, *San Ignacio de Loyola y el convento de Santo Domingo de Manresa*, in *Analecta Sacra Tarraconensia*, 29 (1957) 313-343.

utili, li pareva ancora che potrebbero ancora essere utili per  
gli altri, et così li metteva in scritto, verbi gratia dell'essaminar  
la coscienza con quel modo delle linee, etc. L'elettioni special-  
mente mi disse haverle cavate da quella varietà di spirito e  
pensieri che hebbe in Loyola, quando stava ancora male della  
gamba »<sup>12</sup>.

4. Paulus 3 in Brevi quo confirmat Exercitia S. Patris  
ait *ab eo esse composita* <sup>13</sup>.

5. Author praefationis ad lectorem, scilicet P. Ioannes  
Polancus <sup>14</sup>, vivente P. Ignatio, in libro primo Exercitiorum  
Romae impresso dicit haec Exercitia a Patre Magistro Ignatio  
esse composita. Non permisisset S. Ignatius id imprimi, si non  
fuisset author Exercitiorum; vidit enim et legit ipse hanc prae-  
fationem P. Polanci, sui per 8 vel 9 annos Secretarii.

6. In Relatione Cardinalium Sacris Ritibus proposita per  
Franciscum Cardinalem a Monte, in Consistorio secreto facta  
coram Gregorio 15 et cardinalibus, inter alia charitatis Ignatii  
erga proximos argumenta ponitur Spiritualia Exercitia ab eo  
composita atque in librum relata <sup>15</sup>.

7. Sacrae Rotae Romanae Auditores, in Relatione manu-  
scripta Paulo V data pro canonizzazione S. Ignatii, in 2<sup>a</sup> eius  
parte, de qua tractant de sanctitate et excellentia vitae B. Igna-  
tii, § de charitate, sic dicunt: « Insuper Christi fidelibus spiri-  
tualia Exercitia ab eo facta » etc. <sup>16</sup>.

<sup>98</sup> *post relata del.* Idem iudicium fuit Antistitum Rotae in relatione manuscripta  
data || 1 de qua etc., ut videtur pro in qua

<sup>12</sup> *Acta*, n. 99, p. 502-504.

<sup>13</sup> « Cum ergo, sicut dilectus filius, nobilis vir Franciscus de Borgia,  
dux Gandiae, Nobis nuper exponi fecit, dilectus filius Ignatius de Loyola,  
Praepositus Generalis Societatis Iesu, per Nos in alma Urbe nostra  
erectae et per Nos auctoritate Nostra confirmatae, quaedam documenta  
sive Exercitia Spiritualia, ex Sacris Scripturis et vitae spiritualis expe-  
rimentis elicita, composuerit, et in ordinem ad pie movendos fidelium  
animos aptissimum redegerit ... ». Breve "Pastoralis officii", MI. *Exer-  
citia*, p. 216.

<sup>14</sup> Praefatio primae editionis Vulgatae Exercitiorum. Eius textum  
vide in MI, *Exercitia*, pp. 218-219. De huius praefationis auctore vide  
ibid. p. 150. Praeter Lancium hoc loco atque etiam in *Memorabilibus*  
(MON. 47, p. 704) etiam Ribadeneyra asserit illam praefationem deberi  
Polanco. Vide eius epistolam ad P. Girón, supra, MON. 35.

<sup>15</sup> Relatio haec habita est die 19 ianuarii 1622. Edita est in *AA.  
SS. iulii*, tom. VII, § CI, pp. 611-619, nn. 1049-1093. De Exercitiis agitur  
n. 1060: « ... salubria quae proximis consilia dedit, atque spiritualia  
exercitia ab eo composita atque in librum relata ».

<sup>16</sup> Edita est haec Relatio in vol. *Scripta*, II, 983-1015. De Exercitiis  
v. p. 995.

8. Idem asserunt testes iurati autoritate apostolica  
 5 examinati in processibus pro S. Patris canonizzazione, de certa  
 scientia, testes 1<sup>us</sup> 2<sup>s</sup> et 4<sup>s</sup> Flandriae in processu Bruxellensi  
 super 29 articulo ; 2<sup>s</sup> et 3<sup>s</sup> testes Romani super 13 articulo ;  
 26<sup>s</sup> 28<sup>s</sup> et 42<sup>s</sup> remissorialis Barcinonensis super 29 et 35 arti-  
 culo ; 7<sup>s</sup> Florentiae, 1<sup>us</sup>, 3<sup>s</sup>, 4<sup>s</sup>, 5<sup>s</sup>, 6<sup>s</sup> Mutinensis super 13 art. 17.  
 10 Et de publica voce et fama, omnes omnino testes iurati in pro-  
 cessibus aliis idem asserunt.

Et in summario processuum a iurato notario Auditoribus  
 S. Rotae Romanae dato, fol. 115, in fine, sic dicitur: Quod B. P.  
 Ignatius composuerit librum Exercitiorum Spiritualium, omnes  
 15 testes deponunt de publica voce et fama, iuxta 13 interrogatorium.  
 Fuere autem Romae testes 25 examinati etiam de hoc puncto,  
 inter alios 1<sup>us</sup> cardinalius Franciscus Maria Tarusius<sup>18</sup>, duo  
 ex Societate S. Ignatii discipuli<sup>19</sup>, reliqui omnes viri eximii,  
 ut plurimum nobiles romani, omnes iurati.

- 20 9. Nicolaus Zambeccarius, advocatus consistorialis, utrius-  
 que Signaturae Referendarius et Sacrae Congregationis super  
 episcopis et regularibus Secretarius, in oratione coram Gregorio  
 15 et collegio cardinalium et archiepiscopis ac episcopis habita,  
 dixit: libello de fructuosa orandi ratione, ex iis quae divino  
 25 magisterio ipse didicerat, excolere nonnullos coepit etc.; plura  
 ibi vide.

10. B. Virgo eum in hac re iuivit. Vita P. Balth. Alvarez  
 c. 43, § 1, pgs. 506-507<sup>20</sup>.

<sup>17</sup> Testimonia haec facile inveniri possunt in editione Processuum  
 facta in vol. *Scripta*, II. Notandum est textus pro illa editione adhibitos  
 non semper fuisse integros, unde aliqua in ipsis desunt. De hac re et de  
 integra versione latina authentica processuum v. DALMASES, *Una copia  
 auténtica desconocida de los procesos remisoriales para la canonización  
 de San Ignacio*, in *Analecta Sacra Tarraconensia*, 15 (1952) 129-170.

<sup>18</sup> Franciscus Maria Tarugi, archiepiscopus Senensis, primus testis  
 Romanus. *Scripta*, II, 804.

<sup>19</sup> P. Christophorus Clavius et Benedictus Perera, ibid.

<sup>20</sup> Vita Patris Balthasar Alvarez, lingua hispanica scripta a P. Lu-  
 dovico de La Puente. Primum edita Matriti, typis Ludovici Sánchez,  
 anno 1615. In hac Vita, cap. XLIII adducitur ab auctore revelatio quae-  
 dam Sancti Gabrielis Archangeli concessa Venerabili virgini Marinae  
 de Escobar, qua ei manifestatum est: «ella [Beata Virgo Maria]  
 era y había sido como patrona y fundadora de aquellos santos ejerci-  
 cios de la Compañía, y había sido ayudadora y como enseñadora del  
 Santo Padre Ignacio, para que así se hiciese; y en esta razón había  
 tenido en ella principio esta obra». Idem repetitur a P. La Puente in  
 Vita Marinae de Escobar l. V., c. 5 (Valladolid, 1635).

[f. 115]

## II

## DE VISIONE : EGO VOBIS ROMAE PROPITIUS ERO.

1. *Visio prope Romam testimoniis Patrum Maffei et Ribadeneyrae comprobata.* — 2-3. *Imagunculae et numismata quae eandem visionem referunt.* — 4. *Tabula depicta in sacello S. Ignatii.* — 5. *Testimonium de hac visione, ex Ignatii ephemeridibus desumptum.* — 6. *Item ex exhortationibus Patris Lainii in domo professa romana habitis.*

[1] Id constat primo ex Vita S. Ignatii edita a P. Maffeo<sup>21</sup>, et ex triplici edita a P. Ribadeneyra, primum latine anno 1572, Neapoli in 8<sup>o</sup>, ex typographia Iosephi Cacchii; deinde alia copiosiore a. 1586 Madriti, excusa in 8<sup>o</sup> latine apud viduam Alphonsi Gomezii, et prius eadem hispanice; tertia brevior, hispanice in folio, a. 1604 impressa Madriti per Ludovicum Sanches, postea recusa anno 1609<sup>22</sup>. In his omnibus refertur haec historia. Porro P. Ribadeneyra bis iureiurando confirmavit has Vitas a se scriptas. Primo duas priores coram Camillo Caetano, Patriarcha Alexandrino, tunc Nuncio Apostolico, circa annum D. 1595 in processu informativo facto autoritate illius in Hispania pro canonizatione P. Ignatii<sup>23</sup>. Extabat hic processus in cubiculo P. Procuratoris Generalis, vel est in Archivio. 2<sup>a</sup> vice easdem tres vitas iureiurando confirmavit quando fiebant

4 in 8<sup>o</sup> sup. lin.

<sup>21</sup> De fontibus visionis ad La Storta, iis quae habentur in nostris voluminibus I et II, adde praecipue: R. ROUQUETTE, *Essai critique sur les sources relatant la vision de Saint Ignace de Loyola à la Storta* (octobre 1537), in *Revue d'Ascétique et de Mystique*, 33 (1957) 34-61, 150-170; T. BAUMANN, *Die Berichte über die Vision des Heiligen Ignatius bei La Storta*, in *AHSI*, 27 (1958) 181-208.

<sup>22</sup> Nonnulla difficultas est in recte adhibendis hac paragrapho signis interpunctionis. In ms. adest punctum post verba « tertia brevior » et post verbum « impressa ». Clarum tamen videtur Lancicium significare velle tres editiones Vitae scriptas a Ribadeneyra, nimirum: primam latinam anni 1572; alteram latinam anni 1586; tertiam brevior in opere *Flos Sanctorum*, cuius duae factae sunt impressiones, altera anno 1604, altera anno 1609 (SOMMERVOGEL, VI, 1738; PRAT, *Histoire du P. Ribadeneyra*, p. 616). Eadem tres editiones ab ipso Ribadeneyra adductae sunt in Processu Remissoriali, anno 1606 facto, in responsione ad articulum 62. Eius verba vide infra, annot. 24. Verba Lancicii « est prius eadem hispanice » significant primam editionem hispanicam anno 1583 editam, vel fortasse etiam eiusdem secundam et tertiam editionem, annis 1584 et 1586 in lucem prolatis.

<sup>23</sup> Testimonium Ribadeneyrae de Ignatii sanctitate datum Matrati anno 1595. *Scripta*, II, p. 153.

15 processus auctoritate Pauli V, et tunc iureiurando confirmavit  
veritatem rerum omnium a se scriptarum, coram Commissariis  
Apostolicis Bernardo de Sandoval et Rojas, S. R. E. Cardinali  
et archiepiscopo Toletano, et Melchione de Soria Vera,  
episcopo Troiano, anno 1606 11 octobris, cum P. Ribadeneyra  
20 esset octogenarius <sup>24</sup>.

2. Post mortem S. Patris subito coeperunt in imagunculis  
eius, Romae et ubique, 4 historiolaë sculpi. Una quando fuit  
sanatus a S. Petro. Altera haec visio ante Christum cum cruce  
stantem flectentis P. Ignatii. 3<sup>a</sup> Quando mittebat S. Xaverium  
25 in Indias. 4<sup>a</sup> Mors eius in lecto iacentis. Plurimas tales antiquissi-  
mas vidi; facile reperientur.

3. Numismata Romae cusa sunt, antequam beatificaretur,  
cum hac visione, et publice vendebantur.

4. In sacello domestico, in quo S. Pater mansit, est depicta  
30 haec visio a tot annis in ipso altari, coram quo celebrant tot  
cardinales et episcopi et ipsi auditores Rotae, qui processus  
S. Patris examinerunt et approbarunt.

5. Extat in Archivio Societatis Romano liber quidam  
in 4<sup>o</sup>, in quo scripta sunt lumina et visiones quas S. Pater anno-  
35 tabat dum scriberet Constitutiones (Originale autem manu  
S. Patris scriptum, tulit secum in Hispaniam P. Ribadeneyra) <sup>25</sup>.  
In hoc libro leguntur haec verba <sup>26</sup>: « § De la Trinidad 5<sup>a</sup> — id  
est in quinto sacro quod habuit de SS. Trinitate —. Sábado, en  
la oración sólitá, al principio no hallando, de la mitad adelante  
40 con asaz devoción y satisfación de ánima, con alguna muestra  
de claridad lúcida. Al preparar del altar, viniendo en pensa-  
miento Jesú, un moverme a seguirle, pareciéndome internamente,  
siendo El la cabeça de la Compañía, ser mayor argumento [115v]  
para yr en toda pobreza, que todas las otras razones humanas,  
45 aunque parecía que todas las otras razones passadas en elección

<sup>24</sup> Articulus 62. Primus Toletanus (Petrus de Ribadeneyra):  
« Refert se ad ea, que dixit, illa confirmando, et ad Vitam Pris. Ignatii  
a se scriptam ter: prima fuit impressa Neapoli, latino sermone, anno 1572,  
que fuit approbata per Patres magis graves, qui P. Ignatium cognove-  
rant, et etiam in Congregatione Generali habita anno 1573; 2<sup>o</sup>. est im-  
pressa Madriti, etiam latino sermone cum multis additionibus ad pri-  
mam; 3<sup>o</sup>. autem hispano sermone, etiam Madriti, anno 1604. In quibus  
Vitis affirmat, medio iuramento, nil falsum esse ». *Scripta*, II, 925.

<sup>25</sup> *Ephemerides* S. Ignatii. Earum textus autographus servatur in  
cod. *Instit.* I. Descriptus in MI, *Const.*, I, pp. CCXXXIX-CCXLII.  
Editae sunt integrae in eodem volumine.

<sup>26</sup> Sabbato die 23 februarii 1544. Vide textum in MI, *Const.*, I,  
p. 104. Cf. *Acta*, n. 96, pp. 496-498.



militavan a lo mismo ; y este pensamiento me movía a devoción y lágrimas y a una firmezza que, aunque no hallasse lágrimas en missa o en missas, me parecía que este sentimiento era bastante, en tiempo de tentaciones o tribulationes, para estar firme. Con estos pensamientos andando y vestiendo, creciendo 50 incremento y pareciendo una confirmación, aunque no recibiese consolaciones sobre esto, y pareciéndome en alguna manera ser (id esse SS. Trinitatis : haec sunt verba mea explicantia S. Patris verbum) de la Santísima Trinidad el mostrarse o el sentirse de Jesú, viniendo en memoria quando el Padre me puso 55 con el Hijo. Al finir del vestir, con esta intención de imprimírseme tanto el nombre de Jesú, y tanto esforçado o parecer ser confirmado para adelante, venía en nueva fuerça de lágrimas y sollozos, y comensando la missa, assistente mucha gracia y devoción » etc. 60

6. In Archivio Romano Societatis extant exhortationes P. Iacobi Laynez <sup>27</sup> quas fecit anno 1560 in Domo Professa Romana nostris Patribus. In harum exhortationum prima, habita die 2 iulii, pagina secunda, sic habetur : « Il primo fundamento di porsi questo nome mi pare essere il N. Padre, per 65 questo che dirò, perichè lui volse che si chiamasse Compagnia di Iesù. Venendo noi a Roma per la strada di Siena, essendo che il Padre havesse molti sentimenti spirituali et principalmente nella santissima Eucharistia, Mastro Fabro et io ogni giorno dicevamo messa, lui no, ma si comunicava. Hor lui mi disse 70 che pareva che Dio Padre li imprimesse nel cuore queste parole : Ego ero vobis propitius Romae. Et non sapendo N. Padre che volessero significare queste parole, diceva : — Io non sò che sarà di noi, forse che saremo crucifissi in Roma —. Poi, un'altra volta, disse che li pareva di veder Christo con la croce in spalla, 75 et il Padre eterno appresso, che li diceva : — Voglio che pigli questo per servitore tuo —; e così Iesù lo pigliava, et diceva : — Voglio che tu ci servi —. Et per questo, pigliando gran devotione al suo nome, volse fussi chiamata la Congregatione, la Compagnia di Iesù ». 80

Et hoc indicant illa verba S. Patris ab eo scripta supra : « quando el Padre me puso con su Hijo », scilicet dando Filio in servum S. Patrem.

<sup>27</sup> Lainii adhortationes in librum *Examinis* initium habuerunt die 2 iulii 1559. Vide fragmenta earum edita in FN, II, 127-140. Lancicius prae oculis habuit textum P, prout apparet e lectionibus variantibus ad p. 133 ; cf. ibid. p. 127.

## 45

P. NICOLAI LANCICII  
GLORIA S. IGNATII  
FUNDATORIS SOCIETATIS IESU

OPUSCULUM PRIMUM EDITUM A. 1622

Hoc numero breve subiungimus compendium duorum Lancicii opusculorum, quibus de S. Ignatio data opera verba fecit.

*Gloria S. Ignatii* ab auctore, reticito nomine, primum edita est Cracoviae anno 1622, quo anno S. Ignatius ad Sanctorum honores evectus est (KOJAŁOWICZ-BALBINUS, p. 109; MARTINOV, p. XIV; SOMMERVOGEL, 1451). Aliae editiones factae sunt Vilnae a. 1624; Antwerpiae, a. 1628; Rothomagi, a. 1630; Cracoviae, a. 1890. In nostris citationibus postremam hanc editionem adhibebimus.

Scopus huius opusculi est *Gloria S. Ignatii fundatoris Societatis Iesu, quam ei divino beneficio peperit, tum eius admirabilis sanctimonia miraculis et canonizatione confirmata*, tum etiam S. Francisci Xaverii, S. Teresiae, S. Philippi Nerii, S. Caroli Borromaei testimoniis.

Fontes unde notitias haurit, ab ipso auctore operi praemittuntur, qui insuper testatur res narrari « ipsismet authorum verbis ac phrasibus ». Sunt autem : a) « accurate non semel a me Romae lecti processus varii pro canonizatione SS. Ignatii et Xaverii facti, de solius S. Ignatii vita et virtutibus sexcenta et septuaginta quinque testium iuratorum testimonia gravissima continentes. b) Relatio Auditorum sacrae Romanae Rotae scripto data Summo Pontifici Paulo V [edita in *Scripta*, II, 983-1015]; c) Relatio nomine Congregationis Cardinalium Sacris Ritibus praepositorum facta in Consistorio secreto coram Gregorio XV, die 19 ianuarii 1622 [edita in *AA. SS. iulii*, t. VII, parte II, § CI, pp. 611-619, nn. 1049-1092]; d) Vitae S. Ignatii aliorumque sanctorum, de quibus supra, typis editae ».

Notandum valde est id quod a Lancicio subiungitur :

« Multa quoque a familiaribus et discipulis S. Ignatii et Philippi Nerii Romae audiavi de utroque ; sed ex auditis paucula narravi in hoc Opusculo, reservans caetera pro alio Opusculo, quod Deo adiuvante, si tamdiu vixero, cupio scribere : *De vita S. Ignatii admirabili Santitate traducta, et sanctissimo pariter exitu conclusa* ». Ex his verbis Lancicii constat eum sibi proposuisse aliud opusculum de vita S. Ignatii conscribere, quod tamen non fecisse videtur (cf. SOMMERVOGEL,

c. 1454 C)<sup>1</sup>. Discimus praeterea Lancicium paucula tantum, ex iis quae audivit, in hoc Opusculo *Gloria S. Ignatii* posuisse, ea alii quod numquam scripsisse videtur reservans. Re quidem vera, attente perlecto hoc opusculo, pauca omnino in eo invenimus quae vel in *Vitis* typis editis, vel in processibus et in supra commemoratis relationibus non contineantur. Ad procesus quod attinet, scimus eum eorum exemplum penes se habuisse, scribit enim p. 102 : « ... in processu, facto pro canonizatione S. Ignatii, cuius authenticum exemplum Roma extuli et in archivio collegii Cracoviensis (cuius tunc Rector eram) reliqui, donatum mihi ab haeredibus Ildefonsi Manzanedo, sacrae Romanae Rotae Auditoris, cui, et Francisco Sacrato, archiepiscopo Damasceno et Ioanni Baptistae Pamphilio, tunc sacrae Rotae Auditori, nunc Summo Pontifici ... examen omnium processuum a Sede Apostolica, ut moris est, commissum fuit ». Nonnulla notamus :

p. 3. Secessus « in hospitali Minoressano et in specu ad littus fluvii per campum Minoressanum decurrentis ». - p. 6 : Eximia illustratio « in ipso itinere ad Rubricatum amnem qui Minoressam interfuit ». - p. 8 : Agens de eximia illustratione, loquitur de « autographo libello, qui post mortem eius repertus est ». Et paulo post : « In alio [libello] item, scriptum reliquit ... ». - p. 9 : Ioanni Pasqual praedicat eius sortem futuram. - p. 12 : Apparitio S. Petri. - p. 10. Praedicat Fabri curationem. - p. 14 : Visio prope Romam : « Ego vobis Romae propitius ero ». - p. 15 : Commemorat Ignatii ephemeridem. - pp. 15-16 : Spiritus Sanctus Ignatio Constitutiones scribenti apparet « in flamma ignea ». - p. 18 : Liber de Trinitate ab Ignatio scriptus erat « octoginta fere foliorum ». - p. 22 : De raptu Minoressano. - p. 34 : Tempus ab Ignatio orationi tributum : « binas post sacrificium Missae horas in contemplatione traducebat, ut nihil dicam de praeparatione ad Missam, et de ea oratione, cui ex legum Societatis praescripto, omnes matutino tempore a somno excitati vacare tenentur. - p. 42 : Statum Societatis ostendit secundum catalogum anno 1616, « ante annos sex » confectum. - p. 39 : De cibis Ignatio apponi solitis. Mensurae eius cubiculi : « Cubiculo semper usus est perangusto, humili, tenebricoso et simpliciter laborato, longo 29, lato 14, alto 10 palmis ». Somno quatuor circiter horas tribuebat. - p. 49 : Ignatii dictum : « Quid ego, Domine, extra Te volo, aut quid velim ? ». - p. 55 : S. Ignatius neque pingi se neque fingi permisit ». De cardinali Pacheco. - p. 56 : Primae Missae celebrationem differt « per menses octodecim ». - p. 58 : Apparitio S. Petri (cf. p. 12) ; habuit Archangelum custodem ;

<sup>1</sup> P. Augustinus Arndt S. I., editor opusculi *De praestantia Instituti S. I.* dicit in Praefatione : « In votis est maxime publici juris facere V. P. Lancicii : " Exercitia S. Ignatii illustrata, quoad omnes doctrinas ejus, sententiis Sanctorum Patrum ". Sed ut perditis manuscripti vestigium inveniremus, nondum contigit ».

de raptu. - p. 62 : Realdus Colombo lapides tres in eius vena porta invenit. - p. 65 : Miracula in vita peracta. - p. 66 : Lissani fratres Barcinonenses. - p. 68 : Apparitio Patri Kessel concessa. - p. 69 : Miracula post mortem. - p. 98. S. Philippus Neri Societatem ingredi voluit. Testimonium cardinalis Bellarmini et P. Mutii Vitelleschi (epistula huius Patris ad P. Lancicium, data 28 iulii 1636, edita fuit in op. *De praestantia*, pp. 226-227). - p. 105 : S. Carolus Borromaeus celebrare voluit secundam suam Missam in « sacello privato quo Ignatius utebatur ».

## 45a

P. NICOLAI LANCICII

## DE PRAESTANTIA INSTITUTI SOCIETATIS IESU

Opusculum hoc Lancicius in privatam tantum fratrum utilitatem composuerat, illud tamen P. Ioannes Chodzysński Vilnae a. 1644 primum edidit, postea autem ipse Lancicius illud publici iuris fecit in editione suorum operum quam anno 1650 curavit (MARTINOV, p. X n. 6 ; SOMMERVOGEL, IV, 1450, n. 17). Quatenus fuerit auctoris intentio in eo scribendo, apparet ex eius verbis in primo opusculi capite : « Conabor ergo in primis huius Opusculi capitibus ostendere S. Ignatio essentialia et quaedam non essentialia esse divinitus revelata, proprie et theologicè dicta revelatione prophetica, et quidem revelatione supremi ordinis et gradus, et ab eo, multo ante inchoatam Parisiis et fundatam Romae Societatem, praedicta ». In hoc opusculo latius evoluit Lancicius ea quae narraverat in scripto a nobis edendo, titulo : *Memorabilia de Sancto Ignatio* (MON. 47). Vide sis annotationes illi documento appositae.

Praecipui momenti pro nostro scopo est notitia de documentis quae Lancicius penes se habuisse testatus est, ea confirmans quae in scripto supra memorato iam dixerat. Agens p. 4 de *Memoriali* P. Ludovici Gonçalves dicit : illud « verti italice et penes me habeo et conservo tanquam pretiosum thesaurum ». - p. 5 : « Et in historia manu scripta a P. Hieronymo Natali sunt haec verba in Romano Archivio, ei a S. Ignatio dicta : Cum de Institutione rogaretur, solebat causam referre ad eximiam illustrationem, quam illi Deus gratificatus est Manresae, quae illa omnia accepisset a Domino, in spiritu quodam architectonico ». - pp. 8-9 : De variis editionibus *Vitae S. Ignatii* a P. Ribadeneyra scriptae, deque eius compendio. - p. 11 : De libello imaginum vitae S. Ignatii, annis 1609 et 1622 edito. - pp. 12-13 : Duplex testimonium Ludovici de La Palma de praenotione Instituti Societatis ex P. Mercuriano : in opere *Camino espiritual*, l. V, c. 2, et in scripto dato Matriti die 5 febr. 1641. - p. 17 : De labore Lancicii in paranda Historia Societatis. - p. 20 : De virgine Mediolanensi. - p. 58 : Lancicius anno 1597 sibi ex originali transcripsit

Ephemeridem S. Ignatii. - p. 71 : De exemplari *Memoralis* sibi a P. Aquaviva commutato. - p. 72 : Lancicius adiuvat Orlandinum (cf. p. 17). - p. 133 : Recensentur ea quae, secundum Lancicium, immediate Ignatio a Deo revelata sunt. - p. 154 : Latina transcriptio documenti de deliberationibus (cf. MI, *Const.*, I, pp. 1 ss.). Has deliberationes perperam in anno 1538 reponit. - p. 213 : De S. Carolo Borromaeo et Exercitiis Spiritualibus. - pp. 225-226 : S. Philippus Neri ingredi cupit Societatem. - p. 238 : S. Maria Magdalena de Pazzis et Societas Iesu.

## 46

## P. LANCICIUS P. PAULO BOMBINI, ROMAM

CRACOVIA, 3 APRILIS 1623

## I. - MON. ineditum.

II. - TEXTUS autographus in *Epp. NN.* 87, f. 1.

P. Lancicius, rescians P. Paulum Bombini, in collegio Romano professorem, Vitam S. Ignatii parare, ei hanc scripsit epistulam, qua consilia dabat ad opus quam perfectissime scribendum, subsidio fontium.

P. Paulus Bombini, natus Cosentia (Cosenza) ca. 1575, ingressus Societatem die 2 aprilis 1592 (*Rom.* 53, f. 10v, 109), professus quattuor votorum 14 maii 1616 (ibid. f. 109). In collegio Romano fuit professor Logicae (1607-1608; 1613-1614), Physicae (1614-1615), Metaphysicae (1615-1616), Sacrae Scripturae (1623-1624). Cf. G. VILLOSLADA, *Storia del Collegio Romano*, 323, 327, 329, 332. Anno 1627, die 2 iunii, ei dimissio e Societate concessa est « ipsi petenti iustis de causis, ... cum facultate ingrediendi quamcumque religionem a Sancta Sede approbatam » (*Hist. Soc.* 54, f. 29). Re vera, ingressus est ordinem « de Somascha », ubi vota nuncupavit a. 1629. Mortuus est anno 1648. SOMMERVOGEL, *Bibliothèque*, I, 1682. Dum in Societate versaretur scripsit revera typisque edidit : *Vita di Sant' Ignazio Lojola*. In Napoli, per Lazzaro Scoriggio, 1615, 8°. - Iterum : In Roma, 1622, 8°; In Napoli, 1627, 8°. Vide SOMMERVOGEL, l. c.

*Textus*

*Lancicius Paulum Bombinum hortatur ad Vitam Sancti Ignatii conscribendam, eique suggerit fontes quos prae oculis habeat necesse est.*

de raptu. - p. 62 : Realdus Colombo lapides tres in eius vena porta invenit. - p. 65 : Miracula in vita peracta. - p. 66 : Lissani fratres Barcinonenses. - p. 68 : Apparitio Patri Kessel concessa. - p. 69 : Miracula post mortem. - p. 98. S. Philippus Neri Societatem ingredi voluit. Testimonium cardinalis Bellarmini et P. Mutii Vitelleschi (epistula huius Patris ad P. Lancicium, data 28 iulii 1636, edita fuit in op. *De praestantia*, pp. 226-227). - p. 105 : S. Carolus Borromaeus celebrare voluit secundam suam Missam in « sacello privato quo Ignatius utebatur ».

## 45a

P. NICOLAI LANCICII

## DE PRAESTANTIA INSTITUTI SOCIETATIS IESU

Opusculum hoc Lancicius in privatam tantum fratrum utilitatem composuerat, illud tamen P. Ioannes Chodzysński Vilnae a. 1644 primum edidit, postea autem ipse Lancicius illud publici iuris fecit in editione suorum operum quam anno 1650 curavit (MARTINOV, p. X n. 6 ; SOMMERVOGEL, IV, 1450, n. 17). Quatenus fuerit auctoris intentio in eo scribendo, apparet ex eius verbis in primo opusculi capite : « Conabor ergo in primis huius Opusculi capitibus ostendere S. Ignatio essentialia et quaedam non essentialia esse divinitus revelata, proprie et theologicè dicta revelatione prophetica, et quidem revelatione supremi ordinis et gradus, et ab eo, multo ante inchoatam Parisiis et fundatam Romae Societatem, praedicta ». In hoc opusculo latius evolvit Lancicius ea quae narraverat in scripto a nobis edendo, titulo : *Memorabilia de Sancto Ignatio* (MON. 47). Vide sis annotationes illi documento appositae.

Praecipui momenti pro nostro scopo est notitia de documentis quae Lancicius penes se habuisse testatus est, ea confirmans quae in scripto supra memorato iam dixerat. Agens p. 4 de *Memoriali* P. Ludovici Gonçalves dicit : illud « verti italice et penes me habeo et conservo tanquam pretiosum thesaurum ». - p. 5 : « Et in historia manu scripta a P. Hieronymo Natali sunt haec verba in Romano Archivio, ei a S. Ignatio dicta : Cum de Institutione rogaretur, solebat causam referre ad eximiam illustrationem, quam illi Deus gratificatus est Manresae, quae illa omnia acceperat a Domino, in spiritu quodam architectonico ». - pp. 8-9 : De variis editionibus *Vitae S. Ignatii* a P. Ribadeneyra scriptae, deque eius compendio. - p. 11 : De libello imaginum vitae S. Ignatii, annis 1609 et 1622 edito. - pp. 12-13 : Duplex testimonium Ludovici de La Palma de praenotione Instituti Societatis ex P. Mercuriano : in opere *Camino espiritual*, l. V, c. 2, et in scripto dato Matriti die 5 febr. 1641. - p. 17 : De labore Lancicii in paranda Historia Societatis. - p. 20 : De virgine Mediolanensi. - p. 58 : Lancicius anno 1597 sibi ex originali transcripsit

Ephemeridem S. Ignatii. - p. 71 : De exemplari *Memorialis* sibi a P. Aquaviva commutato. - p. 72 : Lancicius adiuvat Orlandinum (cf. p. 17). - p. 133 : Recensentur ea quae, secundum Lancicium, immediate Ignatio a Deo revelata sunt. - p. 154 : Latina transcriptio documenti de deliberationibus (cf. MI, *Const.*, I, pp. 1 ss.). Has deliberationes perperam in anno 1538 reponit. - p. 213 : De S. Carolo Borromaeo et Exercitiis Spiritualibus. - pp. 225-226 : S. Philippus Neri ingredi cupit Societatem. - p. 238 : S. Maria Magdalena de Pazzis et Societas Iesu.

## 46

## P. LANCICIUS P. PAULO BOMBINI, ROMAM

CRACOVIA, 3 APRILIS 1623

## I. - MON. ineditum.

II. - TEXTUS autographus in *Epp. NN.* 87, f. 1.

P. Lancicius, rescians P. Paulum Bombini, in collegio Romano professorem, Vitam S. Ignatii parare, ei hanc scripsit epistulam, qua consilia dabat ad opus quam perfectissime scribendum, subsidio fontium.

P. Paulus Bombini, natus Cosentia (Cosenza) ca. 1575, ingressus Societatem die 2 aprilis 1592 (*Rom.* 53, f. 10v, 109), professus quattuor votorum 14 maii 1616 (ibid. f. 109). In collegio Romano fuit professor Logicae (1607-1608; 1613-1614), Physicae (1614-1615), Metaphysicae (1615-1616), Sacrae Scripturae (1623-1624). Cf. G. VILLOSLADA, *Storia del Collegio Romano*, 323, 327, 329, 332. Anno 1627, die 2 iunii, ei dimissio e Societate concessa est « ipsi petenti iustis de causis, ... cum facultate ingrediendi quamcumque religionem a Sancta Sede approbatam » (*Hist. Soc.* 54, f. 29). Re vera, ingressus est ordinem « de Somascha », ubi vota nuncupavit a. 1629. Mortuus est anno 1648. SOMMERVOGEL, *Bibliothèque*, I, 1682. Dum in Societate versaretur scripsit revera typisque edidit : *Vita di Sant' Ignazio Lojola*. In Napoli, per Lazzaro Scoriggio, 1615, 8°. - Iterum : In Roma, 1622, 8°; In Napoli, 1627, 8°. Vide SOMMERVOGEL, l. c.

*Textus*

*Lancicius Paulum Bombinum hortatur ad Vitam Sancti Ignatii conscribendam, eique suggerit fontes quos prae oculis habeat necesse est.*

Pax X<sup>1</sup> etc.

Ho inteso che V. R. fa la Vida del N. S. Ignatio. Mi rallegro molto, perchè spero che la farà bene. Et perchè desidero che quest'ultima vita esca più piena dell'altre, oltre gli processi, nelli quali troverà molte cose belle, desiderarei che V. R. si servisse del Diario fatto dal P. Ludovico González, che si conserva nell'Archivio. E questo libro in foglio, scritto parte in spagnolo parte in portoghese, ha cose bellissime<sup>1</sup>. Item vi è un'altro libro in 4<sup>o</sup> della grossezza delle 4 dita<sup>2</sup>, nel quale sono varie raccolte de diversi, per la vita del S. Padre, quando la faceva il P. Ribadeneira. Vi è anco la vita che dettò il S. Padre al P. Gonzalez, voltata dal P. Codretto. Da questi libri haverà cose belle, belle. Io ho fatto una raccolta breve di varie cosette. Manderò a V. R. et l'ho stampato senza nome mio, con titolo :  
 15 *Gloria S. Ignatii*<sup>3</sup>, con occasione delle feste de' Nostri Santi. Ho chiesto da V. R. un compendio della vita di S. Ignatio da lei stampato, non l'ho havuto ancora. Spero che m'essaudirà. Del resto, amantissimo Padre mio, Dio N. S. dia a V. R. il suo santo lume et forze, acciò faccia questa opera conforme alli meriti grandi del Santo, imitando altri santi scrittori che hanno ingrandito con vere relazioni le vite de' Santi, non misurandole con giudicii humani, quali spesso non credono quel che in sè non trovano, ma senza smisurata scrupolosità, credendo a quel che altri hanno scritto di loro, ancorchè, a troppa prudenza, non  
 20 sia parso prima di palesarle al mondo. Alli Sti. Sacrif. et orationi di V. R. molto me raccomando. Di Cracovia, alli 3 d'aprile 1623.

Di V. R.

Servo in X<sup>o</sup>  
Nicolò Lancicio.f. 1v. *Inscriptio* : Rdo Patri in Christo P. Paulo Bombino  
Iesu / Roma

Pol[onia]

*Sigillum*


---

11 faceva] non bene potest legi hoc verbum ob maculam atramenti in ms. || 19 legi etiam potest facci vel faci

---

<sup>1</sup> De fontibus ignatianis a Lancicio adhibitis vide quid ipse dicat in MONUMENTO 47, n. 2.

<sup>2</sup> Significare videtur codicem *Instit.* 218 (prius *Vatic.* 2), ex quo desumpsimus in nostro volumine I textum latinae versionis *Actorum Patris Ignatii*, a P. Codreto confectae. De hoc codice v. FN, I, 78, 818; EN, I, pp. XL - XLIV; *Scripta*, I, 24.

<sup>3</sup> Vide supra. MON. 45.



## 47

## MEMORABILIA DE S. IGNATIO

A P. NICOLAO LANCICIO COLLECTA

PLOCIAE, 8 OCTOBRIS 1634

*Praefatio*I. - EDITIO : *Scripta*, I, 525-536.II. - **TEXTUS** originalis, ab auctore subscriptus et iuramento confirmatus, in *Epp. NN. 87*, ff. 4-5v.

In hoc scripto colligit Lancicius ea « quae illos [posteris nostros] in suscepto vitae religiosae statu magis stabilire queant » (n. 1). Agitur praecipue de gratiis ordinis supernaturalis S. Ignatio concessis in ordine ad Societatis Iesu foundationem et conservationem. Quae in hoc documento breviter attinguntur, fusius a Lancicio explicantur in suo opusculo *De praestantia Instituti Societatis Iesu*, praecipue de revelatione Instituti Societatis Ignatio facta. Initio (n. 2) ea adducit Lancicius quae ad confirmandam suam auctoritatem conducere valeant. Notandi sunt fontes eorum quae narrat; sunt autem: epistula a P. Polanco data a. 1564 (n. 3); *Summarium* hispanicum ispius Polanci (n. 5); *Acta*, quorum exemplar habuit Lancicius sibi a P. Ludovico Maselli donatum (n. 6); testimonia Ribadeneyrae in processibus (n. 7); *Ephemeris* S. Ignatii, a se ex originali romano transcripta (n. 8); *Memoriale*, pariter a Lancicio transcriptum ex originali Romano, sibi a P. Claudio Aquaviva commodato (n. 9); Natalis adhortationes (n. 10); Xaverii epistulae (n. 11); Processus remissorialis Bruxellensis (n. 12); scripta spiritualia et adhortationes P. Iulii Mancinelli (nn. 13, 14); liber *Vitae* S. Teresiae et Vita eiusdem sanctae virginis a P. Francisco Ribera scripta (n. 15); revelationes S. Mariae Magdalenae de' Pazzi (n. 20); scripta P. Ludovici Mansoni (n. 21). Praeterea, opera typis impressa, seu Vitae ignatianae scriptae a PP. Ribadeneyra et Maffei; Historia Societatis a PP. Orlandini et Sacchini, cet.

In nostra editione typis italicis distinguimus eos locos qui in manuscripto subducta linea notantur. Sunt autem citationes ex aliis scriptis, vel verba ore prolata.

*Textus*

1. *Scopus huius scripti.* — 2. *Undenam Lancicius hauserit ea quae narraturus est.* — 3. *Exercitia spiritualia Sancto Ignatio revelata.* — 4-5. *Item, nomen Iesu Societati inditum.* — 6. *Donum orationis Ignatio concessum.* — 7. *Testimonium Ribadeneyrae.* — 8. *Apparitiones ab Ignatio habitae dum scriberet Constitutiones.* — 9-10. *Multa ex iis quae in Societate ordinata sunt, supernaturali modo didicit.* — *De raptu Minorissano.* — *Testimonium Natalis.* — 11. *Et Patris Mercuriani.* — 12. *Manareus de triplici statu Societatis.* — 13-18. *De felici progressu Societatis testimonia Natalis, Iulii Mancinelli, S. Tere-siae, Francisci Costeri, Mutii Vitelleschi, Francisci Sacchini.* — 19. *Revelatio facta S. Francisco de Borgia.* — 20. *Alia revelatio S. Mariae Magdalenae de Pazzis.* — 21. *Apparitio concessa Ioannae ab Alexandro.* — 22. *Attestatio autographa Lancicii.* — 23. *Attestatio P. Fabritii Banfi.*

## †

Nicolaus Lancicius, Praepositus Provincialis Societatis Iesu in Provincia Lithuaniae S. I.<sup>1</sup>

- 5 [1] Periculum vitae, ad quod me praeteritae infirmitates, divino beneficio iam discussae, adduxerant, et vitae ac sanitatis longioris, etsi iam perfecte recuperatae, incertitudo me admonet, ut ad perpetuam rei memoriam posteris nostris nonnulla relinquam, hoc scripto a me comprehendenda, quae illos  
10 in suscepto vitae religiosae statu, in hac sancta Societate Iesu magis stabilire queant.
- [2] Cum enim prope quinquagesimum in hac sancta Societate Iesu annum attingam<sup>2</sup>, et per annos viginti Romae diversis vicibus ac in diversis domiciliis officiisque manserim, et hac  
15 occasione familiariter egerim cum praecipuis universae Societatis nostrae personis, etiam ex Indiis orientalibus et occidentalibus, saepe missis ad Congregationes Procuratorum, et ad tres Generales, quintam, sextam et septimam, multa observavi, audivi et legi circa res et personas nostrae Societatis Iesu.
- 20 Praeterea, cum per plures quam sex annos fuerim, iussu admodum R. P. N. Claudii Aquavivae, Praepositi Generalis nostrae Societatis, adiutor R. P. Nicolai Orlandini in colligenda materia pro primo tomo Societatis historiae<sup>3</sup>, ab eo composito et postea

<sup>1</sup> Lancicius praefuit Provinciae Lithuanae annis 1631-1635.

<sup>2</sup> Admissus est in Societatem anno 1591. Vide quae ante Mon. 41 praemisimus de Lancicii vita, supra, p. 639.

<sup>3</sup> Anno 1601, die 14 aprilis, initiatus est sacerdotio. «Affirmare possum me inter scripturas archivi Romani invenisse circa annum D.

impresso <sup>4</sup>, quamplurima legi magni momenti in scripturis nobis concredit, tum ex Archivio communi totius Societatis Romae existente, tum ex secretiore alio ipsorum Praepositorum Generalium missis, suppeditantibus materiam scribendae historiae nostrae Societatis. Insuper, cum Romae et alibi noverim circiter triginta, partim sacerdotes partim laicos, qui cum S. P. N. Ignatio Romae diu vixerunt, et inter eos aliquot ex primis sexaginta professis Societatis nostrae <sup>5</sup> et duos S. Ignatii cubicularios <sup>6</sup>, ac cum P. Petro Ribadeneyra per litteras, cum Patre vero Ioanne Petro Maffeo oretenus, scriptoribus vitae S. Ignatii, magnam communicationem habuerim, multa ab iis didici de rebus Societatis, quibus indagandis ab ipso mei novitatus tempore, pia quadam curiositate, non minore applicatione animi me impendi, quam studiis philosophicis et theologicis. Idcirco multa ex his a me observatis, auditis et lectis, pro solatio et instructione posterorum nostrorum dictavi in alio quodam scripto comprehensa <sup>7</sup>; hic vero alia quaedam totam Societatem concernentia dictabo; et omnia, postquam dicta- vero, meo confirmabo iuramento, propter eos qui me non norunt et qui post meam mortem Societati nomen dabunt, ne ullus sit alicui dubitandi locus.

[3] In primis, in epistola R. P. Ioannis Polanci (qui, vi-

1602, vel potius 1601, hanc historiam ..., dum ... pro prima historiae Societatis parte per sex annos colligerem materiam, a P. Nicolao Orlandino, cui datus eram adjutor, latine compositam ». LANCICIUS, *De praestantia Instituti Societatis Jesu* (Cracoviae, 1890), p. 17; cf. MARTINOV, *Collectanea*, p. 19; KOJALOWICZ-BALBINUS, 36-42; *Rom.* 79, ff. 80, 117v, 155, 197.

<sup>4</sup> Historiae Societatis partem primam, generalatum S. Conditoris complectentem, scripsit et « proxime ad metam perduxit » P. Orlandini, ut dicit P. Sacchini, qui opus edendum curavit, in praefatione ei praemissa. P. Orlandini mortuus est anno 1606; eius *Historia* primum edita est a. 1614.

<sup>5</sup> Cf. *De praestantia Instituti*, p. 164. Nomina primorum Societatis professorum habes in FN, I, 63 \*-65 \*; v. etiam *Chron.*, I, 40, annot. 1; EN, II, 590-592.

<sup>6</sup> Ipse Lancicius in quodam parvo scripto (*Epp.* 87, f. 33) nominat « duos eius [S. Ignatii] cubicularios, P. Io. Ignatium, meo tempore in Romano collegio mortuum, et Ioannem Borellum, meo etiam tempore in Domo professa defunctum ». Vide AHSI, 13 (1944) 133 \*; *Regulae*, p. 311. De Io. Ignatio, vide infra, p. 720, annot. 5. Alii Ignatii cubicularii fuerunt Fratres Coadiutores Ioannes Cors et Martinus de Zornoza, v. FN, I, 712-713, annot. 6, 7.

<sup>7</sup> Aliud Lancicii scriptum de S. Ignatio sunt *Dictamina S. P. Ignatii generalia*, edita supra MON. 41 et prius in vol. *Scripta*, I, 476-506. De reliquis scriptis Lancicianis de S. Ignatio vide *Praefationem* ante MON. 41 praemissam, supra, pp. 639-640.

45 vente S. P. N. Ignatio, per octo annos <sup>8</sup> eius et Societatis nostrae Secretarius fuit usque ad eius obitum, et postea trium Praepositorum Generalium), in eius, inquam, epistola ad quendam illustrissimum anno Domini 1564, 8 decembris, data, legi: *Patri nostro Ignatio Exercitia spiritualia ab ipso Deo,*  
 50 *sine humano magisterio, esse revelata* <sup>9</sup>. Quam revelationem idem P. Polancus in praefatione iis Exercitiis, vivente P. Ignatio, Romae primum impressis anno 1548, praefixa, appellat *Spiritus sancti unctionem* <sup>10</sup>; non audens, vivente P. Ignatio, eam praefationem lecturo, uti nomine revelationis.

55 [4] In eadem epistola legi, a P. Polanco scripta, haec verba formalia: *credi, quod Ignatius ex divina revelatione Societatis Iesu nomen a se fundato ordini indiderit* <sup>11</sup>.

[5] Item in vita manu scripta P. Ignatii, ab eodem P. Polanco inchoata <sup>12</sup>, legi tam alte fuisse impressum menti P. Ignatii  
 60 hoc nomen Societatis Iesu, ut dixerit se sperare illud approbatum iri ab Ecclesia in primo Concilio generali; quod factum videmus a Concilio generali Tridentino, sessione 25, c. 16, De Regularibus <sup>13</sup>.

[6] Habeo quoque donatam mihi, paulo ante mortem, a  
 65 R. P. Ludovico Massello, praecipuarum Societatis nostrae provinciarum antea Visitatore et Provinciali, et postea Assistenti Societatis pro Italia (in quo officio Romae mortuus est anno †1604† die S. Iacobi apostoli) <sup>14</sup>, Societatem nostram ingresso, cooperante ad id R. P. Ioanne Mari[n]ono, clerico regulari,

---

68 1604] 1606 ms.

<sup>8</sup> Novem annos fuit Polancus S. Ignatio a secretis, a mense martio vel aprili 1547, ad obitum S. Conditoris, 31 iulii 1556.

<sup>9</sup> «... los Ejercicios espirituales, que sin maestro le avía Dios enseñado a él mesmo para su aprovechamiento». FN, II, 308. Integra Polanci epistula edita fuit in PC, I, 498-520.

<sup>10</sup> MHSI, *Exercitia*, p. 218. De auctore illius praefationis v. ibid. p. 150. Vide etiam MON. 44, annot. 14, supra, p. 691.

<sup>11</sup> «... él rogó a los compañeros, sin disputar le dexassen el cargo del nombre de la Compañía; y así se cree aya tenido dél revelación divina». FN, II, 311.

<sup>12</sup> Significare videtur *Summarium* hispanicum, quod Lancicius citat agendo de nomine Societatis in cod. *Hist. Soc. 5b*, f. 96r-v; vide FN, I, 204, et supra, p. 681.

<sup>13</sup> Cf. FN, II, 176, 306.

<sup>14</sup> P. Ludovicus Maselli fuit Praepositus Prov. Neapolitanae (18 maii 1581-1 martii 1586), Siciliae (1586-1590), Poloniae (1591-1593), Assistens Italiae (1593-25 iulii 1604). SCHINOSI, t. I, p. 118; SANTAGATA, t. III, p. 132; AGUILERA, t. I, p. 266; *Annuae Poloniae 1590-91, 1592*; DE GUILHERMY, *Ménologe, Italie*, II, 96.

Neapoli tunc fama sanctitatis et nunc celebri, et in suo nobi-  
 lissimo ordine beatos inter annumerato<sup>15</sup>; habeo, inquam, ab  
 illo mihi donatam vitam manu scriptam S. P. N. Ignatii, com-  
 positam a P. Ludovico Consalvo de Camera, et, ut ipsemet  
 scribit, ab ipso P. Ignatio narratam tribus annis ante mortem,  
 adacto magnis et importunis precibus domesticorum<sup>16</sup>. In hac  
 vita, pagina mihi 74 et 75, scribit P. Consalvus inter multa alia,  
 haec sibi esse dicta a P. Ignatio : *se semper crevisse in devotione,*  
*id est, in facilitate inveniendi Deum, et nunc plus quam unquam*  
*in vita sua, quia qualibet vice et hora, qua vellet invenire Deum,*  
*illum inveniebat ; et quod habebat etiam tunc multas visiones,*  
*maxime illas, de quibus supra dictum est* (hoc est in illa eadem vita  
 narrata a P. Ignatio, et scripta a P. Consalvo), *sicut videre*  
*Christum tanquam solem. Et hoc illi accidebat saepe, ambulando,*  
*loquendo de rebus magni momenti ; et hoc faciebat illum venire*  
*in confirmationem* (Constitutionum, quas tunc scribebat et  
 complebat). *Quando faciebat missam habebat etiam multas vi-*  
*siones ; et quando faciebat illas Constitutiones habebat multas ;*  
*et quod nunc potest affirmare hoc facilius, quia quolibet die scri-*  
*bebat id quod transibat per animam suam, et hoc inveniebat nunc*  
*scriptum. Et mihi ostendit unum fasciculum satis grandem char-*  
*tarum, quarum mihi legit aliquam partem, et maior pars erant*  
*visiones, quas ipse videbat in confirmationem Constitutionum,*  
*videndo aliquando Deum Patrem, aliquando omnes tres personas*  
*Trinitatis, aliquando B. Virginem intercedentem et confirmantem*  
*saepe. Hoc ad verbum reddidi ex vita a P. Consalvo scripta*<sup>17</sup>.  
 Quae S. P. N. Ignatii verba, dicta P. Consalvo, confirmant alia  
 [4v] eiusdem S. Patris dicta, relata a P. Petro Ribadeneyra  
 in Vita S. P. N. Ignatii hispanice, latine et italice saepe edita,  
 l. 5, c. 1, ubi scribit (sicut et Orlandinus, l. 10, n. 65) Patrem  
 Ignatium Patri Iacobo Lainio indicasse substantialia Societatis  
 nostrae instituti ei quoque divinitus fuisse revelata, sicut re-

85 tunc *sup. lin.*

<sup>15</sup> Ioannes Marinoni, theatinus (1490-1565). Anno -1533 missus est Neapolim ad sui Ordinis domum condendam, ibique fama sanctitatis clarus, ad mortem usque vixit. Beati honores ei tributum sunt a. 1762.

<sup>16</sup> Vide FN, I, 347. LANCICIUS, *De praestantia Instituti*, pp. 6, 10-11. Alia documenta dedit Lancicio P. Maselli, de quibus v. *Regulae*, 199, 311. Vide etiam supra, MON. 44.

<sup>17</sup> *Acta*, nn. 99, 100, FN, I, 504-506. Lancicii versio non cohaeret cum versione Coudreti; probabiliter Lancicius habuit exemplar scriptum lingua originali hispana-italica.

velata fuerunt omnium aliorum ordinum fundatoribus<sup>18</sup>; quemadmodum id etiam S. Brigitta audivit sibi dictum a Christo Domino, l. 7. Revel., c. 20, de omnibus fundatoribus.

- 5 [7] Porro sciendum est, R. P. Petrum Ribadeneyram expresso iuramento confirmasse omnia prorsus quae scripsit in tribus vitis S. Ignatii, quarum prima edita est Neapoli in octavo, 1572, ex typographia Iosephi Cacchii, subscripta a Petro Dusina Vicario Generali, et Ioanne Francisco Lombardo ;  
 10 secunda, copiosior multo, edita est ab eodem, anno 1586, impressa Madriti apud viduam Alphonsi Gomezii, et postea pluribus in locis recusa, et variis linguis reddita ; tertia hispanice in folio edita est ab eodem, anno 1606<sup>19</sup> impressa Matriti per Ludovicum Sanchetz, et iterum anno 1609 recusa, et postea  
 15 reddita latine ex hispanico, et distributa in capita a Gaspare Quartemontio, cum graeca interpretatione e regione apposita, et impressa Augustae Vindelicorum anno 1616<sup>20</sup>, quae deinde posita est 31 iulii in posteriore editione vitarum sanctorum Laurentii Surii, impressarum Coloniae anno 1618, sumptibus  
 20 Ioannis Kreps et Hermannii Mylii. Prestitit autem R. P. Ribadeneyra suum iuramentum, confirmat[or]ium rerum in vita S. Ignatii scriptarum, iuridice examinatus, primum anno 1595 auctoritate Camilli Caietani, patriarche Alexandrini, Nuncii Apostolici apud regem Hispaniarum<sup>21</sup>; deinde anno 1606 in  
 25 octobri, iam octogenarius, auctoritate apostolica examinatus in processu canonizationis S. Ignatii, coram Bernardo de Sandoval et Rojas, Sanctae Romanae Ecclesiae cardinale et archiepiscopo Toletano, et coram Melchiore de Soria Vela, episcopo Troiano, Commissario Apostolico, designatis auctoritate Sedis

<sup>18</sup> Cf. *Instit.* 17, f. 83.

<sup>19</sup> Sic. pro 1604. Agit Lancicius de Vita Ignatii a Ribadeneyra in compendium redacta et addita ad calcem secundi voluminis operis sui *Flos Sanctorum*, in editione anni 1604. Post titulum secundi huius voluminis, additur : *Al cabo se pone la Vida del Bienaventurado Padre Ignacio de Loyola, fundador de la Compañia de Jesús*. Editiones *Vitae* enumerat Lancicius in *MON.* 44, supra, p. 693. Vide etiam PALAU, *Manual del Librero Hispanoamericano*<sup>2</sup>, VII, 270 ; SOMMERVOGEL, VI 1738.

<sup>20</sup> P. Gaspar Quartemont non reddidit latinae Vitam Ignatii quinque libris comprehensam, sed aliam brevioris eiusdem Ribadeneyrae de qua in annot. praecedenti. Opus Gasparis Quartemont, primum editum Ipris Flandrorum a. 1612 (SOMMERVOGEL, VI, 1331), in graecum sermonem convertit P. Georgius Mayr.

<sup>21</sup> *Scripta*, II, 150-167.

Apostolicae per Paulum quintum a Sacrae Romanae Rotae 30  
auditoribus<sup>23</sup>.

[8] Habeo quoque penes me, a me ex romano originali  
descriptum, libellum visionum S. P. Ignatii<sup>23</sup>, ab ipsomet sancto  
scriptum dum Constitutiones scriberet, honorifice commemo- 35  
ratum a Ribadeneyra in Vita S. Patris, l. 4, c. 2; et a Maffeio,  
l. 3, c. 1; et ab Orlandino, l. 10 *Hist. Soc.*, n. 56. In quo libello  
invenitur pluribus in locis a S. P. Ignatio scriptum, esse et a  
divinis Personis et a Beata Virgine, sibi saepe apparentibus,  
approbata illa Constitutionum puncta de quibus deliberabat,  
et quae postea scripsit, et esse illum ad ea statuenda incitatum, 40  
tum per has apparitiones, tum per illustrationes magnas, quas  
tunc divinitus percipiebat cum miris sensibus pietatis, quos  
referunt, locis supra citatis, tres illi scriptores. Ideo, cum ap-  
probatione A. R. P. N. Claudii Aquavivae Generalis edita fuit,  
me et R. P. Philippo Rinaldi, Rectore collegii Germanici, pro- 45  
curante, Romae anno 16[0]9, impressa in imaginibus, vita  
S. P. Ignatii<sup>24</sup>, in qua, pagina 65, posita est haec historia cum  
tali subscriptione: *Societatis Iesu Constitutiones frequentibus  
divinarum personarum apparitionibus atque illustrationibus,  
beatissima item Virgine saepe visa atque illas approbante, con-* 50  
*scribit.*

[9] Habeo apud me exemplar Diarii dictorum et factorum  
S. P. N. Ignatii, scripti a P. Ludovico Consalvo de Camara, a  
me descriptum ex romano originali, mihi accommodato olim  
ab A. R. P. N. Claudio Aquaviva Generali<sup>25</sup>, in quo Diario, 55  
pagina mihi 50, lit. H, scripsit P. Consalvus dictum sibi a  
P. Ignatio: *multas alias res* (praeter quasdam non essentielles)

37 post esse del. illi || 48 Constitutiones corr. ex Constitutionibus || 53 scripti  
corr. ex scriptum

<sup>23</sup> Ibid. 848-856. Testimonium, iuramento confirmatum, de veritate  
rerum in *Vitis narratarum*, v. supra, MON. 44, annot. 24.

<sup>24</sup> Intellige *Ephemeridem* seu *Diarium* S. Ignatii, editum in MI, *Const.*  
I, 80-158. In op. *De praestantia Instituti* dicit Lancicius se anno 1597  
Ignatii ephemeridem ex originali transcripsisse.

<sup>25</sup> VITA / BEATI P. IGNATII / LOIOLAE / SOCIETATIS IESU / FUN-  
DATORIS. / ROMAE / M. DC. IX. Haec *Vita* continet 79 imagines nume-  
ratas, mensurae 145 x 94 mm. Editio facta anno 1622 differt a prae-  
cedenti eo quod in fine addit imaginem aliam, non numeratam, exhibens  
Ignatii canonizationem. - P. Philippus Rinaldi fuit Rector collegii  
Germanici annis 1605-1608.

<sup>26</sup> Significat *Memoriale*, quod Lancicius italice se vertisse dicit et  
tamquam thesaurum servavit. Vide supra, MON. 44, n. 2, annot. 5;  
*De praestantia*, p. 4; supra, pp. 689, 698.

- in Societate ordinatas se intellexisse Manresae in una magna illustratione intellectus, a Domino nostro manifestatas, et ad eam*
- 60 *illustrationem solitum P. Ignatium ultimate se referre post allatas varias causas, ex humana et spirituali prudentia petitas, rerum a se in Societatis Constitutionibus scriptarum*<sup>26</sup>, *uti etiam scribunt Ribadeneyra, l. 5, c. 5 in fine, et c. 2; et Orlandinus, l. 10 Hist. n. 65 et 66, et l. 2, n° centesimo decimo sexto.*
- 65 *Per hanc autem illustrationem S. Pater revelationem divinam proprie dictam (quae essentialiter nihil est aliud, quam illustratio divina, modo extraordinario data) intellexit; sed, ut humillimus et modestissimus, verbis etiam modestiam praeseferentibus usus est, more aliorum sanctorum. Existimo autem, tunc S. P.*
- 70 *Ignatio res multas de Societatis nostrae instituto Manresae fuisse revelatas a Deo dum, Exercitiis spiritualibus vacans, esset in illo raptu per octo dies continuato, descripto a Ribadeneyra, l. 1, c. 7; et a Maffeio, l. 1, c. 7; et ab Orlandino, l. 1, n. 28. Moveor ad hoc credendum autoritate R. P. Ludovici Man-*
- 75 *sonii, muniis Provincialis et Visitoris cum magna laude et fructu subditorum in Societate obitis commendati*<sup>27</sup>, *qui, dum esset meus in Romano collegio Rector, mihi dixit, sanctae cuidam virgini mediolanensi probati spiritus sibi notae (Mediolano autem tunc venerat, evocatus ad gubernandum Roma-*
- 80 *[5]num collegium) divinitus revelatum fuisse, quod in illo octiduoano raptu Patri nostro Ignatio fundatori Deus revelarit institutum Societatis*<sup>28</sup>. *Porro et vitae S. Ignatii et Diarii a P. Ludovico Consalvo scripti magna debet esse fides et autoritas, quia scripsit quae a S. Patre sibi dicta audivit et in eo vidit,*
- 85 *et quotidianam occasionem habuit eum alloquendi et observandi, quippe Minister domus professae romanae a S. Patre*

<sup>26</sup> *Memoriale*, n. 137, I, 609-610.

<sup>27</sup> P. Ludovicus Mansoni panormitanus (1546-1610), fuit Rector collegii Mediolanensis (Brera) annis 1586-1589; inde fuit Rector collegii Romani annis 1594-1596, Provincialis Provinciae Neapolitanae annis 1597-1600. Defunctus Messanae 2 sept. 1610 (*Hist. Soc. 43a*, f. 33v); AGUILERA, t. I, 551-559; SOMMERVOGEL, V, 508.

<sup>28</sup> Isabella Berinzaga, mediolanensis, de qua vide PIRRI, *Il P. Achille Gagliardi, la Dama milanese, la riforma dello spirito e il movimento degli zelatori*, in *AHSI*, 14 (1945) 1-72, et vide bibliographiam ibid. p. 1, annot. 1; Achille GAGLIARDI, *Breve compendio di perfezione cristiana* (Libreria editrice Fiorentina [= *Testi Cristiani*, 1]) cum introductione et annotationibus Marii BENDISCIOLI. In Appendice pp. 155-203, editur documentum ineditum *De domina Isabella Berinzaga* ex Bibliotheca Nationali Romana, *Fondo ges. 1311*, ubi agitur de eius relatione cum iesuitis mediolanensibus et de doctrina spirituali. Eius *Exercitia* servantur Romae, in Arch. Pont. Universitatis Gregoriana, ms. 2930.



factus, et ob hunc finem sancto dolo a Ioanne, tunc principe, postea rege Lusitaniae (cuius fuit confessarius), Romam missus, *ut omnia dicta factaque Ignatii curiose observaret et ad se diligenter perscriberet*, quemadmodum scribit Ribadeneyra, l. 4, c. 17<sup>29</sup>; 90  
deinde magna officia, quae in Societate cum laude obivit, tum vivente S. Ignatio, tum post eius mortem, magnam ei fidem et auctoritatem merito conciliare debent, ideoque a nostris historicis celebratur: a Ribadeneyra, l. 4, c. 17; Maffeo, l. 3, c. 6; Orlandino, l. 7, n. 65, et l. 8, n. 88 et 90, et l. 12, n. 57, 95  
et l. 14, n. 4, et l. 16, n. 38; et Francisco Sacchino, secunda parte *Historiae Societatis*, l. 2, n. 46. Hinc factum est ut, dum processus auctoritate Sedis Apostolicae fierent in Hispania pro canonizatione S. Ignatii, per literas, ut vocant, compulsoriales, a Sacrae Rotae Romanae Auditoribus, auctoritate apostolica 100  
missas, etiam hoc Diarium, a P. Consalvo conscriptum, insertum fuerit processui, tanquam conduens ad promovendam S. Ignatii canonizationem<sup>30</sup>.

[10] Item, legi exhortationem primam P. Hyeronimi Natalis, factam ad nostros complutenses in Hispania, in qua, pagina 3, haec dixit: *res Societatis immediate revelatas esse a Deo Patri nostro Ignatio*<sup>31</sup>. Quae verba magni momenti sunt, a tali viro prolata; tum quia fuit intimus S. Ignatii socius, maturus iam sacerdos Societatem ingressus, tum quia primus e Societate electus est a S. Ignatio, eamque ob causam e Sicilia Romam 10  
evocatus, ut Constitutiones Societatis, ab Ignatio factas, per Societatem promulgaret (ut scribit Orlandinus, n. 32, l. 12); et ita, Constitutionibus a S. Ignatio acceptis, in Siciliam rediit, easque ibi promulgavit (teste Orlandino, l. 12, n. 34). Postea ad easdem promulgandas, anno sequenti Commissarius in Hispaniam et Lusitaniam a S. Patre missus est *cum ampla potestate decernendi, iubendi, constitutiones corrigendi, immutandique quid-* 15

<sup>29</sup> Ludovicum Gonçalves id facere iussit Ioannes Tertius, minime vero eius filius Ioannes, qui numquam regnavit, mortuus est enim ante patrem, a. 1554. Verba Ribadeneyrae sunt haec: « Ioannes Tertius, Lusitaniae rex eximius ... Ludovico Gonzali (qui Ioanni principi filio suo a confessionibus fuerat) in Urbem proficiscenti mandat, ut omnia Ignatii dicta factaque curiose observet, et ad se diligenter perscribat, et quid de toto homine ipsi videatur, ipsum regem certiore faciat ». *Vita*, l. IV, c. 17. Recte rem exprimit Lancicus in op. *De praestantia*, p. 3.

<sup>30</sup> Vide, inter alia, *Scripta*, II, p. 548; *De praestantia*, p. 4.

<sup>31</sup> Adhortationum Complutensium Hieronymi Natalis, annis 1554 et 1561 habitatum eas partes edidimus quae de S. Ignatii vita sermonem faciunt. De hoc agitur in FN, I, 307; II, 171, lin. 17-18; 177, lin. 40-41.

*quid e re divina communique usu visum esset* (ut est apud Orlandinum, l. 13, n. 7, 45, 50). Reversus ex Hispania, omnium fere  
 20 consensu, probante Ignatio, electus est Vicarius Generalis totius Societatis, cum Ignatius aegrotus decumberet et aegre iam vitam traheret (ut habet Orlandinus, l. 14, n. 17). Mortuo S. Ignatio, sub eius successore Iacobo Laynez, Assistens Societatis creatus est, teste Sacchino, l. 2, n. 46. Post duos circiter  
 25 annos a Lainio ad totam Societatem in Europa visitandam missus est, et quidem in Hispaniam *cum delegata potestate maxima*. Praeterea *omnia in omnibus provinciis, et ubicumque locorum Societas esset vel ad eam aliquid pertineret, statuendi, abrogandi, interpretandi*. Item *rectores, provinciales, et alios quoscumque*  
 30 *praepositos amovendi, perficiendi, transferendi*. Denique *quidquid Praepositus Generalis, si praesens adesset, gerendi potestatem permisit*<sup>32</sup>.

[11] Hoc ipsum confirmatur testimonio P. Everardi Mercuriani, quarti Praepositi Generalis Societatis Iesu, qui a S. Ignatio  
 35 primus Rector novi collegii Perusini factus fuit, teste Orlandino, l. 12, n. 15 ; et postea in publica exhortatione, dum esset Generalis, dixit, omnibus audientibus (inter quos tunc erat P. Aegidius Gonzalez, Assistens Societatis pro Hispania, mihi probe notus in quinta Congregatione Generali), *se audivisse ex ore*  
 40 *Patris Ignatii, quod in exercitio de duobus vexillis* (Manresae facto) *illi Deus detexerit formam et modellum Societatis* ; quod postea scriptum reliquit P. Aegidius in Directorio Exercitiorum a se facto, ut refertur a P. Ludovico de Palma, Provinciali Toletano (qui id se a P. Aegidio Gonzalez audivisse scribit), prima  
 45 parte Itiner. Perfect., l. 5, c. 2, pagina 734 et 735 ; in quo libro etiam Pater de Palma addit, *id quoque sciri ex constanti traditione nostrorum primorum Patrum*<sup>33</sup>. Unde mirum non est hoc

<sup>32</sup> Vide litteras patentes, 6 novembris 1560 Natalis datas, quibus ei munus Commissarii pro Hispaniae, Galliae, Germaniae et Italiae provincias munus demandabatur : EN, I, 358-362.

<sup>33</sup> « Digo, pues, que por medio de estos ejercicios habló Dios con San Ignacio y abrió sus labios para con él y le descubrió lo que tenía escondido en los secretos de su sabiduría (que fue la traza y modelo desta Religión), y por medio de los mismos le imprimió la ley de la caridad con que la misma Religión había de conservarse. Y ser esto así lo sabemos por constante tradición de nuestros primeros Padres. Y el P. Gil González lo afirma en un excelente directorio que escribió sobre los ejercicios. Y yo mismo le oí decir que nuestro Padre Everardo, cuarto Prepósito General, estando él presente, había dicho en una plática, que en el ejercicio de las Banderas (que está en el cuarto día de la segunda semana) le había Dios descubierto este secreto y puéstole delante de los

quoque etiam S. Franciscum Xaverium sensisse, qui l. 1, epist. 5, romanae Societati sic scribit: *Ex multis et magnis huius vitae fructibus, quos adhuc Dei beneficio cepi et quotidie capio, illum enim vero duco maximum, quod nostrae Societatis instituto Pontificis Maximi auctoritate comprobatum confirmatumque esse cognovi. Immortales Deo gratias et ago et habeo, qui, quam vitae rationem servo suo Parenti N. Ignatio clam ipse praescripserat, eam aliquando per suum Vicarium palam stabiliri voluit ad memoriam posteritatis sempiternam*<sup>34</sup>.

[12] Legi in processu bruxellensi, auctoritate Sedis Apostolicae facto pro canonizatione S. Ignatii, folio 18, testimonium iuratum R. P. Oliverii Manarei (qui a S. Ignatio fuit factus Rector collegii Romani et postea primus Lauretani, et post mortem S. Patris saepius fuit diversarum provinciarum Provincialis et Visitor, et Assistens sub P. Everardo, et, eo mortuo, Vicarius Generalis totius Societatis) tale testimonium: *Audivi, inquit, de futuro Societatis statu triplici, ex P. Ludovico Gonzaletz (hoc est, Consalvo supra nominato) et dictum a S. P. Ignatio: quod nimirum primus status fuisset satis bonus, secundus melior esset futurus, tertius adhuc multo praestantior. De secundo sibi testi constat, quod fuit et est etiam nunc melius ordinatus, quam erat tunc temporis; quia nondum erat novitiatus, et probationes ac exercitationes, quae secutae sunt, et nunc, Deo laus, vigent et in viridi sunt observantia. Haec ad verbum P. Oliverius*<sup>35</sup>.

[13] Huic similia a P. Hieronymo Natali, publice referente, se audivisse scripsit in suo libello secreto coelestium gratiarum, mihi donato, P. Iulius Mancinellus, vir fama sanctitatis et miraculorum celebris in vita et post mortem, ubi sic pagina 63<sup>a</sup> scribit propria manu: *dictum esse Patri Natali a B. Patre Ignatio: post nos primos futuri sunt in Societate homines perfectionis maioris; idque beatum Patrem dixisse cum interrogaretur, utrum remitteretur fervor in Societate*<sup>36</sup>.

<sup>32</sup> auctoritate sup. lin.

ojos la forma y modelo desta Compañía ». *Camino espiritual*, l. V, c. 2 (Barcelona, 1878, p. 394). De hac re agit saepe P. Nadal. Vide DALMASES, *Las meditaciones del reino y de dos banderas y la vocación a la Compañía* in *Manresa*, 20 (1948) 311-320; NICOLAU, *Jerónimo Nadal*, pp. 350-355.

<sup>34</sup> Ep. data 15 ianuarii 1544. EX, I, 175-176.

<sup>35</sup> Responsio Manarei articulo 52, *Scripta*, II, 912. Verba Ludovici Gonçalves citat ipse Manareus in responsione ad Lancicii postulata: vide MON. 23, supra p. 425; LANCICIUS, *De praestantia*, p. 168.

<sup>36</sup> *De praestantia*, p. 169. P. Nadal id saepe dixit. Vide *Apologiam contra censuram*, FN, II, 111; RIB., *Dichos y hechos* c. V, n. 79, ib. p. 493.

[14] Hoc ipsum in alio libro suarum exhortationum, mihi  
 80 quoque donato, multis ostendens Societatem in suo bono statu  
 semper duraturam. Tandem id confirmat sua manu scriptis  
 his verbis : *Ratione supernaturali*, inquit, *idem patet, ex divina*  
*revelatione facta B. Patri Ignatio : dixit enim ipse (corrigen*  
 85 *quendam Patrem, qui dubitabat defuturum fervorem in Societate),*  
*quod postea venient in Societatem homines, qui erunt perfectiores*  
*primis. Et quemadmodum vera dixit, praedicendo futura Romae*  
*et Parisiis maxima collegia, sic etiam in hoc verum dixisse, sperare*  
*in divino favore debemus.* Haec P. Mancinellus.

[15] Quibus conformis est revelatio facta S. Teresiae, ab  
 90 ipsamet scripta, c. 40 vitae suae<sup>37</sup>, et a P. Francisco Ribera  
 in eius vita, l. 4, c. 5, « de magno profectu quem debet facere  
 Societas temporibus ultimis et fortitudine qua debet susten-  
 tare fidem »<sup>38</sup>.

[16] Ideo merito P. Franciscus Costerus, S. Ignatii disci-  
 95 pulus, dum essem Romae anno 1600, dixit Papae Clementi  
 octavo, coram aliis Patribus Procuratoribus Societatis totius,  
 qui tunc convenerant, *se nosse utrumque tempus Societatis*  
*(cum a S. Ignatio in eam receptus sit) ; affirmare se tamen, modo*  
 100 *Societatem multo melius esse constitutam et in perfectione pro-*  
*ficientem, quam fuerit illo ipso tempore S. Ignatii. Quod etiam*  
*modo ex ipsa inspectione, quae fuit illi demandata tanquam Visi-*  
*tatori, in provincia Flandriae advertisset magna sua voluptate*<sup>39</sup>.

[17] Hunc ipsum meliorem multo nunc Societatis esse

---

Vita ms. P. Iulii Mancinelli (1537-1618) invenitur in ASIR, *Vitae* 18, 19, 41, 42; eius *Diurnale* continetur in mss. *Vitae* 44 (1605-1608), *Vitae* 45 (1604-1609); *Vitae* 48 (1609-1611); *Vitae* 49 (1610-1612); *Vitae* 50 (1613-1616). *Vitae* 43 continet scripta eius ascetica. Jacobo CELLESI, *Vita del Servo di Dio P. Giulio Mancinelli* (Roma, 1668).

<sup>37</sup> « Dióseme a entender el gran provecho que había de hacer una Orden en los tiempos postreros, y la fortaleza con que los de ella han de sostener la fe ». *Vida*, Cap. 40. Cf. *De praestantia*, pp. 169, 219.

<sup>38</sup> « Otra vez, estando en oración con mucho recogimiento y suavidad y quietud, vio en el cielo muchos de la Compañía de Jesús con unas banderas blancas en las manos. Y estando ella maravillada y contenta por la mucha devoción que tenía a esta Religión, la dijo nuestro Señor Jesucristo : Pues, si tú supieses cuánto han de ayudar estos a la Iglesia en los tiempos venideros ... Las palabras que la dijo nuestro Señor puso más adelante en el capítulo cuarenta sin el nombre de la Religión, pero es cosa certísima y sabida de su boca todo lo que he dicho ». RIBERA, *Vida de Santa Teresa* (Barcelona, 1908), pp. 184-185. Vita P. Ribera primum edita est an. 1590. SOMMERVOGEL, VI, 1761.

<sup>39</sup> Vide supra, n. [12], testimonium P. Olivierii Manarei. De P. Costero v. supra, p. 442.

statum, quam fuerit antea, mihi dixit anno 1616 A. R. P. N. Mutius Vitellescus, modernus noster Generalis, idque se agnovisse mihi dixit ex visis scripturis et lectis secreti Archivi Praepositorum Generalium nostrorum. 5

[18] Quod ipsum eodem anno mihi Romae dixit R. P. Franciscus Sacchinus, magni iudicii, prudentiae et virtutis vir, historiographus Societatis, cuius historiam ex scriptis romani Archivi et aliarum provinciarum, in quinque magnos tomos distributam, usque ad annum 1600 perduxerat, antequam factus esset Secretarius Societatis, in quo officio sancte obiit 40. 10 15

[19] Anno 1616, sub tempus Congregationis nostrae septimae Generalis (cuius pars fui), dixit mihi R. P. Ferdinandus Pontze, magnae fidei et auctoritatis vir, antea in Hispania Visitator, tunc Provincialis Boethicae 41, relatum sibi esse a P. Vincentio Madresio 42, et huic dictum a fratre Marco, socio B. Francisci Borgiae, qui id se ex ore ipsius B. Borgiae audivisse P. Vincentio dixerat, revelatum fuisse P. Francisco Borgiae divinitus, per tot centenos annos neminem e Societate damnatum iri qui in Societate moreretur, per quot centenos annos etiam S. Benedicti ordini hoc privilegium erat divinitus concessum 43. 20 25

[20] Ante quadraginta circiter annos legi Romae scriptam revelationem, factam B. Mariae Magdalenae de Pazzis, Florentia allatam a R. Patre Bernardino Rossignolio, tunc nostro Provin-

10 iudicii *abscissa charta*; *legi etiam potest*: ingenti

40 P. Franciscus Sacchini (1570-1625) factus est Secretarius Societatis an. 1619 mense martio. Mortuus est 16 dec. 1625. Scripsit *Historiae Societatis* partes II-V (tomum I), usque ad annum 1590 complectentes. Opus eius continuavit P. Iuvencius.

41 P. Ferdinandus Ponce fuit Provincialis Baeticae annis 1614-1617. Mortuus est Hispali, 17 februarii 1624. In op. *De praestantia Instituti* dicit Lancicius Patrem Ponce rem sibi narrasse die 17 februarii 1616. *De praestantia*, p. 167.

42 P. Vincentius Matresius (Madrese) nolanus, n. ca. 1549, i. 12-II-1573 (*Neap. 80*, f. 138v), prof. 4 vot. Neapoli 27-IV-1597 (*Ital. 4*, f. 271-272), † Barcinone 30-IX-1607 (*Hist. Soc. 43*, f. 94).

43 Id est, per ter centenos annos. De hac revelatione quam S. Franciscus Borgia habuisse dicitur anno 1569, vide *AA. SS. iulii*, t. VII, p. 851, n. 464; CIENFUEGOS, *La heroyca vida, virtudes y milagros del grande S. Francisco de Borja*, p. 382; LANCICIUS, *De praestantia*, pp. 166-167; TERRIEN, Jacques, *Recherches historiques sur cette tradition que la mort dans la Compagnie de Jésus est un gage certain de prédestination*, (Quatrième édition, Wetteren, 1920), pp. 21-29

- ciali Romano <sup>44</sup>, in cuius scripto italico ad verbum latine reddito  
 30 haec erant : *Videbat Deum in coelo complacere sibi adeo in anima*  
*S. Ioannis Evangelistae, ut quodammodo non viderentur esse*  
*alii sancti in paradiso ; et simili modo videbat Deum delectari*  
*in anima B. P. Ignatii, fundatoris Societatis Iesu ; unde dicebat*  
*loquendo fortiter : — Spiritus Ioannis et ille Ignatii est idem —.*  
 35 *Et intelligebat ideo Deum delectari et complacere sibi adeo in his*  
*duobus sanctis, quia illorum scopus et finis fuit amor et charitas,*  
*et per viam amoris et in charitate trahebat creaturas ad Deum.*  
*Dixit postea haec verba : — Maxime felix spiritus, qui regnet*  
*hodie in terra, est ille Ignatii, quia eius filii in conducendis ani-*  
 40 *mabus ad Deum procurant principaliter dare notitiam quantopere*  
*gratum sit Deo et quantum intersit attendere operibus internis*  
*et tractare interius cum Deo, etc. Videbat praeterea haec benedicta*  
*anima quod quoties filii B. P. Ignatii tractabant in terra cum ani-*  
 45 *mabus tali modo, toties in coelo renovabant Deo complacentiam*  
*et delectationem, quam percipiebat in anima B. Patris. Dixit*  
*etiam in eodem raptu (qui contigit anno 1599, 26 decembris) :*  
*bene potest laetari et gaudere noster pelicanus (id est, priorissa mo-*  
*nasterii) quia conducta est ad illud tempus adeo desideratum*  
*videndi pullulare in religione nostra primitias spiritus Ignatii* <sup>45</sup>.  
 50 [21] Legi ante quadraginta circiter annos in scripto quodam  
 R. P. Ludovici Mansoni, tunc Provincialis Neapolitani <sup>46</sup>, ap-  
 paritionem factam Neapoli nobili et sanctae virgini Ioannae  
 ab Alexandro <sup>47</sup>, quae, cum Societatem Domino commendaret,  
 haec a Christo Domino verba sibi dici audivit : — *Scias, filia*  
 55 *mea, haec, quae petis, summe mihi esse grata ; et desidero ut quae-*  
*vis persona illos amet, et ab illis iuvetur, quia est mea Societas,*  
*et eam habeo semper intra cor meum, et non possum ferre ut in*  
*ea sit ullus habens notabiles defectus ; et ideo volo ut subito dimit-*

<sup>44</sup> P. Bernardinus Rossignoli (1547-1613) fuit Praepositus Provinciae Romanae annis 1597-1600. RARTZ von FRENTZ, *De P. Bernardino Rossignoli (1547-1613)* in AHSI, 2 (1939) 35-43.

<sup>45</sup> Vide AA. SS. p. 850, nn. 458-459, ubi eadem referuntur. De eorum fonte haec dicunt n. 459 : « Delibo, inquam, ista ex apographo italico, quod e scriptis monasterii S. Mariae Angelorum, et S. Mariae Magdalenae de Pazzis accurate extractum fuisse testantur die X. Februarii anno 1729 tres eiusdem monasterii (quod Florentiae est) religiosae eidem subscriptae. Illud P. Ignatius Pinius a P. Casotti S. I., olim in variis collegiis Rectore, tunc autem socio reverendi Patris Provinciae Romanae praesidis accepit, ac Roma ad me misit ». Vide *De praestantia*, pp. 173-177.

<sup>46</sup> P. Ludovico Mansoni, v. supra annot. 27.

<sup>47</sup> *De praestantia*, p. 171.

*tantur ex mea Societate ; et hoc permitto aliquando pro bono eorum, qui remanent. Et scias, filia, quamdiu durabit mundus, volo ut vocetur mea Societas haec Societas : volo praeterea, ut imitentur mea vestigia —. Postea dixit illi Dominus, rem, quam maxime vellet vigere in Societate esse obedientiam caecam. Deinde Dominus, conversus ad suam benedictam Matrem, donabat ei, tanquam eius filios, omnes illos de Societate, ut eorum particularem curam haberet.* 60

[22] [*Attestatio Lancicii autographa*] : Haec omnia et singula, ex meis antiquis collectaneis fideliter scriptis, hic a me dictata, et postea a me diligenter relecta, ob maiorem Dei gloriam, iureiurando confirmo, et meae propriae manus subscriptione, ac sigillo officii mei munio, ad perpetuam rei memoriam. 70

Plociae 8 octobris, A. D. 1634.

Nicolaus Lancicius  
manu propria.

75

[23] Ego Fabritius Bamfus, Visitator Societatis Iesu in regno Poloniae, testor relationem hanc esse R. P. N. Nicolai Lancitii, eiusdem Societatis olim Provincialis in Provincia Lithuaniae, et ipsius manu bene mihi nota subscriptam, convenireque de verbo ad verbum cum alia relatione, quae manet in archivio eiusdem Provinciae. In cuius rei fidem hanc attestationem, mea manu subscriptam, et sigillo mei officii munitam, dedi. 80

Varsaviae 2 novembris 1641.

Fabritius Bamfus <sup>48</sup>

85

*Adsunt duo sigilla.*

---

76-83 *Non autographum. Scriptum a librario alio ab eo qui documentum hoc exaravit.*

---

<sup>48</sup> P. Fabritius Banfi Provinciam Poloniae visitavit annis 1640-1643. Eiusdem Provinciae fuit Provincialis annis 1643-1646.

- ciali Romano <sup>44</sup>, in cuius scripto italico ad verbum latine reddito  
 30 haec erant : *Videbat Deum in coelo complacere sibi adeo in anima*  
*S. Ioannis Evangelistae, ut quodammodo non viderentur esse*  
*alii sancti in paradiso ; et simili modo videbat Deum delectari*  
*in anima B. P. Ignatii, fundatoris Societatis Iesu ; unde dicebat*  
*loquendo fortiter : — Spiritus Ioannis et ille Ignatii est idem —.*  
 35 *Et intelligebat ideo Deum delectari et complacere sibi adeo in his*  
*duobus sanctis, quia illorum scopus et finis fuit amor et charitas,*  
*et per viam amoris et in charitate trahebat creaturas ad Deum.*  
*Dixit postea haec verba : — Maxime felix spiritus, qui regnet*  
*hodie in terra, est ille Ignatii, quia eius filii in conducendis ani-*  
 40 *mabus ad Deum procurant principaliter dare notitiam quantopere*  
*gratum sit Deo et quantum intersit attendere operibus internis*  
*et tractare interius cum Deo, etc. Videbat praeterea haec benedicta*  
*anima quod quoties filii B. P. Ignatii tractabant in terra cum ani-*  
*mabus tali modo, toties in coelo renovabant Deo complacentiam*  
 45 *et delectationem, quam percipiebat in anima B. Patris. Dixit*  
*etiam in eodem raptu (qui contigit anno 1599, 26 decembris) :*  
*bene potest laetari et gaudere noster pelicanus (id est, priorissa mo-*  
*nasterii) quia conducta est ad illud tempus adeo desideratum*  
*videndi pullulare in religione nostra primitias spiritus Ignatii* <sup>45</sup>.  
 50 [21] Legi ante quadraginta circiter annos in scripto quodam  
 R. P. Ludovici Mansoni, tunc Provincialis Neapolitani <sup>46</sup>, ap-  
 paritionem factam Neapoli nobili et sanctae virgini Ioannae  
 ab Alexandro <sup>47</sup>, quae, cum Societatem Domino commendaret,  
 haec a Christo Domino verba sibi dici audivit : — *Scias, filia*  
 55 *mea, haec, quae petis, summe mihi esse grata ; et desidero ut quae-*  
*vis persona illos amet, et ab illis iuvetur, quia est mea Societas,*  
*et eam habeo semper intra cor meum, et non possum ferre ut in*  
*ea sit ullus habens notabiles defectus ; et ideo volo ut subito dimit-*

<sup>44</sup> P. Bernardinus Rossignoli (1547-1613) fuit Praepositus Provinciae Romanae annis 1597-1600. RAITZ von FRENTZ, *De P. Bernardino Rossignoli (1547-1613)* in AHSI, 2 (1939) 35-43.

<sup>45</sup> Vide A.A. SS. p. 850, nn. 458-459, ubi eadem referuntur. De eorum fonte haec dicunt n. 459 : « Delibo, inquam, ista ex apographo italico, quod e scriptis monasterii S. Mariae Angelorum, et S. Mariae Magdalenae de Pazzis accurate extractum fuisse testantur die X. Februarii anno 1729 tres eiusdem monasterii (quod Florentiae est) religiosae eidem subscriptae. Illud P. Ignatius Pinius a P. Casotti S. I., olim in variis collegiis Rectore, tunc autem socio reverendi Patris Provinciae Romanae praesidis accepit, ac Roma ad me misit ». Vide *De praestantia*, pp. 173-177.

<sup>46</sup> P. Ludovico Mansoni, v. supra annot. 27.

<sup>47</sup> *De praestantia*, p. 171.



*tantur ex mea Societate ; et hoc permitto aliquando pro bono eorum, qui remanent. Et scias, filia, quamdiu durabit mundus, volo ut vocetur mea Societas haec Societas : volo praeterea, ut imitentur mea vestigia —. Postea dixit illi Dominus, rem, quam maxime vellet vigere in Societate esse obedientiam caecam. Deinde Dominus, conversus ad suam benedictam Matrem, donabat ei, tanquam eius filios, omnes illos de Societate, ut eorum particularem curam haberet.* 60 65

[22] [*Attestatio Lancicii autographa*] : Haec omnia et singula, ex meis antiquis collectaneis fideliter scriptis, hic a me dictata, et postea a me diligenter relecta, ob maiorem Dei gloriam, iureiurando confirmo, et meae propriae manus subscriptione, ac sigillo officii mei munio, ad perpetuam rei memoriam. 70

Plociae 8 octobris, A. D. 1634.

Nicolaus Lancicius  
manu propria. 75

[23] Ego Fabritius Bamfus, Visitator Societatis Iesu in regno Poloniae, testor relationem hanc esse R. P. N. Nicolai Lancitii, eiusdem Societatis olim Provincialis in Provincia Lithuaniae, et ipsius manu bene mihi nota subscriptam, convenireque de verbo ad verbum cum alia relatione, quae manet in archivio eiusdem Provinciae. In cuius rei fidem hanc attestationem, mea manu subscriptam, et sigillo mei officii munitam, dedi. 80

Varsaviae 2 novembris 1641.

Fabritius Bamfus <sup>48</sup> 85

*Adsunt duo sigilla.*

---

76-83 *Non autographum. Scriptum a librario alio ab eo qui documentum hoc exaravit.*

---

<sup>48</sup> P. Fabritius Banfi Provinciam Poloniae visitavit annis 1640-1643. Eiusdem Provinciae fuit Provincialis annis 1643-1646.

## 48

## P. LANCICIUS DE DOMIBUS SOCIETATIS ROMAE

1647

*Praefatio*

I. - MON. ineditum. De eo v. AHSL, 14 (1945) 133.

II. - TEXTUS autographus in *Epp. NN.* 87, f. 33r-v.

Exemplari a se transcripto Regularum de defectibus, aliorum observandis et corrigendis (v. MI, *Regulae*, 310-315), Romam transmissio ad R. P. Vincentium Carafa una cum litteris datis 2 iulii 1647, pauca praemisit Lancicius, quae conservanda videntur. Alia exemplaria manuscripta harum Regularum vide recensita in MI, *Regulae*, 310-311.

*Textus*

*De dominibus romanis ubi Ignatius sociique commorati sunt. Quosnam testes habuerit Lancicius. Minuta quaedam de Ignatio scribere promittit.*

EXCERPTUM EX LIBRO ANTIQUO MANUSCRIPTO, QUEM HABEBAT R. P. LUDOVICUS MASSELLUS, ASSISTENS SOCIETATIS PRO ITALIA

[f. 33] Titulus hic est : *Ordine di N. P. Ignatio.*

5 *El Ministro M. Francesco* (scilicet Xaverio), *el Sottoministro M. Alfonso* (id est Salmerone), *el Sindico Juan Paulo* (scilicet Borello, Coadiutore, che fu compagno di camera del N. S. Padre) *se junten el lunes antes de cenar, a una hora cierta, a consultar entre ellos cerca la composición interior y exterior de todos*<sup>1</sup>.

10 *Hinc apparet, hoc ordinatum fuisse a S. P. Ignatio, antequam P. Xaverius ab eo fuisset in Indias missus*<sup>2</sup>, quando S. P.

<sup>1</sup> Typis italicis distinguimus verba quibus incipiunt *Regulae* supra commemoratae in *Praefatione*. Quae sunt inter uncinos addita sunt a P. Lancicio. Vide annotationem sequentem.

<sup>2</sup> Error Lancicii in designando tum Ministro tum Subministro domus Romanae, indeque in computando tempore harum Regularum, confu-

Ignatius cum sociis, post relictam habitationem primam in villa D. Garzonii sub monte S. Trinitatis sitam, transtulerat se ad pulchrum palatium adhuc extans altius ceteris, eundo <sup>15</sup> ad forum Boarium ad manum sinistram, vel ad S. Mariam Maiorem (prope templum S. Catharinae de Funariis monialium)<sup>3</sup> quod, ni fallor, modo est in possessione D. Martii, fratris Eminentissimi Cardinalis Alterii. Ibi enim aliquamdiu habitavit S. Pater cum primis sociis, et inde se transtulit ad <sup>20</sup> hunc situm, in quo modo est Domus Professa Romana. Hoc scio certo ex relatione antiquorum. Novi enim fere triginta personas S. P. Ignatio coevas et duos eius cubicularios : P. Io. Ignatium meo tempore in Romano collegio mortuum<sup>4</sup>, et Ioannem Borellum, meo etiam tempore in Domo Professa <sup>25</sup> defunctum, a quibus et ab aliis multa particularia rescivi, quae nec in Vita S. P. Ignatii sunt, nec in Historia Societatis, quia non videbantur necessaria ut vulgarentur<sup>5</sup>. Sed, Deo dante, antequam moriar, spero me omnia relicturum scripto annotata, pro notitia posterorum. Sunt enim valde pulchra <sup>30</sup> etsi minuta, v. g. quomodo cubaret S. Pater, qualibus vestibus uteretur, quomodo gestaret cingulum et similia<sup>6</sup>, quae in Sanctis Fundatoribus a filiis qui nolunt esse degeneres, servanda sunt, ne sensim, uti videmus in Ordine S. Francisci, et materia et forma vestium alteretur, diversa a primigenia <sup>35</sup> Fundatoris.

Postea sequitur in illo libro hoc : [*Sequuntur regulae quaedam, quae editae sunt in MI, Regulae, 310-313*].

*In fol. 33v, ad modum inscriptionis, haec notantur : De rebus S. Ignatii | Scriptum P. Nicolai | Lancitii | missum Ro- <sup>40</sup> mam ad P. N.<sup>m</sup> | Vincentium Carrafam | cum litteris eiusdem | 2 iulii 1647. | c. 27 | A | XV. 6*

tatus fuit in MI, *Regulae*, 311-312. Minister non erat Franciscus Xaverius, sed Franciscus Marín; Subminister vero, non Alfonsus Salmerón, sed Alfonsus Sánchez de Madrid. Regulae ipsae scriptae sunt annis 1552-1553. Ibid.

<sup>3</sup> Significat domum Antonini Frangipani, ad turrin<sup>6</sup> del Melangolo, ubi nunc adest palatium a Mario Delfini exstructum in secunda parte saeculi XVI. Vide supra, MON. 7; TV, *Le case abitate*, pp. 297-302 (in extractis, pp. 13-18); Id., *Storia*, II/1, 164<sup>3</sup>.

<sup>4</sup> Vide MON. 49, annot. 5.

<sup>5</sup> Vide Lancicii *Memorabilia*, supra, MON. 47, n. 1.

<sup>6</sup> De his vide quae scripserit Lancicius in MON. 49.

## 49

QUAEDAM CIRCA VESTES CORPORISQUE CULTUM  
S. IGNATII, A LANCICIO NOTATA

Post 2 IULII 1647

I. - EDITIO : *Scripta*, I, 559-561.

II. - AUCTORES : ASTRAIN, *Historia*, I, 224-225 ; FERNÁNDEZ ZAPICO, *El rosario o corona de S. Ignacio de Loyola. Un texto mal entendido*, in *AHSI*, 14 (1945) 131-137.

III. - TEXTUS autographus in *Hist. Soc.* 5b, 68r-v. (prius 41).

IV-AUCTOR documenti habendus est procul dubio Lancicius, nam a) textus dicendus omnino scriptus eius manu ; b) Lancicius, in quodam scripto ad P. Generalem Vincentium Carafa misso 2 iulii 1647, quod servatur autographum in cod. *Epp. NN.* 87, f. 33, haec promittit : « Sed Deo dante, spero me omnia relicturum annotata, pro notitia posterorum ; sunt enim valde pulchra, etsi minuta, v. gr. quomodo cubaret S. Pater, qualibus vestibus uteretur, quomodo gestaret cingulum, et similia ... » (vide *Mon.* 48). Iam, in nostro documento satis clare ad praxim deductum invenimus quod Lancicius promiserat. Quod, si ita est, ut videtur, quaestio etiam dirimitur *de tempore* quo nostrum documentum scriptum est, id est post diem 2 iulium 1647. Nec contrarium probat usus Lancicii nominandi Ignatium Beatum et non Sanctum. Idem tenet P. Fernández Zapico, *El rosario*, p. 133.

Minuta haec quae notantur de Ignatio scire potuit Lancicius ex colloquiis per spatium viginti annorum habitis cum iis qui Ignatio familiariter usi fuerant. Ipse affert testimonium Ioannis Ignatii, qui Sancti Conditoris cubiculi curam gessit per aliquod tempus.

*Textus*

[f. 68]

†

Nelle cose delle quali si serviva il N. B. P. Ignatio, si scorgeva gran semplicità et povertà, con la nettezza, non però affettata.

La sua veste era di panno romanesco ; la pezza dello stomaco era rapezzata et composta di molti pezzi. 5

Il capello basso con due fetuccie, come si usava alhora, acciò non lo portasse via il vento ; però non era fodrato con cosa alcuna, nè intorno haveva alcuna fetuccia di seta o freggio.

La beretta quadra.

Il colaro della camisia del P. Ignatio non si vedeva fuor 10 della sotanna.

Quando usciva fuori, portava, in luogo di mantello, la veste di scolari, fatta in questo modo come la portano adesso i nostri scolari in Italia, quelli che non sono ancora sacerdoti.

In casa, per il freddo, portava sopra la sotanna il mantello. 15

In luogo di bastone si serviva d'una canna.

Non portava la corona alla cinta, ma la teneva in camera. Et quando stava in letto, teneva seco ancora in letto la corona, et dormiva con essa. 20

In casa adoprava un paro di pianelle (il che non haveano altri, ma solo lui come vecchio et più amalatto delli altri). Fuor della casa non portava le pianelle, ma le scarpe<sup>1</sup>.

La corona sua era nè troppo piccola nè troppo grande, ma mediocre, senza alcuna medaglia, d'una filza, come sogliono essere cavalieri .....<sup>2</sup>. 25

Quando caminava per Roma, non voltava gli occhi nè alla destra nè alla sinistra parte, se non fosse qualche bisogno di salutare qualche persona d'importanza o cognosciuta da lui<sup>3</sup>.

P. Ignatio prima che venisse ad habitare nelle stanze 30 dove sta adesso nostro Padre Generale, stava sopra la portaria d'adesso, dove havea una camera et saletta per sua stanza, et là havea fatto una fenestrella piccola con i suoi

19-20 Et quanto - con essa *subd. lin.* || 20 et dormiva con essa *marg.*; *sequuntur litterae Br.*

<sup>1</sup> Vide dictum Araozii in adhortatione quadam, anno 1563 habita : "¿Quién vio a N. P. Ignatio en el tiempo de sus penitencias, dormir en aquellos montes, peregrinando a Hierusalem, tantos mil azotes, y le viera en Roma al pobre viejo, que era menester dos o tres almohadillas, y fuego, y soletas en los pies etc. ? Si un novitio quisiera que con él hizieran otro tanto, no fuera razón". *Instit.* 186e, f. 47. De his adhortationibus vide MON. 59a.

<sup>2</sup> De hoc difficili textu v. D. FERNÁNDEZ ZAPICO, *El rosario o corona de S. Ignacio*, in *AHSI*, 14 (1945) 131-137.

<sup>3</sup> Cf. *Regulas modestiae*, MI, *Regulae*, p. 518.

## 49

QUAEDAM CIRCA VESTES CORPORISQUE CULTUM  
S. IGNATII, A LANCICIO NOTATA

POST 2 IULII 1647

I. - EDITIO : *Scripta*, I, 559-561.

II. - AUCTORES : ASTRAIN, *Historia*, I, 224-225 ; FERNÁNDEZ ZAPICO, *El rosario o corona de S. Ignacio de Loyola. Un texto mal entendido*, in *AHSI*, 14 (1945) 131-137.

III. - TEXTUS autographus in *Hist. Soc.* 5b, 68r-v. (prius 41).

IV-AUCTOR documenti habendus est procul dubio Lancicius, nam a) textus dicendus omnino scriptus eius manu ; b) Lancicius, in quodam scripto ad P. Generalem Vincentium Carafa misso 2 iulii 1647, quod servatur autographum in cod. *Epp. NN.* 87, f. 33, haec promittit : « Sed Deo dante, spero me omnia relicturum annotata, pro notitia posterorum ; sunt enim valde pulchra, etsi minuta, v. gr. quomodo cubaret S. Pater, qualibus vestibus uteretur, quomodo gestaret cingulum, et similia ... » (vide *MON.* 48). Iam, in nostro documento satis clare ad praxim deductum invenimus quod Lancicius promiserat. Quod, si ita est, ut videtur, quaestio etiam dirimitur *de tempore* quo nostrum documentum scriptum est, id est post diem 2 iulium 1647. Nec contrarium probat usus Lancicii nominandi Ignatium Beatum et non Sanctum. Idem tenet P. Fernández Zapico, *El rosario*, p. 133.

Minuta haec quae notantur de Ignatio scire potuit Lancicius ex colloquiis per spatium viginti annorum habitis cum iis qui Ignatio familiariter usi fuerant. Ipse affert testimonium Ioannis Ignatii, qui Sancti Conditoris cubiculi curam gessit per aliquod tempus.

*Textus*

[f. 68]

†

Nelle cose delle quali si serviva il N. B. P. Ignatio, si scorgeva gran semplicità et povertà, con la nettezza, non però affettata.

La sua veste era di panno romanesco ; la pezza dello stomaco era rapezzata et composta di molti pezzi. 5

Il capello basso con due fetuccie, come si usava allora, acciò non lo portasse via il vento ; però non era fodrato con cosa alcuna, nè intorno haveva alcuna fetuccia di seta o freggio.

La beretta quadra.

Il colaro della camisia del P. Ignatio non si vedeva fuor 10 della sotanna.

Quando usciva fuori, portava, in luogo di mantello, la veste di scolari, fatta in questo modo come la portano adesso i nostri scolari in Italia, quelli che non sono ancora sacerdoti.

In casa, per il freddo, portava sopra la sotanna il mantello. 15

In luogo di bastone si serviva d'una canna.

Non portava la corona alla cinta, ma la teneva in camera. Et quando stava in letto, teneva seco ancora in letto la corona, et dormiva con essa. 20

In casa adoprava un paro di pianelle (il che non haveano altri, ma solo lui come vecchio et più amalatto delli altri). Fuor della casa non portava le pianelle, ma le scarpe<sup>1</sup>.

